¶ Secundo hoc idem probo sic: si gradus distingueret̃ ꝺm ꝓportionē duplam: tunc quartus gradus non differret a tertio: sed hoc est falsum: igitur. añs patet. q2 secundus gradus est sensu ꝑceptibilis. ⁊ per experientiã videmus ꝙ si dupletur eius quãtitas mortificabit: vt si accipiatur aqua frigida eius frigiditas est sensu ꝑceptibilis. ꝙ si duplet̃ frigiditas aque mortificabit sensuꝫ tactus. hoc idem videmus in alys: vt in itinerãtibus in aere frigido: ⁊ tñ mortificatio est operatio quarti gradus. ⁊ debet̃ per eos tertio gradui cũ sit duplũ ad duo. minorē tenēt oēs. ¶ Tertio ad ideꝫ. quantum distat primus gradus a tēperamento tm̃ distat vnus gradus ab alio. sꝫ. 16. plus distat ab octo q̃ꝫ octo a quattuor. ⁊ quattuor a duobus q̃ꝫ duo ab vno: igitur. añs patet per eos: sꝫ minor tenet de se. ¶ Secũdo. diffinitio eorum est falsa: q2 repugnat sensui: qḋ pꝫ ad sensuꝫ: q2 videmus ꝙ si vni. ℥. aque calidissime addatur vna alia. ℥. aque frigidissime resultat temperamētũ. ⁊ si addat̃ alia. ℥. aque calidissime percipiet̃ eius caliditas remisse: ⁊ si addatur alia: iteꝝ tunc corrũpet sensum tactus. ⁊ sic sufficit ꝙ in tēperamēto sit vna pars calidi ⁊ alia frigidi: ⁊ sit in qualitatibus passiuis. ⁊ in primo gradu declarãdo in medicina calida: grã exēpli: sicut due partes calidi ⁊ vna frigidi. ⁊ in secundo gradu sicut tres partes calidi ⁊ vna frigidi. ⁊ ĩ tertio gradu sicut quattuor partes calidi ⁊ vna frigidi. ⁊ in quinto gradu: sicut. v. partes calidi ⁊ vna frigidi: nec valet eoꝝ fundamentũ quãdo dicunt: gradus debet sequi primuꝫ augmentũ naturale ꝯceditur: ⁊ quãdo dicũt ꝙ illud est duplum. dico ꝙ augmentũ in primo gradu ꝺm duplum est per accidens ꝓpter indiuisibilitatē vnius: q2 vnitas non potest diuidi ꝺm augmentũ per vnitatē per se: quia per se primus gradus addit vnitatē supra tēperamentũ: ⁊ ideo bene volo ꝙ secũdus gradus addat vnitatem supra primuꝫ: ⁊ tertius addat vnitatē aliam supra secũdũ. ⁊ quartus addat vnitatē supra tertium graduꝫ. ¶ Natura graduũ ꝺm Auerro. v. colliget. ca. vltimo est hec. s. ꝙ primo gradu sunt due partes vnius qualitatis ⁊ vna alterius. ⁊ ita primus gradus addit supra tēperamentũ vnam partē: q2 in tēperamento est vna pars vnius qualitatis ⁊ alia alterius. ⁊ in secũdo gradu sunt tres partes vnius qualitatis ⁊ vna alterius. Ita addit duas partes supra tēperamentũ: ⁊ vnam supra primũ gradum. Et in tertio gradu sunt q̃ttuor partes vnius qualitatis ⁊ vna alterius. Et ita addit tres partes supra temperamentũ: ⁊ vnã supra secundum gradum. Et in quarto gradu sunt quinq3 partes vnius qualitatis ⁊ vna alteri9: ⁊ ita addit quattuor partes supra tēperamentũ ⁊ vnã supra tertiuꝫ. Vbi gratia. in medicina ca. in primo gradu sunt due partes calide ⁊ vna frigida. ⁊ ideo se habet ad temperamentum in ꝓportione dupla: quia sunt duplũ ad vnũ. In medicina calida in secundo gradu sunt tres partes calidi ⁊ vna frigidi: ⁊ sic se habet in ꝓportione sexquialtera ad primũ gradum: q2 cõtinet tantũ quantũ cõtinet primus gradus ⁊ medietatē seu alterã partē eius. In medicina calida in tertio gradu sunt quattuor partes caliditatis: ⁊ vna frigiditatis. ⁊ ita se habet in proportione sexquitertia ad scðm gradum: q2 ꝯtinet tantũ quantũ secũdus ⁊ tertiam partē vltra. In medicina calida in quarto gradu sunt quinq3 partes calidi ⁊ vna frigidi. ⁊ ideo se habꝫ ad tertium gradum in ꝓportione sexquiquarta: q2 continet tantũ quantũ tertius ⁊ quartam eius partem ⁊ vltra. Et ista proportio que est in gradibus per additioneꝫ vnitatis seruat̃ in sonis ⁊ figuris. verbi gratia. in sonis si accipiatur vox temperatur ⁊ vocatur melodia: ⁊ addat̃ sibi vna vox. causabitur vna cõsonantia que vocat̃ dyapason: que se habet in ꝓportione dupla ad melodiam. ⁊ si addatur alia vox causabitur vna alia consonãtia que vocat̃ dyapente: que se habet in ꝓportione sexquialtera ad dyapason. Et si addat̃ alia vox causabit̃ alia consonantia que vocatur dyatessaron que se habet in proportione que vocatur sexquitertia ad dyapente. Similiter saluatur illa proportio in figuris. Nam ꝺm Euclidē primo sue geometrie ꝑma figura est triãgulus in quo sunt tres linee quibus si addatur quarta linea causabit̃ alia figura: ⁊ si iterum alia alia: ⁊ sic de alys.

¶ Tertio diffinitur gradus sic a magistro Arnaldo de villa noua: in libro queꝫ fecit de gradibus contra Auerroym specialiter sic. Gradus est eleuatio qualitatis complexionis supra temperamentum ad instantiam ⁊ distãtiam integram ⁊ declarat dictum suum. gradus est eleuatio qualitatis supra temperamentum: quia medicina temperata non ponitur a medico in gradu. dicitur qualitas complexionalis ad denotandum ꝙ qualitates prime: scilicet calidum frigidum humidum ⁊ siccum ponũtur in gradu primo ⁊ per se: ⁊ non qualitates secunde: sicut durum molle nisi per reductioneꝫ ad primas. sequitur ꝺm distantiam integram: ⁊ propter hoc gradus differt a methis: quia quilibet gradus habet tres methas ⁊ in prima ⁊ in secunda metha non est distantia integra ab alio gradu. Ista diffinitio potest reprobari quantum ad vnum: quia non ponitur in ea differentia gradus: vt consideratur a medico: que est mutare corpus humanũ manifeste aut occulte: que ponitur ab Auicenna primo cañ. fen. secunda. summa prima. capitulo quinto. de his que proueniunt ex his que comeduntur ⁊ bibuntur. ⁊ si volueris hoc sustinere possumus dicere ꝙ gradus sumitur dupliciter. Uno modo absolute secundum sui essentiam ⁊ sic datur diffinitio eius. Alio modo quantum ad sui effectum qui est mutare corpus humanum. ⁊ sic ab eo non diffinitur gradus.

¶ Quarta diffinitio gradus sumitur ex dictis Auicen. primo cañ. fen secunda. doctrina secũda. summa prima. capitulo quinto. de his que comeduntur ⁊ bibuntur. Et ex dictis Galieñ. quinto de simplici medicina. Gradus est eleuatio qualitatis complexionalis supra temperamentum ad iustitiam potens facere mutationeꝫ in corpore humano notabileꝫ manifeste vel occulte. ⁊ ista diffinitio est completa: quia indicat essentiã diffiniti ⁊ per eam differt a quolibet alio. quod patet: quia gradus est eleuatio supra temperamentum: ⁊ per hoc differt a medicina temperata que non ponitur in gradu. vlterius dicitur qualitatis eleuatio: quia gradus non est qualitas: sed terminus qualitatis. Sequitur complexionalis ad denotandum ꝙ qualitates prime primo ⁊ per se ponuntur in gradu. ⁊ secunda non nisi reductiue: ⁊ sic intelligit Auerroys quinto colliget. quoniaꝫ ponit qualitates primas ⁊ secundas in gradu. in capitulo vltimo dicit: manifeste vel occulte. i. remisse quantum ad primum gradũ. manifeste quantum ad secundum ⁊ tertium ⁊ quartuꝫ: iterum dicit potens facere mutationem in toto corpore humano: quia medicus non curat de mutatione que potest fieri in alys animalibus. Sequitur notabile: quia q̃uis quelibet qualitas in esse acquisito immutetur: nõ tamen notabiliter ab alio distincte: ⁊ ꝓpter hoc multe medicine sumuntur in eodem gradu apud medicũ.

Tertio est videndum de numero graduuꝫ. vꝫ. quot sunt gradus ⁊ quot methas habet quilibet gradus. de numero graduũ dico ꝙ possunt

distingui duplr. Uno mõ ſm ſui eſſentiaȝ abſolute. ⁊ ſic diſtinguit̃ ſm ꝓportionẽ duplã: ſm opinioneȝ magiſtri Arnaldi: ⁊ eſt ꝓportio numeroꝝ. vel per additioneȝ numeri ſm opiõnẽ Auerroys ⁊ meã: ⁊ eſt ꝓportio arithmetrica que fit per additionẽ quãtitatis: ⁊ diſtinguẽdo gradum: gradus eſſent infiniti: q2 in numeris eſt ꝓceſſus ad infinitũ addẽdo: vt dicit phs. 2° phyſicoꝝ. Alio modo diſtinguunt̃ ſm impreſſionẽ vel ĩmutationẽ quã faciũt in ſenſu tact⁹ corporis tẽperati: ⁊ ſic ſunt quattuor gradus: ⁊ nõ plures: neqȝ pauciores. Uocat̃ primus gradus qui nõ eſt ſenſu ꝑceptibilis: niſi reiteret̃: ⁊ dr̃ ſenſu perceptibilis reſpectu alioꝝ graduũ: vel q2 eius ſenſatio non eſt manifeſta ex eo: q2 ſi a ꝓportiõe primi gradus aliqd remoueret̃ nullo modo ſentiret̃. Secũdus gradus eſt ille qui eſt ſenſu manifeſte ꝑceptibilis: ſ3 tertius gradus eſt ille qui ſenſibiliter ledit. Quart⁹ gradus eſt ille qui corrumpit: ⁊ q2 vltra corruptũ nõ põt eſſe aliqua opatio in corpore humano, ideo nõ ſunt plures gradus apud medicum: ⁊ bene dicit in ſenſu tactus corporis tẽperati: q2 per ĩpreſſionẽ vel ĩmutationẽ: quam in eo faciũt gradus diſtinguit̃: ⁊ etiaȝ menſurat̃. Et ideo remoueret̃ opinio quorũdaȝ dicentiũ ꝙ multe medicine ſunt calide in q̃rto: ⁊ frigide: que non corrũpunt corpus humanũ: ſicut piper ⁊ alliũ: ⁊ ſilia. Nam l3 non corrũpant corpus humanuȝ: q2 hoc debet̃ veneno ſenſibiliter. ſimpliciter tñ corrumpunt ſenſuȝ tactus: q2 reſpectu iſtius ducunt̃ in gradu. Nam calidum frigidum humidũ ⁊ ſiccuȝ ſunt obiecta ſenſus tactus ſm ꝙ dicit phs. 2. de anima.

Circa methas ſunt duo videnda. Primo qd eſt metha. Scdo quot methas habet quilibet gradus. ¶ Metha diffinit̃ ſic. Metha eſt pars gradus p̃me qualitatis que in cõplexionatis in gradu reperit̃ faciens operationẽ ſui gradus infra queȝ ꝯtinet̃ differẽs ab omni alia parte gradus ſui ſm diſcretam in ſenſu tactus ĩmutationẽ. Et iſta diffõ declarabit̃ in diffõne earum. ¶ De numero metharũ ſunt due opiniones. Cõis opinio vſqȝ ad hodiernũ diem eſt ꝙ quilibet gradus habet ſoluȝ tres methas. ⁊ hoc ꝓbat̃ dupliciter rõne. Primo ſic: ſicut eſt de ſupficie: ita debet eſſe de gradu: ſed ita eſt de ſupficie ꝙ quelibet h3 tres partes. g° quilibet gradus h3 tres methas. añs p3: q2 ſicut ſuperficies habet latitudinẽ: per quã differt a linea: ſilr gradus h3 in ſe latitudinem: q2 cõtinet in ſe multos gradus naturales. minor patet: q2 ſuperficies habet duo extrema ⁊ mediũ. ergo eodem modo gradus medicinalis h3 tres partes. ſ. primam vltimã ⁊ mediam. Secũdo ꝓbo ſic: in omni motu in quo eſt intẽſio vel remiſſio ſit motus a diminuto ad augmentuȝ per mediũ: ſed in gradu medicinali eſt h⁹. ergo in eo erunt tres partes. videlicet remiſſa: vt in prima metha intenſa: vt in vltima ⁊ media. ſ. in reſpectu. Añs patet. 5° phyſicoruȝ. ⁊ minor: q2 gradus h3 magnam latitudinẽ. ¶ Alia eſt opinio noua alioꝝ ponẽtium ꝙ quilibet gradus neceſſario habet quattuor methas. ⁊ probat̃ duplici rõne. Primo ſic. ſicut ſe h3 qualitas ad gradum: ita ſe debet habere gradus ad ipſas methas: ſed qualitas h3 quattuor gradus. ergo gradus habebit quatuor methas. Añs p3 per ſile: q2 ſicut qualitas ſm ſui latitudinem habet gradus: ita gradus ſecunduȝ ſui latitudinem comprehendit methas. minor patet per oẽs. ¶ Scdo arguit ſic: tot ſunt methe quot neceſſario requirunt̃ ad hoc ꝙ aliqd attingat finẽ ſuũ. Sed quattuor requirunt̃ ad hoc ꝙ aliqd attingat finẽ ſuum. g° ⁊c̃. Añs p3. q2 finis ĩponit neceſſitatẽ his que ſunt ad fineȝ: vt dr̃. 2° phyſicoꝝ. minor p3 intuẽti finẽ medici. ſ. in ꝯſeruatione ſanitatis ⁊ curatione egritudinis. ⁊ primo in cõſeruatione ſanitatis: qm̃ quelibet cõplexio habet quattuor etates: vt dicit Auic. 1. cañ. fen. 1. do. 3. ca. de complexionibus etatum. accipiat̃ ergo aliqua complexio lapſa in aliquo gradu: vt complexio ca. hu. ⁊ hu. in p̃mo gradu ſi conſeruetur in oĩbus etatibus conſeruabit̃ per ſuum ſimile in eodem gradu quattuor modis diuerſificatur. aliter non cõſeruaretur diſtincte in qualibet etate. ⁊ ſic ille gradus habebit quattuor partes notabiliter diſtinctas. Similiter ⁊ hoc declaratur in curatione egritudinis: qm̃ quelibet egritudo ſalubris habet quattuor tẽpora. ſ. principium augmentũ ſtatum ⁊ declinationẽ. Accipiatur ergo aliqua egritudo in aliquo gradu: vt vbi gratia. morbus calidus in primo gradu ſi curet̃ curabitur ꝑ ſuum ꝯtrarium in equali gradu habẽs notabiliter quattuor differẽtias ſeu diuerſitates ſm quattuor tp̃a morbi. ⁊ per medicinã frigidã in primo gradu. tunc talis gradus habebit quattuor partes vel quattuor methas: qđ idem eſt. Et iſti reſpõdẽt ad rões prime opinionis. Nota tñ ꝙ gradus poteſt ſumi dupliciter. Uno mõ inquantum h3 latitudinẽ: vel inquãtum in eo poteſt fieri mot⁹ a remiſſo ad intẽſum per medium. ⁊ ſic quilibet gradus habet tres methas: vt probant argumẽta. Alio modo ſ3 impreſſioneȝ quã facit gradus in corpore humano. ⁊ ſic q̄libet gradus q̃ttuor h3 methas: vt declaratũ eſt.

¶ Ego teneo tñ me cum prima opinione tenente ꝙ ſolũ ſunt tres methe in quolibet gradu. Et reſpondeo ad rõnes ſecũde opinionis. ¶ Ad primaȝ quando dr̃. ſicut ſe habet qualitas ad gradũ. etiã dico ꝙ eſt ſimile ⁊ diſſimile. Simile eſt in hoc ꝙ ſicut qualitas cõparatur ad gradus: ita gradus ad methas: ſed diſſimile: q2 qualitas habet maiorẽ latitudinẽ q̃ȝ gradus: quia h3 quattuor operationes ſm quattuor gradus. Et gradus nõ habet niſi vnam. ⁊ ideo plures ſtationes notabiles poteſt ſuſcipere qualitas q̃ȝ faciat gradus apud medicum. ſicut patet de primo gradu: cuius operatio non eſt ſenſu perceptibilis ſi habet plures partes ſeu methas q̃ȝ tres nullo modo ſm vnam percipi poteſt. ¶ Ad ſecũdum quando dr̃ tot ſunt methe ⁊c̃. concedo maiorem. ⁊ nego minorẽ. Et ad probationem: primo de regimine ſanitatis: cum dicitur quelibet complexio habet quattuor etates. cõcedo. tamen ꝙ complexio lapſa ſit in vno ⁊ eodem gradu. in omnibus quattuor etatibus: cum prima etas ſit multuȝ humida: ⁊ vltima multum ſicca: ⁊ ideo bene volo ꝙ cõplexio lapſa in aliquo gradu ſm ꝙ ſibi debetur in quacũqȝ etate ſit conſeruetur per ſibi ſimile in effectu in eodem gradu ⁊ in eadem metha. aliter ſequeretur ꝙ prima metha diuideretur in quinqȝ methas notabiliter diſtinctas. Nam gradus non diſtinguitur penes etatem: ſed penes immutationem quaȝ facit in ſenſu tactus corporis temperati. ¶ Ad aliam probationem: dico ꝙ verum eſt. non tamen diſtincte penes eſſentiam morbi: ſ3 penes digeſtionem materie vel accidentis. ideo poſſet eſſe morbus quantum ad eſſentiam in omnibus quattuor temporibus eius. nec eſt neceſſe ꝙ morb⁹ ſit in eodem gradu in omnibus temporibus eius. immo poteſt eſſe eſſentia in aliquo gradu in principio. ⁊ in alio gradu in ſtatu eius. Ideo bene volo ꝙ morbus in quocunqȝ tẽpore ſit: ⁊ in quocũqȝ gradu: ⁊ in quacunqȝ metha curet̃ per ſibi contrarium in equali gradu ⁊ metha.

Quarto videndum eſt quot requirũtur ad hoc anteq̃ȝ: vt medicina ſiue ſimplex ſiue compoſita ponat̃ in gradu. Dico primo ꝙ requirit̃ ꝙ cognoſcatur impreſſio ſiue mutatio quã facit in corpore humano tp̃ato. ⁊ iſta cognitio depẽdet ex duobus p̃ncipijs ad certiorẽ cognitionẽ que

habentur per experimenta. Quinq3 ↄditiones requirũ-tur. q̃uis Auic. ponat septe3 in scđo cañ. tractatu primo. ca. z. Ego tñ reducã eas ad quinq3. ❡ Prima ↄditio est ꝙ medicina sit denudata a quacũq3 qualitate extranea. nã q̃uis euforbiũ sit calidũ in quarto gradu. tñ per lon-geuam vicinitatẽ cũ cãphora posset ĩfrigidari. ❡ Scđa ↄditio est: ꝙ experiat̃ in corpore habẽte egritudinẽ sim-plicem: qꝛ si experiat̃ in corpore habente egritudinẽ cõ-positã non habetur certa cognitio gradus. Dato adhuc ꝙ talis cõpositio egritudinis esset cu3 sua materia: dum tñ materia ꝛ egritudo ↄrient̃ in qualitatibus. verbi gra-tia. si agaricus administret̃ in fe. flegmatica: ĩfrigidabit euacuãdo materiã. ꝛ tñ est calidus. ❡ Tertia ↄditio est ꝙ medicina administret̃ primo in parua quãtitate. ꝛ po-stea in maiori: vt sciatur certa ꝛ determinata quantitas medicine in qua exercet sua3 operationem. ❡ Quarta ↄditio est: vt sciatur ꝛ cognoscatur quẽ effectu3 facit per se. ꝛ quẽ per accidẽs: ꝛ hoc sciet̃ per operationẽ qua3 fa-cit si in pn° sue mutationis ↄtinuet̃. nã aliqua medicina facit effectũ per accñs in pn°. ꝛ effectũ per se in fine. ver-bi grã. aqua calida in pn° sue mutationis calefacit. ꝛ tñ in fine infrigidat. Ideo non d3 dici calida: sed ṽtualiter frigida. ❡ Quinta ꝛ vltima ↄditio est ꝙ experiet̃ in cor-pore humano tẽperato. nam respectu talis corporis me-dicina est in gradu. Et si experiat̃ in corpore lapso d3 sci-ri: quãtus est lapsus talis corporis a tẽperamẽto. Et si sit lapsu3 tale corpus a tẽperamẽto ad vnũ gradũ in calidi-tate d3 ei administrari medicina frigida in pmo gradu. ꝛ si ipsu3 reducit ad tẽperamentũ cognoscit̃ ꝙ talis me-dicina est frigida in primo gradu. Et notãter dixi in cor-pore humano: qꝛ medicina que est calida respectu hoĩs est frigida respectu alteri⁹ aĩalis: vt reubarbaꝝ ad hoĩe3 est calidũ: tñ cõparatũ ad equũ est frigidũ. vt ponit Aui. primo cañ. tractatu primo. ca. z.

❡ Cognitio aũt gradus ꝺm iudiciũ qđ habet̃ rõne sumit̃ ex quattuor. Primo ex facili ꝛ difficili sui alteratiõe: qꝛ illa medicina que citius calefacit corpus humanu3 sup-posita eq̃litate in suba est calidior. Et illa que citi⁹ infri-gidat est frigidior. Et bene dico supposita equalitate in suba: qꝛ res que est rare sube: supposito ꝙ sit frigida citi-us calefacit: vt p3 de stupa ꝛ palea. Et ecõtrario ẽ de me-dicina spisse sube: qꝛ posito ꝙ sit calida tardius tñ cale-facit. vt p3 in pipere. ❡ Scđo modo sumit̃ cognitio gra-dus medicine ex sapore: qꝛ medicina acuti saporis vel amari vel salsi est calida. ꝛ magis illa que est acuti sapo-ris. deinde amari: post salsi. q̃uis Auerroys. 5. sui coll̕. c. de cõpl̕one medicinaꝝ ꝛ ciboꝝ per sapores dicat ꝙ ali-qñ sapor amarus fundat̃ in suba frigida: vt declarat in opio. Sed medicina saporis põtici vel stiptici vel aceto-si vel insipidi est in suba frigida. ❡ Tertio sumit̃ cogni-tio medicine ex odore acuto. Nã medicine hñtes odorẽ acutũ oẽs sunt calide: vt muscus ambra: ꝛ silia. Et bñ di-co odorẽ acutũ: qꝛ sunt alique medicine que habẽt odo-rem suaue3 ꝺm iudiciũ sensus que sunt frigide: vt viole nenuphar cãphora: ꝛ silia. Sed medicine habẽtes odo-rẽ stipticũ põticũ sunt frigide. tñ aliqñ est error in cogni-tione gradus per odorẽ ꝓpter diuersitatẽ partium me-dicine: vt p3 de rosa que h3 odorem fortẽ ratione partiũ calidarũ que sunt in sup̲ficie earum. tñ sunt ab oĩ modo frigide: qꝛ partes cẽtrales rõne: quaꝝ dicunt̃ frigide: do-minant̃ partibus sup̲ficialib⁹ que sunt calide. ❡ Quar-to ꝛ vltimo sumit̃ cognitio ex colore. na3 color alb⁹ fun-datus in suba humida causat̃ a frigido: vt p3 de niue gla-cie ꝛ muliere. s3 color albus fundat⁹ in suba sicca causat̃ a calido: vt p3 de calce. per oppositũ color niger fundat⁹ in suba humida causat̃ a calore: vt p3 de lignis viridib⁹. Sed fundat⁹ in suba sicca causat̃ a frigido: vt p3 in me-lãcolicis. Et cã est: qꝛ calor agẽs in humidũ h3 denigra-re: ꝛ agẽs in siccũ h3 dealbare. Frigiditas agẽs in humi-dum h3 dealbare. ꝛ agẽs in siccu3 h3 denigrare: vt ponit Auic. pmo cañ. fen. pma. doctrina q̃rta de humorib⁹. ca. pmo. Sed in iudicio ex calore aliqñ est error ꝓpter duo. Unum est cõmixtio diuersoꝝ adinuicẽ. ṽbi grã. si eufor-biu3 administret̃ cũ lacte: q̃tu3 ẽ ex parte caloris totu3 cõpositũ d3 iudicari frigidũ. ꝛ tñ est calidũ. Dum tñ suf-ficiẽs quãtitas euforby apponat̃. Scđm est diuersitas partiũ medicine: vt p3 de rosis quãtum est ex parte colo-ris debẽt iudicari calide. ꝛ tñ sunt frigide rõne partium cẽtraliu3. ꝛ oĩa ponunt̃ ab Auic. z. cañ. tractatu pmo. c. 3.

❡ Sed ad hoc ꝙ medicina calida ponat̃ in gradu dece3 ↄditiones requirunt̃. ❡ Prima est: vt medicine simpli-ces eam cõponentes eligant̃ meliores in genere suo: vt melior lactuca: melior endiuia. ꝛ sic de alijs. ❡ Secũda conditio est: ꝙ tales medicine simplices ex debito loco sint collecte. imo si esset pol̕e ex regione tẽperata: qđ p3: qꝛ herbe collecte in locis siccis magis declinãt ad calidi-tate3. in locis humidis magis ad frigiditatẽ. ❡ Tertia ↄditio est ꝙ tales medicine colligant̃ in tp̃e sue integri-tatis ꝛ p̲fectionis nõ citra nec vltra siue tales medicine sint ex plãtis: vt sunt radices virge folia flores fructus. ꝛ gũmi. ex mineralib⁹: vt lapides siue ex animalibus: vt sunt mẽbra ꝛ sup̲fluitates. Nam si citra tẽpus p̲fectiõis colligant̃ non habebũt ṽtutem sufficientem. Et si vltra amittẽt de ṽtute. ꝛ ꝓpter hoc Auic. scđo cañ. tractatu p-mo. ca. vltimo dicit: ꝙ de medicina antiqua requirit̃ du-plum ponderis. ❡ Quarta cõditio est ꝙ vna medicina simplex nõ corrũpatur ab alia. ꝛ ꝓpter hoc anacardi nõ debent cõmisceri cum carne tyri: quia eam corrumpũt. ❡ Quinta ↄditio est. ꝙ seruetur debitus ordo decoctio-nis ꝛ infusionis talium medicinarum si sint medicine que debent decoqui vel infundi. verbi gratia. primo de-bent decoqui radices: postea herbe vtplurimũ. Et ideo dico vtplurimũ: quia alique herbe indigent modica de-coctione. vt endiuie: capilli vene. ꝛ similia: post semina: post flores. gũme aute3 magis indigent infusione q̃3 de-coctione. ❡ Sexta conditio est ꝙ conseruetur debitus modus tritionis infusionis ꝛ decoctionis medicinarũ. Nam medicina que grosso modo debet teri: vt dyagri-dium ꝛ reubarbarũ si subtiliter teratur amittet de vir-tute. Et si medicina que subtiliter debet teri grosso mo-do teratur inducet nocumentum: vt pulpa colloquinti-de grosso modo trita induceret nocumentum in stoma-cho. Similiter si parum decoquerentur vel infunderẽ-tur medicine non haberent virtutem sufficientem: ꝛ sic nimis amitterent de virtute. ❡ Septima conditio est. ꝙ talis medicina composita ministretur in debita dosi: quia nulla res facit perfectam operationem: nisi in debi-ta quantitate: ꝛ hoc dicet̃ infra. ❡ Octaua conditio est. ꝙ expectet̃ tempus fermẽtationis talis medicine cõpo-site: qꝛ gradus medicine composite resultat ex actione ꝛ passione medicinarũ simpliciũ. ❡ Nona cõditio est. ꝙ seruetur in loco cõpetenti: qꝛ locus cõpetens conseruat ne corrũpatur. vt dicit Aristo. 4°. physicoꝝ. ❡ Decima cõditio est. ꝙ talis medicina administret̃ tempore con-uenienti ꝛ ordine debito: qꝛ si medicina administret̃ tẽ-pore quo corpus esset nimis repletum vel nimis inani-tum non faceret operationẽ debitam. vel si administra-retur prius vel posterius q̃3 deberet.

Quinto est videndũ quare est necessarium medi-cinas poni in gradu. Dico ꝙ fuit necessa-

rium medicinas simplices poni in gradu ꝓpter egritudines simplices remouendas. Quia ad sanitatē ꝯseruādam non est necessaria medicina pura. nam sanitas conseruatur per applicationē ꝯuenientē sex rerum nō naturaliuz. nec ita pura est necessaria ad permutādum sanitatem ad melius: sed hoc fit in longo tēpore cuz cibis cōtrarys illi cōplexioni: vt dicit Gal. 3. tegni. ca. z. Utilitas vō vtrorumqȝ. ¶ Sed ad hoc ꝙ medicina ipsa simplex remoueat egritudinem simplicē tres cōditiones requiruntur. Prima est ꝙ illa medicina sit eleuata aliqualiter in gradu contrario ipsi discrasie: vt dicit Gal. z. tegni cañ. illo. Uelut si ita accidat. Secūda conditio. ꝙ talis medicina sit cōfortatiua membri in quo morbus est: qꝛ sublimioꝛ intētionum est illa que sumitur a virtute: vt dicit Gal. primo regi. acutorum cōmento illius cañ. Si antiquus cibus. Tertia ꝯditio est ꝙ talis medicina simplex specialiter respiciat illud mēbruz: quia aliter ratione qua iuuaret vnum mēbruz noceret alteri. Et propter hoc endiuia valet in caliditate epatis: quia infrigidat ⁊ ꝯfortat ipz rōne stipticitatis ⁊ ꝓprietatis respiciētis ipz. ¶ Sed septez sunt cause principales: quare medicina cōposita ponitur in gradu. Prima est compositio egritudinis siue sit composita ex egritudinibus: siue ex egritudine cum sua causa: vel egritudine cum suo accidente: vt dicit Gal. iy. tegni cañ. illo. Si ergo cōposita. ⁊ hoc fit vt cuilibet istorum sit vtilis ista medicina: vt declarabitur infra. ¶ Secunda causa est debilitas medicine ad egritudinem remouendaz. verbi gratia. si sit aliqua egritudo calida in prima metha tertij gradus. ⁊ nō inuenitur aliqua medicina frigida equaliter eleuata ꝫm plus vel minus. si est plus eleuata indiget medicina calida eam deprimente. Si minus indiget medicina frigida eā eleuante. Tertia causa est malicia medicinaruz simpliciū: sicut quando de natura sua inducunt nocumentum in membro. vel quando sunt amari saporis vel horribilis odoris natura abhorret. ⁊ propter hoc ponitur mel vel zuccarum in medicinis: quia natura non retinet res horribiles nisi cum difficultate. Exempluz primi est in dyagridio: quia inducit nocumentū in stomacho. ergo additur sibi mastix que confortat stomachum. ⁊ sic de alys. ¶ Sexta causa est mēbroruz diuersitas. verbi gratia: si mala cōplexio calida sit in stomacho ⁊ nō in epate ⁊ administretur medicina frigida: oportet addere aliquam medicinam respicientem stomachum que retinet ipsaz in stomacho: vt mēta ⁊ sibi similes. ¶ Quinta causa est velox resolutio medicine. ⁊ propter hoc cum medicinis calidis ⁊ subtilibus administratur opium ⁊ oleum balsami ⁊ cera. ¶ Sexta causa est penetratio medicine ad locum determinatuz. ⁊ propter hoc in trociscis de camphora administratur crocus. q̄uis sit calidus vt dirigat ad cor. Nam prima virtus segregatiua ipsos separat et dissoluit: vt dicit Auic. v. cañ. ca. primo. Similiter cum medicinis diureticis administrentur cantarides: vt ducat eas ad vesicam. ¶ Septima causa est proprietas diuersitatis ipsius medicine. verbi gratia. camomilla habet virtutem resoluendi ratione partis calide que est in superficie. ⁊ habet virtutem stipticam ratione partium que sunt in centro. Et quando indigemus stipticis ⁊ nō resolutiuis admiscemus ei aliquas medicinas frigidas stipticas: vt pauca roꝫ. vt virtus stiptica confortetur ⁊ prohibeatur resolutiua.

Sexto est videndum de dosi medicinarum: de quo sunt duo vidēda in generali. Primo quid est dosis prima cuiuslibet medicine. secundo quid est dosis secūda. ¶ Ad primam est dicenduz ꝙ dosis prima medicine est certa quantitas ꝫm quā efficit operationē gradus alicuius in corpore humano. Et causa est ꝙ vnumqdqȝ agens naturale ⁊ artificiale determinatū est ad minorē: vt dr̄ ꝑmo physicoꝝ. ꝙ est deuenire ad minimā carnem. Et secūdo de anima dicit: ꝙ omniuz natura existentiuz impositus est certus terminus sue magnitudinis ⁊ augmenti. nam q̄uis medicina inquantum continuuz sit resolubilis in infinitum. tamen non vt naturale: sed vt compositionē habens. immo si in minori quantitate administraretur non faceret operationē gradus. Et bene dicitur gradus quia operatio absolute in plus se habet q̄ȝ operatio gradus. nam gradus magnā habet latitudinem: vt dictum est supra. ¶ Ex quo patet cum medicina non ponat̄ in gradu nisi ꝫm primam dosim. Solutio illius opinionis vtrum quantitas augmentet ⁊ diminuat gradum: iam oportet ꝙ non per se: quia prima dosi sub qua medicina ponitur in gradu non augetur nec diminuitur. Similiter quia quantitas per se non est principiū operationis: sed bene per accidens: qꝛ ad augmentationē quātitatis ceteris paribus: sequit̄ additio in qualitate que est per se causa operationis. verbi gratia. si due partes aque calide coniungantur. magis est de caliditate in toto q̄ȝ in vna sola parte. ⁊ licet augmentetur operatio non ꝓpter hoc augmentat̄ gradus. ⁊ causa est: qꝛ operatio non procedit a gradu nisi ꝫm primā dosim: nec gradus formaliter distinguit̄ per operationē: sed per additionez vnius ꝫm Auerroym: vel ꝫm proportionez duplaz ꝫm opinionez Alkindi. ¶ Aliter dicit magister Arnaldus ꝙ quātitas non augmentat operationē intensiue: sed bene extensiue. ideo non augmētat gradum. Sed illud iudicio meo nihil est dictum: qđ patet experiētia ⁊ ratione ⁊ auctoritate. experientia sic: quia videmus ꝙ aliquid ignis in aliqua distantia calefacit: ⁊ maioꝛ ignis in eadē distātia cōburet ipsum. Similiter patet per Gal. nono de ingenio sanitatis. ca. de cura sinoche per flobothomiaz dicit: ꝙ flobothomia refrigerat. ⁊ sic diminutio sanguinis in quantitate est causa infrigidationis. ¶ Ratione sic: vbi est maioꝛ v̄tus: ibi est maioꝛ operatio intēsiue. Sed vbi est maioꝛ quantitas ceteris paribus est maioꝛ virtus. ergo. maioꝛ patet: quia intēsio operatiōis vel diminutio non fit: nisi ꝫm ꝙ virtus est fortis vel debilis. Cū omnis operatio a virtute procedat. vt dicit Auic. primo cañ. fen. prima. doctrina sexta. ca. ꝑmo. minoꝛ patet per Auerroym. v. colliget. ca. vltimo. Et patet etiam in exēplo. vt si accipiantur due. 3. piperis quelibet ad partem: caliditas que est in vna non est in alia. ⁊ ideo si coniungant̄ erit plus de caliditate in toto q̄ȝ in vna sola parte. ¶ Scđo est videndū in generali que est dosis ꝑma medicinaꝝ. Aliqui dicūt: vt dr̄ in viatico seu in viridario supra antidotariū. ꝙ prima dosis medicine que est in primo gradu est. 3. iy. Et dosis prima que est in secundo gradu sunt. 3. y. Et dosis ꝑma que est in tertio est. 3. i. Et dosis ꝑma que est in quarto gradu est. 3. i. Et cū hoc addūt ꝙ illud qđ facit. 3. i. in medicinis puris facit. 3. i. in medicinis cibalibꝰ vel cibis medicinalibꝰ. Exēplū in vino. vinū est calidū ⁊ siccū i scđo gradu. iđ sua ꝑma dosis sūt. 3. due: qꝛ est medicina cibalis. Silr̄ dicunt ꝙ medicina cibalis nō pōt se extēdere vsqȝ ad tertiū vel q̄rtū graduz. ¶ Et ista nō pōt stare: qđ declaro auc̄tatibꝰ. ⁊ rōne. Primo rōne sic. ipoſ̄e est q̄litates actiuas ⁊ passiuas medicinā subtilē ⁊ grossaz: rarā ⁊ densam applicataz ab extra ⁊ ⁊ ab intus exercere in eadem qualitate suas operatiōes. ergo non potest esse in dosi determinata omnium medicinarum existentiuz in vno gradu. antecedens patet

quia aliarum virtutū sunt tam qualitates actiue q̃ passiue in operando. ⁊ medicina fundata in subtili substantia plus q̃ grossa vtplurimum ⁊ in minori quātitate potest operari: quando applicatur ab intus q̃ quando applicatur ab extra. consequētia tenet de se. Similiter patet auctoritatibus doctorum: quia Auic. in secundo cañ. tractatu secundo. capitulo de euforbio. dicit ꝙ quantitas in qua euforbiū corrumpit sunt duo aurei. s. ʒ. ij. Similiter quarto cañ. fen. sexta. de venenis dicit: ꝙ quantitas in qua opium corrūpit sunt due. ʒ. Et cū ambe sunt in quarto gradu. ergo dosis prima quarti gradus nō est vna. vt ipsi dicebant: ⁊ sic de alijs. Hoc patet de medicina tertij gradus. Nam ysopus est calidus in tertio gradu. ⁊ tamen s̄m Joannem hebēmesue secundo suorum vniuersalium dosis eius in puluere sunt. 8. ʒ. ⁊ ista dosis tertij gradus non est. ʒ. i. ⁊. 5. vt ipsi ponebāt: ⁊ sic de alijs Similiter s̄m ꝙ dicunt est falsum quando dicunt ꝙ illud qd facit. ʒ. i. in medicinis puris facit. ℥. i. i medicinis cibalibus: quod patet experientia. Nā videmus in estate comedere de lactucis ⁊ cucurbitis ⁊ similibus in magna quantitate. ⁊ tamen non faciunt illam operationē. Similiter tertium est falsum quando dicunt ꝙ medicina cibalis non potest se extendere ad tertium ⁊ quartū gradum: vt patet de portulaca que est medicina cibalis: ⁊ tamen est frigida in tertio gradu. Similiter pruna est medicina cibalis. ⁊ tamen est humida in tertio gradu.

¶ Aliter est dicendum. pro cuius euidentia est sciendū ꝙ dosis debetur medicinis laxatiuis. ⁊ debetur medicinis operantibus a tota proprietate. ⁊ debetur venenis. ⁊ debetur medicinis tyriacalibus seu remouētibus venena. ⁊ debetur medicinis curatiuis egritudinum particularium membrorum: ⁊ debetur medicinis simplicib⁹ ⁊ compositis alteratiuis. doses medicinarum laxatiuarum ponuntur a Joanne hebēmesue secundo suorū vniuersalium. Doses venenorum ponuntur ab Auic. quarto cañ. fen. sexta de venenis. Doses medicinarum tyriacalium seu remouentium venena ponuntur ab Auic. in eodem loco. Sed doses medicinaꝝ ponuntur ab Auic. quinto cañ. nec est melior modus tractandi doctrinam de dosibus q̃ experientia auctorū: quia sola ratione inueniri non possunt. Et ideo ad sciendum doses medicinarum recurrendum est ad auctores. Nam dosis cuiuslibet gradus s̄m diuersitatem medicinarum magnam habet latitudinem: vt patet in eisdem: quoniā non omnes medicine existentes in eodem gradu habent eandē dosim. Doses medicinarum simplicium: vtplurimum auctores exceptis medicinis curatiuis egritudinū simplicium. quarum doses ponuntur in tertio cañ. in duobus capitulis: vt dicit Auic. in alchite docet administrare succi cala. ℥. i. Et causa quare auctores non posuerint doses medicinarum alteratiuarum simplicium potest esse triplex. Una quia non sunt tanti periculi: sicut sunt alie: posito ꝙ administrantur in debita dosi. Secunda causa est: quia per frequentem earum administrationē in parua quantitate potest compleri earum operatio: qd non est in alijs: vt in medicinis laxatiuis ⁊ venenis in quibus requiritur certa ⁊ determinata quantitas ad sui operationem. Tertia causa potest esse: quia tales medicine cognoscuntur per saporem odorem ⁊ colorem ⁊ facilem ⁊ difficilem alterationem earū in quibus nō est certitudo s̄m ꝙ dicit Auicen. secundo cañ. tractatu primo. capitulo tertio. Et idem dicit Auerroys. v. coll. capitulo septimo. de cognitione medicinarum. Itē possunt cognosci per viam rationis ⁊ experimenti. ¶ Sed modo restat vnum dubium circa dosim medicinarum: quare in medicina composita non semper ponūtur medicine simplices in sua dosi integra: sed aliquando plus ⁊ aliquando minus. Dico ꝙ aliquando ponitur minus duplici de causa. Una est pluralitas componentium ⁊ est necessaria parua quantitas medicine composite. Nā componentibus existentibus pluribus si quelibet poneretur in sua dosi integra necessario esset magna quantitas medicine composite. Secunda causa est similitudo componentium. Nam si accipiantur due doses medicinarum similium facient quod faceret vna dosis integra vnius illarum medicinarum. Uerbi gratia: si media dosis mellis ⁊ media dosis masticis coniungantur totum calefaceret in secundo gradu. Similiter est duplex causa: quare aliquando ponitur plus de medicinis simplicibus in medicina composita q̃ sit dosis earum. Una causa est paucitas componentium: ⁊ est necessaria magna quantitas medicine: quia componentibus existentibus paucis: nisi poneretur plus de eius q̃ sit dosis earū: necessario quantitas medicine esset parua. Secunda causa est contrarietas componentium adinuicem: quia tūc vna medicina simplex corrumperetur ab alia. Ideo ponitur plus de qualibet illarum: quantumcunq̄ fiat corruptio remaneat operatio cuiuslibet medicine. ⁊ ista sufficiant de dosibus in generali.

Septimo ⁊ vltimo

tradenda est ars graduandi medicinarū compositarum s̄m opinionem Alkindi ⁊ Auerroys. dico ꝙ ars graduandi s̄m opinionem Alkindi est talis ꝙ medicina composita debet resolui in medicinas simplices componentes eam: ⁊ ꝙ medicine calide ponūtur ad vnam partem: ⁊ medicine frigide ad aliam partē: ⁊ medicine humide ad aliā partē: ⁊ medicine sicce ad aliā. ⁊ sic faciunt vnam tabulam quadrimēbrem ⁊ quelibet illarum debet poni in suo gradu. ⁊ postmodū quilibet gradus debet diuidi siue resolui in suas portiones vincentes ⁊ victas: ita ꝙ quelibet portio debet poni ad suā partem: vt portio calidi ad suam partem: frigidi ad suā: ⁊ humidi ad aliam: sicci ad aliam: ⁊ tunc considerandū est in qua proportione habēt se portiones calide cū frigidis ⁊ humide cū siccis. ⁊ si se habeāt in ꝓportione dupla talis medicina est in primo gradu s̄m portiones vincentes. ⁊ si non se habeant in proportione dupla: sed inter equale ⁊ duplum: erit talis medicina circa finem primi gradus in aliqua metha. Si vero se habeat in ꝓportione quadrupla erit talis medicina perfecte in. 2. gradu: ⁊ si non habeat se sic: sed inter duplum ⁊ quadruplū erit talis medicina circa finē scdi gradus in aliqua metha. Si v̄o tales ꝓportiōes vincētes ad victas se hēant in octupla ꝓportione erit talis medicina ꝑfecte in. 3. gradu. ⁊ si non se habeant sic: sed inter octuplum ⁊ quadruplum erit talis medicina circa finē tertij gradus in aliqua metha. ⁊ si tales portiones vincentes se habeant ad victas in sexdecupla ꝓportione erit talis medicina perfecta in quarto gradu. Si vero inter octuplam ⁊ sexdecuplam erit circa finem quarti gradus in aliqua metha. ⁊ si volumus scire in qua metha est: debet resolui tota latitudo illius gradus in tres partes equales: ⁊ s̄m hoc scietur vtrū est p̄ma metha scda vel tertia illius gradus: vt patet in recepta sequēti ⁊ accepi breuiorem q̃ potui: vt clarius videretur in qua apparebit diuersitas graduandi s̄m Alkindum ⁊ Auerroym. ℞. liquiri. munde. ʒ. 2. seminis lactuce dulcis. ʒ. ij. gariof. ʒ. i. ⁊. 5. opij thebaici. ʒ. i. fiat puluis ad hoc videndū: ponatur in vna tabula quadrimēbri s̄m ꝙ diuersificant in q̃titatib⁹ ⁊ gradib⁹ eoꝝ ⁊ ꝓportiones graduū s̄m doctrinam graduū dictā.

Liquiricia calida in p̄ gradu hꝫ.2.portiōes ca.⁊.i.frigidi.
Liquiricia hu.in p̄mo gradu hꝫ.2.portiones hu.⁊.i.sicci.
Sariof.ca.in tertio hꝫ.8.portiones ca.⁊.i.frigidi.
Sariof.sic.in tertio gradu hꝫ.8.portiōes sic.⁊.i.hu.
Semen lactuce hu.in scđo hꝫ.6. portiones hu.⁊.i.sicci.
Semē lactuce frigidū in scđo hꝫ.4.portiones fri.⁊.i.ca.
Opium fri.in quarto hꝫ.16.portiones fri.⁊.i.ca.
Opium sic.in quarto hꝫ.16.portiones sic.⁊.i.humi.

¶ Si recte medicine calide ⁊ frigide cōputentur medicinarum simpliciū intrantiū hanc medicinā compositā erūt.12.portiones cali.⁊.22.frigi. ⁊ si recte portiones sicci ⁊ humidi cōputētur erunt.26.sicci ⁊.8.humidi. Modo videndū est in qua ꝓportione se habēt portiones calide cum frigidis ⁊ humide cum siccis. Portiones frigide:scilicet.22. se habent cum calidis que sunt.12.in minus q̄ꝫ in proportione dupla per.2.portiones. Ideo sm predictam doctrinā medicina composita erit citra finē p̄mi gradus. Sed ad videndum in qua metha diuidat̄ latitudo illius medicine in tres partes. latitudo primi gradus in illa medicina est.12. portiones que cū sint.12. portiones ca.cum alys.12.fri.facerent temperatam. Et primus gradus addit supra temperamentum.12.partes certe quattuor partes essent. Tertia pars est cum redeat supra.12.portiones fri.que facerent temperamentuꝫ 4.portiones frigide.iam manifeste apparent sm Alkindum:ꝙ talis medicina cōposita est frigida in tertia metha primi gradus:quia in octo sunt due methe ⁊ restant duo de tertia metha ⁊ frigida in medio tertie methe primi gradus. Portiones vero sicci que sunt.26.se habent ad portiones humidi que sunt octo in plus q̄ꝫ in proportione tripla per duas portiones ⁊ potest esse sicut in primo gradu:quia illum constituit proportio dupla nec est integra in secundo gradu: quia se habet in proportione quadrupla. ergo oportet ꝙ sit citra finem secundi gradus in aliqua metha sm doctrinam prius positam. ⁊ si volumus scire in qua metha diuidatur latitudo huius medicine in tres partes equales.latitudo primi gradus sicci illius medicine sunt.16.portiones:quia primus gradus addebat.8.supra temperamentum:quia.8.sunt portiones humidi:⁊ cum.8. sicci facerent temperamentuꝫ. ergo cum secundus sit duplum ad primum sm eum addit supra primuꝫ.8.⁊ erunt.16. Diuidemus.16. partes in tres partes ⁊ quelibet pars continet.5.portiones ⁊ tertiam partem vnius.⁊ ita cum remaneret vltra primum gradum qui continet in illa medicina.16. portiones sicci.10.humidi.apparet manifeste ꝙ talis medicina est sicca in fine secundi gradus minus duabus partibus portionis ⁊ ista sufficiant.

Ars graduandi sm Auerroym est ista eodem modo: vt dictum est accipiantur medicine simplices cū suis gradibus ⁊ suis portionibus gradu superposito pro fundamento: illud qđ est supra dictum in secundo articulo. ꝙ primus gradus habet duas partes vnius qualitatis ⁊ vnam sibi oppositam. Secundus gradus hꝫ tres partes vnius qualitatis ⁊ vnā sibi oppositā. Tertius gradus hꝫ q̄ttuor partes vni⁹ q̄litatis:⁊ vnā sibi oppositā. Quart⁹ gradus hꝫ qnq̄ ptes vnius qualitatis ⁊ vnā sibi oppositā. ⁊ tūc cōsiderandum est in qua proportione se habent partes calide cum frigidis ⁊ humide cum siccis.⁊ si se habeant in proportione dupla:talis medicina composita erit in primo gradu.sed si non se habeant in proportione dupla: sꝫ inter duplum ⁊ equale erit talis medicina composita citra finem primi gradus in aliqua metha. Si vero se habeat in proportione tripla.erit talis medicina composita in secundo gradu:⁊ si non se habeat in tali proportione:sed inter triplam ⁊ duplam erit talis medicina composita circa finem secundi gradus in aliqua metha: ⁊ si se habeant in proportione quadrupla erit talis medicina posita in tertio gradu. ⁊ si nō se h̄eat sic: sꝫ inter quadruplam ⁊ triplam erit talis medicina circa finem tertij gradus in aliqua metha. Si autem se habeat in proportiōe quintupla erit talis medicina in quarto gradu. ⁊ si non sic se habet:sed inter quintuplam ⁊ quadruplaꝫ erit citra finem quarti gradus in aliqua metha. Si volumus scire in qua metha debet latitudo vnius gradus diuidi in tres partes equales: ⁊ si est in prima parte est in prima metha.⁊ si est in secunda parte erit in secunda metha:⁊ si est in tertia parte erit in tertia metha. Et ad hoc videndum fiat tabula quadrangularis de recepta predicta sm mentem Auerroys.

Liquiricia ca.in primo gradu hꝫ.2.portiones ca.⁊.i.fri.
Liquiricia hu.in primo gradu hꝫ.2.partes hu.⁊.i.sicci.
Sariof.ca.in tertio gradu hꝫ.4.portiones ca.⁊.i.fri.
Sariof.sic.in tertio gradu hꝫ.4.partes sic.⁊.i.humi.
Semen lactuce hu.in.2.gradu hꝫ.3.partes hu.⁊.i.sicci.
Semen lactuce fri.in tertio gradu hꝫ.3.partes.fri.⁊.i.ca.
Opium fri.in quarto gradu habet.5.partes fri.⁊.i.ca.
Opium sic.in quarto gradu hꝫ.4.partes sic.⁊.i.hu.

¶ Si recte portiones calidi ⁊ frigidi computētur erunt in illa medicina.10.partes fri.⁊.8.ca.⁊ si recte computētur portiones humidi ⁊ sicci erūt.xi.partes sicci.⁊.7.humidi. Modo videnduꝫ est in qua proportione se habēt portiones calidi ⁊ frigidi:⁊ sm veritatem inter equale ⁊ duplum:quia.10.sunt partes frigidi:⁊.8.calidi.ergo erūt sm doctrinam predictam citra finem primi gradus in aliq̄ metha.⁊ si volumus scire in qua metha diuidat̄ latitudo p̄mi gradus illius medicine cōposite in tres partes equales.latitudo primi gradus in illa medicina continet.8.portiones.⁊ si diuidatur in tres partes erūt due portiones ⁊ due partes duarum portionum: ⁊ cum non remaneat supra.8.fri.nisi.2.partes fri. manifestuꝫ est ꝙ talis medicina est frigida in prima metha primi gradus non completi. Similiter portiones sicci se habēt ad humidum inter equale ⁊ portionem duplam: quia partes sicci sunt.xi.⁊ partes humidi sunt.7.⁊ ad proportionem duplam requiruntur.9.partes sicci.ergo erit talis medicina citra finem primi gradus:⁊ si volumus scire in qua metha diuidatur latitudo illius gradus in tres partes equales latitudo illius continet.7.portiones:q2 sunt.7. portiones humidi.⁊ cuꝫ sint.7.sicci facient temperamētum.⁊ tamen primus gradus addit vnā partem inequaliter supra temperamentum. ⁊ si diuidatur tertia pars continebit duas portiones ⁊ vnam partem vnius:⁊ cuꝫ remaneant vltra quattuor portiones sicci: manifestum est ꝙ talis medicina est sicca:in fine secunde methe primi gradus. Et sicut dictum est in ista medicina eodem modo potest declarari in alys:⁊ illud intelligo supposito ꝙ gradus Auerroys habeat methas: qđ tn̄ nō inuenio scriptū in suis libris:⁊ ista sufficiant de arte graduādi.

Nunc ponende Sunt medicine alteratiue cuiuslibet membri. Et p̄mo incipiendum est a capite.

¶ Medicine proprie alteratiue capitis simplices sunt iste que sunt calide.

Acorus ca.⁊ sic.in.2.gradu.
Aristologia ca.⁊ sic.in.2.gradu.
Squilla ca.⁊ sic.in.2.gradu.
Bethonica ca.⁊ sic.in.3.gradu.
Utraq̄ꝫ centaurea ca.⁊ sic.in.3.gradu.

Utraqꝫ rutha ca.ꝛ sic.i.z.gra/du ꝛ exiccata est sic.in.3.
Utraqꝫ saluia ca.i.i. sic.in.z.
Utraqꝫ basilicō ca.ꝛ sic.in.i.
Maiorana ca.ꝛ sic.in.3.
Peonia ca.ꝛ sic.in.z.
Folia lauri ca.ꝛ sic.in.z.

¶ Septez sequētia sunt ma/gis appropriate pro oculis.
Anthos.
Celidonia.
Feniculus.
Siler montanus.
Uerbena.
Eufraxia.
Rutha.

¶ Quattuor sequentia sunt maxie appropriate neruis.
Primula veris.
Herba paralisis.
Herba muscata.
Saturegia.

¶ Tredeciz sequētia sunt ap/propriate maxime neruis.
Lignum aloes.
Storax.
Calamentum.
Macis.
Nux muscata.
Folium.
Olibanum.
Lapdanum.
Cubebe.
Castoreum.
Ambra.
Muscus.
Anacardi.
¶ Medicie alteratiue capi/tis cōposite cal'.sunt iste.
Pliris cū musco ꝛ sine musco
Dyanthos cū musco.
Dyarodon iuly.
Aurea alexādrina.
Et que fiunt ex predictis sim/plicibus sunt sicut olea siue vnguēta siue epithimata vl' emplastra vel odoramenta vel suffumigationes vl' em/brocatiōes ꝛ similia.
¶ Medicine frigide simpli/ces capitis alteratiue sunt iste.16.
Papauer.
Jusquiamus.
Mandragora.
Opium.
Solatrum.
Semperuiua.
Lactuca.
Barbaiouis.
Folia mirte.
Folia salicis.
Rosa.
Uiola.
Camphora.
Cucumer.
Cucurbita.
Acetum.
¶ Medicine frigide ꝯpo/site alteratiue sunt iste.
Dyapapauer.
Zuccara rosacea.
Zuccara violacea.
Zuccara nenuphara.
Et ille que fiunt ex p̄dictis simplicibus siue sint olea siue vnguēta ꝛ similia: vt dictum est supra.
¶ Medicie simplices ca/lide alteratiue pectoris sunt hec.
Radix yreos.
Enula campana.
Radix malue.
Ysopus.
Prassium.
Serpillus.
Calamentum.
Pulegium.
Origanum.
Capillus veneris.
Politricum.
Radix altee.
Adyanthos.
Orobus.
Semen fenugreci.
Semen buglose.
Liquiritia.
Uue passe.
Amigdale dulces sunt tem/perate: ꝛ amare sunt sicce in scdo gradu.
Pince.
Candi.
Mel.
¶ Medicine cōposite ca/calide ad idem.
Dyaysopus.
Dyaprassium.
Dyacalamentum.
Dyapenidion.
Et omnia que fiunt ex pre/dictis simplicib⁹ medici/nis siue sint olea vel vn/guenta vel emplastra vel odoramēta ꝛ similia.
¶ Medicine fride simpli/ces alteratiue pector'l sūt.
Juiube.
Sebesten.
Ordeum.
Auena.
Amidum.
Dragagantum.
Summi arab.
Semen bombacis.
Psilium integrum.
Uiole.
¶ Medicine frigide com/posite ad idem.
Dyadragagantum.
Dyapapauer.
Dyapenidion.
Electuariuz resumptiuū ꝛ oīa que fiunt ex simplici/bus precedētibus.
¶ Medicie simplices fri/gide alteratiue stōaci.
Plantago.
Lactuca.
Portulaca.
Cucurbita.
Cucumer.
Amigdale.
Coriandrum preparatum.
Succus citri.
Malagranata.
Citonia.
Pira.
Pruna.
Agresta.
Acetum.
¶ Medicine cōposite fri/gide ad idē sunt iste.
Dyacitonitē sine spēb⁹.
Aragat.
Zuccara rof.
Zuccara viol.
Et ea que fiunt ex p̄dictis simplicibus.
¶ Medicie calide simpli/ces alteratiue stōaci sunt.
Mentha.
Absinthium.
Raphanus.
Anisum ca.in scdo.siccū in tertio gradu.
Ciminum.
Cardamomuz.
Mastix.
Galanga.
Zedoarium.
Zinziber.
Piper.
Cinamomuz.
Ameos ca.ꝛ sic.in.3.gradu.
Cortex citri.
¶ Medicine cōposite ad idem.
Dyatrion pipereon.
Dyazinzibereos.
Dyagalanga.
Rosata nouella.
Dyaciminum.
Dyanisum.
¶ Medicie simplices ca/lide alteratiue cordis.
Borago.
Buglosa.
Mellissa.
Enula campana.
Gariofili.
Doronicum.
Been al.ꝛ ru.
Ciricum.
Muscus.
Ambra.
Crocus.
¶ Medicine cōposite ad idem sunt.
Dyamargariton.
Letitia galieni.
Dyambra.
Et ea que fiunt ex simplici/bus precedentibus.
¶ Medicie simplices fri/gide alteratiue cordis sūt iste.
Margarita.
Saphyrus.
Yacinctus.
Aurum.
Argentum.
Os de corde cerui.
Semen acetose.
Semen citri.
Rosa.
Uiola.
Poma acetosa.
¶ Medicie ꝯposite ad id.
Dyaboraginis.
Zuccara rof.
Zuccara viol.
Et ea que fiunt ex simplici/bus precedentibus.
¶ Medicie calide simpli/ces alteratiue epatis sūt.
Eupatorium.
Apium.
Radix feniculi.
Petrosilium.
Squinantum.
Scabiosa.
Fumus terre.
Lapacium.
Cuscute.
Spice nardi.
Lacca.
¶ Medicine cōposite ca/lide ad idem sunt.
Dyalacca.
Dyarodon abbatis cuz spe/cieb⁹ ꝛ alia electuaria ca/lefaciētia stomachuz ꝛ ea que fiunt ex simplicibus precedentibus.
¶ Medicine frigide alte/ratiue epis simplices sūt.
Scariola.
Utraqꝫ epatica.
Solatrum.
Rostrum porcinum.
Quatuor semia frigida ma/iora ꝛ minora.
Spodium.
Rasura eboris
Aqua ordei.

Acetum.

¶ Medicine frigide cōposite ad idem.

Triasandali.

Dyarodō abbatis sine speciebus.

Dyareubarbaruʒ.

¶ Medicine simplices calide alteratiue splenis sꝰ.

Scolopendria.

Hermandrea.

Squilla.

Camedreos.

Cappar.

Tamariscus.

Cortex medianꝰ fraxini.

Beneste.

Radices cōes.

Assarum.

¶ Medicine composite ad idem sunt.

Dyacapparū ⁊ alia calefacientia epar ⁊ ea que fiūt ex simplicibus precedentibꝰ siue sint olea siue emplastra siue vnguenta et similia.

¶ Medicīe simplices frigide alteratiue splenis sꝰ.

Semen portulace.

Aqua ferrata: ⁊ alia ifrigidantia epar siue sint simplices siue ꝯposite.

¶ Medicine calide simplices alteratiue renū siue vesice sunt iste. Et p̄.

Yringi.

Creta marina.

Tribulus marinus.

Clauellaria.

Paritaria.

Abrotanus.

Leuisticus.

Sparagus.

Lingua auis.

Saxifragia.

Milium solis.

Pimpinella.

Siseleos.

Filipendula.

Penthaphilon.

Daucus.

Juniperus.

Brodiuʒ cicerum.

¶ Medicine calide ꝯposite ad ideʒ sunt.

Electuariū ducis.

Philoantropos.

Zinziber cōditum.

Dyasisticon.

Dyauellanatum.

Oleuʒ scorpionū ⁊ ea q̄ fiunt ex p̄dictis simplicibꝰ

¶ Medicīe frigide simplices alteratiue renum ⁊ vesice.

Semen melonū.

Utraqʒ qnqʒneruia.

Calamentum.

Testa bouis.

Uirga pastoris ⁊ alia infrigidantia apitiua epar vt sunt seia frigida.

¶ Medicine ꝯposite ad idē sunt ille que ifrigidāt epar: ⁊ que fiūt ex precedentibꝰ simplicibꝰ.

¶ Medicine calē simplices alteratiue mr̄icis sūt

Radix rubee maioris.

Arthemisia.

Calamentuʒ.

Origanuʒ.

Sauina.

Nepta.

Ualeriana.

Matrix silua.

Radix ciperi.

Pulegium.

Xilobalsamū.

Carpobalsamū.

Semē siseleos.

¶ Medicine composite ad idē sunt iste.

Trifera magna sine opio.

Oleum de lilio ⁊ alia electuaria calefacientia renes ⁊ vesicaʒ: ⁊ que fiunt ex p̄dictis simplicibꝰ.

¶ Medicine calē simplices alteratiue iūcturaꝝ.

Ypericon parua.

Herba arthetica.

Primule veris.

Herba paralisis.

Nasturtiuʒ.

Lauendula.

Oppoponacū.

Galbanuʒ.

Serapinuʒ.

Terebētina.

Resina.

Hermodactilus.

Castoreum ⁊ omnes medicine caput calefacientes ⁊ neruos.

¶ Medicine alteratiue cōposite ad ideʒ sunt iste que calefaciunt cerebrū ⁊ neruos.

¶ Medicīe fride simplices alteratiue iūcturaꝝ.

Mucillago psilij.

Mirtus.

Bolus armenicus.

Aqua rosacea.

Acetū ⁊ ea que ifrigidant renes ⁊ epar ⁊ illa que dimissa sunt particulariter ⁊ in ꝑpria forma ponentur in lectura noni Almāsoris quantuʒ ad vnguenta solutiones ⁊ electuaria ⁊ alia similia.

¶ Nota ꝭm Galꝰ. ꝙ si aliq̄ valet ad plura mēbra nos debemus illā administrare cū aliquo alio ducente ad mēbruʒ illud qđ volumꝰ ꝯfortare ⁊ dirigere. Unde si volumus deopilare epar: silr ⁊ splenē: diuretica hn̄t ea deopilare: silr pectꝰ ⁊ pulmonē: modo si velimꝰ dare diuretica vt anisuʒ ad epatis deopilationeʒ possumꝰ ea dare: sicut sunt: qꝛ ad epar bn̄ veniūt cū sua v̄tute. Si tn̄ volumus deopilare splenē debemꝰ dare cū aceto: cuʒ acetū sufficiat penetrare ad epar ⁊ ad splenez. Et sic posset declarari de electuarijs cū eo directiuis ad diuersa membra ⁊ de vno: gr̄a exēpli. Electuariū pliris valet ad stomachū cor ⁊ cerebrū cōfortandū: ſʒ cū volumꝰ electuariū pliris ad stomachū ꝯfortādū debemꝰ eū miscere cuʒ decoctione zuccari vel galāge vel sibi silibꝰ. Si ad cor cū decoctiōe buglose aut anthos aut tormētille. Et si ad cerebꝝ cum decoctiōe betonice aut primule veris ⁊ silibꝰ ⁊c̄.

mã igrossans spũs ꝓp quã nõ descẽdũt ad mẽbra iferiora: ꝓp qđ nõ est mirũ si spũs aĩales nõ possunt descẽdere in ꝯgelatione: qꝛ nõ possunt descẽdere in litargia cũ ꝯgelatio causet̃ ab humore melãcolico q magis ingrossat ⁊ ĩmobilitat q̃ꝫ flegma: quia magis est grossus: ⁊ propter hoc melancolici inspiciunt intuitu fixo. semper enim volunt respicere in vno loco.

¶ Cuꝫ aliqs quasi dormiẽs iacet ⁊ nõ mouet̃: ⁊ licet sint oculi aperti. palpebras tamen non mouet stupidus est siue frigidus.

¶ Hic determinat de ꝯgelatione. ꝑmo ponẽdo signa. 2° curã. dicit ğ primo sic. cũ aliqs iacet q̃si dormiens ⁊ non mouet̃: lꝫ oculi sint ap̃ti: tñ nõ mouet palpebras. sꝫ stupidus est vel rigidus. Cã q̃ꝫuis sit passio ĩ posteriori ꝑte cerebri. tñ spũs reddunt̃ ĩmobiles ꝓp mãm frigiditatis: qꝛ nõ trãseunt ad organa. ⁊ iõ stant vel iacẽt dormientes: sꝫ oculi sunt ap̃ti ꝓp nimiã siccitatẽ: qꝛ sicut humiditas est cã clausionis sic siccitas multa est cã ap̃tionis. ⁊ non mouet palpebras ꝓp dispõnem: qꝛ est ibi corruptio sensus ⁊ motus: ⁊ nisi excitent̃ moriunt̃ ꝑ istũ modũ. ¶ Nota cõuenientiã ⁊ dr̃iã iter litargiã ⁊ ꝯgelationẽ. ꝯueniẽtia est. qꝛ in vtraqꝫ est passio in posteriori parte cerebri. Iteꝫ in vtraqꝫ est ablatio sensus ⁊ mot⁹: silr̃ ĩ vtraqꝫ est obliuio: qꝛ in vtraqꝫ patit̃ ꝑs posterior: iõ viaticus iter ista nõ facit capl̃a. dr̃ia tñ est: qꝛ litargia cãtur a mã flegmatica faciẽte apostema in posteriori ꝑte cerebri: sꝫ ꝯgelatio fit a mala cõpl̃one frigida ⁊ sicca cũ mã vel sine mã.

¶ Curandus vero est ex medicinis subeth.

¶ Ponit ꝑmo ꝯueniẽtiã litargie cũ cura ꝯgelatiõis. scđo oñdit in quo differũt. tertio ponit curã ꝑ epithimata. dicit ğ sic. qui patit̃ ꝯgelationẽ dꝫ curari cum medicinis litargie. ¶ Nota ꝙ cura litargie ⁊ ꝯgelatiõis ꝯueniũt in trib⁹. ꝑmo in q̃litate medicine: iõ medicine vtriusqꝫ debẽt esse medicine fortes. 2° in lõgitudine tp̃is: cũ vtraqꝫ sit de mã grossa ⁊ frigida que nõ põt digeri in breui tp̃e. 3° in applicãdo: qꝛ in posteriori ꝑte capitis. Sꝫ differũt qꝛ medicine curãtes ꝯgelationẽ debẽt eẽ appropriate illi hũori melãcolico si peccet cuꝫ mã. si v̾o sine mã idiget sola calefactiõe: ⁊ tales medicine dicte sunt supra ĩ capl̃o doloris capitis ꝓueniẽtis ex hũore melãcolico: sꝫ qꝛ ibi nõ facit mẽtionẽ de clisteri vel suppositorio: iõ posset fieri tale clistere in ꝯgelatiõe. ℞. boragĩ. cũ toto. buglo. cuꝫ toto. mellisse fumiterre mercurial̃. añ. M. i. anisi maratri cuscute. añ. ℥. i. thi epithi vtriusqꝫ sticados. añ. ℥. i. furfuris. p. i. mellis. olei de lilio vel sisamini. añ. q̃rtl. ß. sal̃ gẽme. ℥. i. yererufini vel loco ei⁹ yerologodiõ. ℥. i. fiat clistere vsqꝫ ad q̃rtl. v. mistret̃ stomacho vacuo añ p̃rãdiũ vel añ cenã: qꝛ nos possumus addere vel diminuere quãtitatẽ clisteris: qꝛ aliq hñt magna ĩtestina ⁊ nõ sufficeret eis parua q̃ꝫtitas: ⁊ in hoc cõiter errãt medici: qꝛ tñ dant de syrupo vni ꝑuo sic̃ vni forti ⁊ magno: qđ faciunt q̃ttuor coclearia syrupi ⁊. vi. aq̃ in corꝑe magno q̃si nihil ⁊ cõiter ita vtimur ⁊ male. nũq̃ꝫ aq̃ dꝫ corrũpere v̾tutẽ medicine certe. ĩmo qꝛ si pa. sumeret sine aqua esset melius: ⁊ iõ caueatis in hoc casu. silr̃ pꝫ in sternutatiõe: qꝛ in litargia cõpetit cũ elleboro al. qꝛ euacuat flegma: sed in ꝯgelatione cũ elleboro nigro: qꝛ euacuat melãcoliã.

¶ Hoc tñ addito vt oleũ sambucinũ suꝑ caput fundat̃ ⁊ in omni libra ei⁹ sit. ℥. j. euforbij.

¶ Hic ponit in q̊ differũt cure istaꝝ passionũ. ⁊ dic̃ ꝙ debẽt curari cũ medicia litargie addito oleo sambuci. ⁊ capiti ĩfundat̃. cã est: qꝛ in hoc casu nõ cõpetit acetuꝫ: qꝛ infrigidat ⁊ desiccat: sed oleũ sambucinũ: qꝛ calefacit ⁊ humectat. Causa quare competit ab ĩtra: qꝛ medicina que applicat̃ ab extra indifferẽter mãm flegmaticã ⁊ melãcolicã euacuat: sed non ab intra: sed appropriata.

¶ Ipsi quoqꝫ caput ex castoreo ⁊ euforbio ⁊ oleo sambucino liniatur.

¶ Dicit ꝙ caput epithimet̃ cuꝫ oleo castoreo ⁊ euforbio mixtis cũ oleo sambucino ⁊ loco ei⁹ posset fieri embrocatio cũ aqua decoctionis posita in clisteri. remota mercuriali: qꝛ nõ ponitur ibi nisi ad mũdificandum.

¶ De paralysi graui. Cap. VII.

Circa rubricã. nota qđ sit ꝑalys̃. vñ paralysis est mẽbroꝝ mollificatio cum ablatõe sẽsus ⁊ mot⁹. ⁊ ꝑ ħ ꝙ dr̃ mollificatio dr̃t a spasmo: qꝛ in ꝑalysi extẽdit̃ mẽbruꝫ s̃m lõgũ. in spasmo s̃ꝫ latũ. sꝫ ꝑ ħ ꝙ dr̃ cũ ablatione sensus ⁊ mot⁹ differt a tremore ⁊ stupore q̃ dñr minor paralysis: vt videbit̃ ĩfra. In ista rubrica ĩtelligit de paralysi graui in qua aufert̃ sensus ⁊ mot⁹: ⁊ nõ de minori. ¶ Scđo nõ ꝙ ꝑalysis est 2x. vl̃is ⁊ ꝑticularis. vl̃is q̃ tꝫ medietatẽ corꝑis s̃m lõgũ. s. de capite vsqꝫ ad pedes. particularis q̃ in vno mẽbro tm̃. vt manu pede m̃rice vel lingua. In vl̃i q̃ñqꝫ ꝑalyticat̃ totũ corp⁹ excepto capite: qꝛ si esset in capite iã eẽt appoplexia. ¶ Nota 3° ꝙ paralysis tres sunt cãe. ꝑmitiua est illđ qđ multiplicat humorẽ flegmaticũ in corꝑe vel ĩ mẽbro in origĩe neruoꝝ. exm ꝑmi. sic̃ cibi fridi ⁊ hũores: nimia crapula: nimia hũiditas pisces carnes porcine magna q̃ꝫtitas offaꝝ: fruct⁹ fri. ⁊ hu. sõnus suꝑfluus. qes suꝑflua: q̃ꝫuis iuuet ad ħ cõpl̃o frã ⁊ hu. ⁊ dispõ carnosa ⁊ pinguis. silr̃ offiñ piscatorũ. Exm 2i casus ꝑcussio litargia appoplexia: ⁊ qꝛ lꝫ ista nõ multiplicãt humorẽ fl̃aticũ in neruis: tñ opilãt vias: vñ spũs ⁊ calor nõ pñt venire a cerebro: fit ꝑalys̃: ⁊ gnãt̃ aq̃sitas a cerebro ꝓp defectũ spũs ⁊ caloris nãlis. Cã añs est mã fl̃atica mala ĩbibita in neruis ⁊ ĩ porrositatib⁹ mẽbroꝝ anteq̃ꝫ auferat̃ sensus ⁊ mot⁹ q̃ venit a sanguĩe ⁊ ml̃ia ex venis ⁊ arterys q̃ sunt cã opil̃onis: sꝫ vtpl̃iꝫ ꝑtinet mãe fl̃atice ĩbibite in neruis. Cã ꝯiũcta est mã fl̃atica actu ĩbibita in porrositatib⁹ mẽbroꝝ: qꝛ spũs nõ pñt trãsire ad mẽbra rõne istaꝝ opil̃onũ. vtꝝ aũt possit gnãri a sanguine col̃. vel ml̃ia fiet ꝑnlis cõpl̃o. ¶ Nõ ꝙ iter ꝑalysim ⁊ spasmũ est 2x dr̃ia ⁊ ꝯueniẽtia: qꝛ in vtroqꝫ est passio neruoꝝ vel mala ꝯpl̃o frigida. Itẽ in vtraqꝫ est ablatio sensus ⁊ mot⁹. ⁊ loquor de spasmo in facto eẽ: qꝛ qñ est in fieri est hñ mot⁹ ꝑter nãꝫ. Sed dr̃ia est: qꝛ in ꝑalisi mẽbrũ elõgatur seu augmẽtat̃ s̃m lõguꝫ: ⁊ diminuit̃ s̃m latũ: ⁊ cã est: qꝛ mã faciẽs ꝑalysim est mã fl̃a ⁊ extẽdit in longũ: vt pꝫ de corrigia madefacta in aq̃. Scđo qꝛ ĩ paralysi ꝑs sana attrahit egrã ad se: qꝛ pars paralyticata est mollificata ⁊ ꝓlõgata: iõ istã trahit ꝑs sana. Sed ĩ spasmo est eꝯ pars ĩfirma attrahit ad se sanã: sic̃ ĩ tortura trahit̃ v̾sus ꝑtẽ illã ĩfirmã. ¶ Nõ ꝙ ĩ spasmo ⁊ tortura mẽbrũ curtat̃ s̃m lõguꝫ ⁊ augmẽtatur s̃m latũ ⁊ est mẽbrũ spasmatũ grossum. rõ est: qꝛ mã est grossa. ⁊ ideo non extendit mẽbruꝫ s̃m longum: sed augmentat s̃m latum.

Cum aliqs se mouere nõ valꝫ aut vnũ vel pl̃a ex mẽbris mouere nõ põt atqꝫ eoꝝ sensuꝫ amisit: ipꝫ paralysim ipsi⁹ mẽbri aut ipõꝝ mẽbroꝝ ĩcurrisse ꝓnũciam⁹.

¶ Determinat de paralysi que est egritudo neruoꝝ. ponẽdo ꝑmo signa. scđo curã: ⁊ dicit ꝙ cũ aliqs se mouere nõ põt: vel nõ põt mouere vnũ mẽbrũ vel plura: aut sensum aut motũ mẽbri amisit: ꝓnũciamus ipsuꝫ esse paralyticũ. ¶ Nota ꝙ quedã sunt signa paralysis ꝓnostica:

vt frequēs stupor vel tremor mēbroꝝ. ⁊ dr̄ stupiduz: q̄r diminuit̄ sensus ei⁹: vel tremor qñ fit tremulosum. Signa demōstratiua sunt ablatio sensus ⁊ mot⁹: ⁊ per hoc ꝙ dicit difficili⁹ tāgit vl̄em ⁊ particularē. vl̄em cū dicit: ꝙ aliqs se mouere nō pōt. particularē: cuz dicit: aliqd de suis mēbris. Signa salutis paralysis sunt repatio sensus ⁊ motus. ⁊ qñ erat in sanitate: cui⁹ coloris fuit mēbrum illius sit in passione. Signa mortis sunt ꝯtinua ablatio sensus ⁊ mot⁹. ⁊ ꝯtinua maceratio ⁊ mutatio colorū vel ad liuiditatē vel ad nigredinē diminutio coloꝝ: ⁊ q̄uis nutriat̄ adhuc est valde impfectus. ⁊ ex hoc pz cā partis. quare si aliqs nō pōt se mouere: q̄r tunc est signū ꝙ opilatio est in neruis: rōne cuius aufert̄ sensus ⁊ motus: q̄r opilatio est cā paralysis: vel est ipsamet. si palysis sumat̄ pro morbo vel est cā sumēdo paralysiz ꝓ accñte. ¶ Secūdo nota ꝙ aliqñ in membro aufert̄ sensus. ⁊ remanet motus: ⁊ aliqñ ecōtra. vel ambo sil'. aliqñ. cā dicti: q̄r fortior causa reqrit̄ ad motū q̄z ad sensuz: q̄r mouere est agere: ⁊ sentire est pati: vt pz. 3°. de aīa. Et iō qñq̄z remanent spūs sufficiētes ad sensuz ⁊ nō ad motū: sz aufert̄ sensus ⁊ remanet mot⁹. sensus eniz ⁊ mot⁹ fiūt per diuersos neruos ⁊ opilatio pōt esse in vno: ita ꝙ nō sit in alio. ⁊ aliqñ auferunt̄ ambo. ⁊ cā est rōne magne opilationis: q̄r tunc non descendunt spiritus ad mēbra. ⁊ aliquando opilant̄ ambo nerui sensitiui ⁊ motiui.

¶ **Cuius curam incipiemus: pillulas fetidas quas composui dando.**

¶ Ponit curā paralysis. Primo qñ venit a mā flegmatica. Scđo a casu ⁊ pcussione. ⁊ dicit ꝙ nos incipiem⁹ dando pillulas fetidas q̄s cōposui. ¶ Nota pͥmo ꝙ in cura paralysis q̄ttuor debēt ꝯsiderari. Primo ꝙ in pͥn° nō dētur medicine fortes: vt essent euforbiū: elleborus: colloquintida: nec intus: nec extra: nec in augmēto. ⁊ causa est q̄r resoluit̄ subtile ⁊ remanet grossuz nec disponeret materiā: ita ꝙ augmētaret morbū: sicut si volumus incipe cū vnguēto ante euacuationē factā cuz clisteri dissolueret subtile ⁊ grossuz remaneret. sz paulatim est ꝓcedere ad fortiora. ¶ Scđo est ꝯsiderādum si paralysis sit cuz fe. vel nō. si sic: debēt administrari medicine cōposite ex calidis ꝓpter paralysim ⁊ ex frigidis ꝓpter fe. si nō: competunt magis ca. Tertio de effectu medicinarū applicādarum quē inducūt: q̄r si medicine calefaciūt mēbruz ⁊ rubefaciūt debēt remoueri: q̄r est nimis calidū. ⁊ pp̄ hoc debēt remoueri emplastra ad minus q̄libet die. ⁊ si nō rubescat: īmo si cōprimas mēbrū ⁊ albescat mēbrum: signum est bone medicine. Quarto q̄ūo medicine debent applicari ⁊ debēt poni in origine neruoꝝ: q̄r si ponerent̄ supra mēbrū paralyticatū medicina parū faceret. vt dr̄ 3°. ca. fen. i. ca. de paralysi. ⁊ Hal'. pͥmo de interiorib⁹. Vñ nō dico ꝙ medicina posita supra mēbrū paralyticū non iuuet. sed nō tm̄ sicut supra originē neruoꝝ. ¶ Nota secūdo quare valēt pillule ille fetide. causa est: q̄r euacuat̄ mā illa flegmatica a venis: vt pz per mālia: sz ante dz dari talis syrupus. ℞. rađ. achori q̄rtl. i. ⁊ ß. herbe paralysi. M. iij. yue ypericon vtriusq̄z saluie ruthe melisse foliorū lauri. añ. M. i. siçeleos xilobalsami: carpobalsami se. basiliconis. añ. ℥. i. spicenardi squināti. añ. ℥. i. florum anthos vtriusq̄z sticados añ. ℥. i. mellis electi li. ß. panis çuccari al. q̄rtl. iij. fiat syrupus diligenter clarificat⁹ vsq̄z ad lib. i. vel. ß. ⁊ fiat cū aqua pluuiali: illi⁹ breuior. ℞. radicum achori lib. ß. saluie. M. iij. floꝝ sticađ. arabici q̄rt. i. mellis electi lib. ß. panis çuccari quartl. iij. fiat syrupus diligenter clarificatus cum aqua pluuiali in passionib⁹ neruorum multum valet ⁊c̄.

¶ **Que. ℞. pulueris yera pigre. ℥. x. colloquintide interioris. ℥. v. euforbij. ℥. ij. ⁊ ß. castorei. piperis assefetide serapini oppoponaci. sandaragi indi. sinap̄. omnium. vij. ℥. j. centauree minoris elacterij amborum. añ. ℥. v. gūme in succo ruthe dissoluantur: ⁊ alia ex eis conficiant̄. ⁊ fiant pillule: ⁊ fiant ex eis. x. potiones.**

¶ Dicit ꝙ ꝯfectio pillulaꝝ debz esse talis. ℞. pul. yerapigre. ℥. x. collogntide iterioris. ℥. v. euforby. ℥. ij. ⁊ ß. castorei pip̄is assefetide serapini oppoponacis sandaragi īdi. i. epithimi sinapis oīum. añ. ℥. i. cētauree minoris elacterij amboꝝ. añ. ℥. v. gūme in succo ruthe dissoluant̄. ⁊ alia ex eis ꝯficiant̄: de quibus possunt dari. iiij. vel. v. ad modū ponderis. v. granoꝝ. ¶ Nota ꝙ hec medicina nō dz dari nisi in corpore multū forti: q̄r est multū violēta pp̄ euforbiū ⁊ pul'. collogn. sz alia medicina debilis pōt esse talis. ℞. yerapigre. ℔. ℥. ij. turbith bñ gūmosi interius ⁊ exterius mūdati. i. vt remoueret̄ pͥma crusta q̄ nihil valet agarici electi. añ. ℈. i. ʒʒ. alb. casto. añ. ǧ. v. pulpe collogn. bdelij. añ. ℈. ß. ⁊ ponit̄. ʒʒ. q̄r turbith de se euacuat hu. grossos. ⁊ pp̄. ʒʒ. euacuat mām magis subtilē ⁊ aquosam: pulueriçāda pulueriçent̄ ⁊ oīa misce cū ydromelle facto de aq̄ saluie. ⁊ fiāt pillule ad quātitatē ciceꝝ. ⁊ administrent̄ in ītroitu lecti. ¶ Nota ꝙ turbith rectificatur per. ʒʒ. ꝰm Rasiz. sed Joā. hebē. dicit. ꝙ turbith euacuat flegma subtile imbibituz in neruis. ⁊ si administretur cum. ʒʒ. euacuat flegma grossuz. ⁊ ideo minus debet poni in paralysi de. ʒʒ.

¶ **Quarum vnam postq̄z eger sumpserit per tres dies quiescat: ⁊ nutriatur: tunc cuz aqua ciceris ⁊ oleo ⁊ sinapi.**

¶ Ponit modū dietādi post sūptionē medicine ⁊ modū rectificādi eā: ⁊ dic̄ ꝙ patiēs accipiat vnū potū: ex quo p̄ tres dies nutriat̄. q̄escat ⁊ capiat cū aq̄ ciceꝝ ⁊ oleo ⁊ sinapi. deinde bibat aliā. ¶ Nota q̄re dz quiescere: q̄r ista medicina est multū fortis ⁊ v̄tutē debilitat. ⁊ iō opz p̄uidere vt mā digerat̄ ⁊ post euacuet̄ post digōnē. ⁊ p̄ istuz ītelligit quēcūq̄z aliū syrupū digestiuū māe. ⁊ p̄ pͥm ītelligit alios pot⁹ ꝯueniētes: ⁊ post dent̄ alie medicine. sic dz fieri in q̄buscūq̄z cronicis: q̄r mā pͦ digerat̄: ⁊ postea euacuet̄. ⁊ sic paulatim digerat̄ ⁊ paꝝ euacuet̄.

¶ **Deinde bibat aliam potionem: qđ postq̄z ter fecerit per aliquos dies quiescat.**

¶ Ponit aliā medicinā: ⁊ dicit ꝙ si medicus non hz aliā medicinā dz sumere assaz fetidā: q̄r ml'tū ꝯfert ⁊ aliq addūt pip̄: vt viatic⁹. cā ē: q̄r ē ca. ⁊ sic. ⁊ ꝯsumit māz flegmaticā. ⁊ đ sua ꝓpe͞te respicit neruos calefaciēdo ⁊ ꝯfortādo ⁊ magl rōe pip̄is: q̄r dat acutū saporē remouēdo oleū.

¶ **Et nutriatur carne frustatim incisa ⁊ in sartagine frixa: ⁊ mutagemath in quib⁹ sunt species calide: vt piper ⁊ his similia. In potu vero sumat hydromel.**

¶ Ponit aliā medicinā q̄ ꝯpetit ī palysi. ⁊ dic̄ ꝙ si v̄t⁹ paralytici est bona. i. fortl: tūc fames est bona medicina ⁊ vigilie sitis ⁊ mot⁹. ⁊ postq̄z ēt fecerit q̄escat post aliq̄s dies ⁊ nutriat̄ carne īcisa frustatī ⁊ frixa ī patella ⁊ aues ⁊ colūbi: maxime in quibus species calide sunt: sumat in potu hydromel. Nota causaz quare valet fames ⁊ vigilie ⁊ motus. causa est: quia hec tantuz desiccant: vt abstinētia qñ calor nō inuenit in qđ agat ⁊ cōuertit se in materiam flegmaticaz ⁊ consumit eam: similiter mot⁹ ⁊ vigilie ca/

lefaciũt ꝛ ↄsumunt. ꝛ dicit notãter si vtus sit fortis: qꝛ si
esset debilis nõ cõpeteret: qꝛ motus hꝫ debilitare. Sed
quare cõpetit caro assa frustatim incisa: qꝛ assa magis cõ
sumit mãm flegmaticã q̃ȝ elixata: qꝛ siccioꝛ. ꝛ per istã as/
saturã intelligit aliũ modũ assandi: vt in caçola: in veru.
Sed per illud vocabulũ arabicũ intelligit aues siccas ꝛ
facilis digestionis. ꝛ spãliter inter oẽs aues mũdi valẽt
colũbi: vt dicit Rasis in quarto huius. Sed ydromel cõ
petit duplici de causa. s. in via medicine: qꝛ incidit mãm
flegmaticaȝ. scdo in via cibi: qꝛ quasi nihil nutrit. ꝛ rõne
potus dꝫ administrari ydromel. ꝛ causa est: qꝛ vinũ non
cõpetit in passionibꝰ neruoꝝ cũ sit maximus penetratoꝛ
facit enim penetrare cibũ crudũ ꝛ ad neruos mõ vinuȝ
ↄuertit. qñq̃ȝ in acetũ. ꝛ acetũ nocet neruis. ¶ Scdo no
ta q̃ȝuis plures species cõpetant in paralysi tã simplices
q̃ȝ cõposite: tñ iste pul. est appropriatꝰ. ℞. interioꝝ cyna
momi electi quartl. ß. coriãdri pparati. ℨ. i. gariofi. galan
ge piperis cubebe domestice masticis nucis mus. añ. ʒ. i.
rad. achori sicci. ℨ. ij. ligni aloes storacis calamite. añ. ʒ. ß.
saluie sicce: folioꝝ sticados armeniaci. añ. ʒ. i. croci. ℈. ij.
se. anisi. feniculi. añ. ʒ. iij. panis çuccari al. ℨ. i. fiat puluis
subtilis. ponit̃ in sacculo de aluta: vt meli ↄseruet̃. ꝛ vta
tur ipso in olla vel in paraxide vel in cibarijs.

¶ Membra quoqȝ eius ex oleo costino inun/
gantur. Quod recipit costi amari. ℨ. j. piperis.
piretri: euforbij omnium trium añ. parteȝ ter
tiam. ℨ. i. castorei. ℨ. ß. dissoluãtur oĩa in media
libra olei de cheiri aut de narcisco ꝛ vtat̃ eo.

¶ Ponit curã paralysis per vnguẽta: ꝛ dicit ꝙ mẽbrum
paraliticatũ dꝫ inungi cũ oleo costino qđ sic fit. ℞. costi
amari. ℨ. i. piperis piretri euforbij. añ. partẽ tertiã. ℨ. i. ca/
storei. ℨ. ß. dissoluant̃ in oleo de cheiri. i. de viol. sarrace/
nicis aut de narcisco. ¶ Unde nota ꝙ oleum duplr̃ fit.
Uno mõ vt oĩa ista ponant̃ in vna olla sup cineres cali/
dos ꝛ bulliãt. iij. vel. iiij. inundationibꝰ. ꝛ postea oleũ co
let̃: ꝛ cũ isto oleo mẽbra inungant̃. Alio mõ ꝙ fiat inun/
datio in duplici vase: ita ꝙ olla in qua sint ista posita sit
in alia olla in qua sit aqua feruẽs: ad cuius ebullitioneȝ
ebulliat ne iteriꝰ olei euaporet. Et postea colet̃: ꝛ cũ isto
oleo mẽbra inũgant̃. ꝛ iste modus ẽ artificialis: qꝛ oleũ
qñ de se ebullit magis ↄsumit̃. ꝛ dicit ꝙ bulliat in dupli
ci vase: ꝛ fiãt tres vel q̃ttuoꝛ ebullitiões. ¶ Nota ꝙ mẽ
bra que debẽt inungi isto oleo sunt duplicia. s. mẽbrũ pa
ralyticatũ: ꝛ mẽbrũ a quo oriunt̃ isti nerui. Uerbi grã. si
pedes sint paralytici spina dorsi dꝫ inũgi iuxta eũ: qꝛ ab
ista parte oriunt̃ nerui ad pedes. si manus sit paralitica
spina colli dꝫ inungi: maxime vsus spatulas: qꝛ ibi oriun
tur nerui veniẽtes ad manũ: qꝛ nihil valeret medicina
si solũ applicaret̃ supra mẽbrũ paralyticatũ: nisi etiã po/
neret̃ supra originẽ neruoꝝ. causa quare illud oleũ valꝫ
qꝛ ↄfortat neruos ꝛ calefacit ꝛ alterat malã cõplõnẽ fri/
gidã ꝛ humidã: silr̃ ↄsumit mãm flegmaticã imbibitaȝ
in porrositatibꝰ neruoꝝ. Itẽ per illud ĩtelligit silia olea
vnguẽta emplastra embrocationes dissoluẽtia. Et tale
vnguẽtum valet. ℞. radicis achori rađ. lilij costi amari.
añ. ℨ. ß. piperis: piretri: euforbij castorei. añ. ʒ. ij. saluie sic
ce. ʒ. iij. floꝝ sticados arabici. ʒ. i. ꝛ. ß. spicenardi squinãti.
añ. ʒ. i. succi herbe paralysis facta residentia. ℨ. ij. olei de
narcisco vel de mastice vel de nuce idica. añ. quartl. i. vi/
ni albi. ℨ. iij. pulueriçãda pulueriçent̃ ↄquassanda ↄquas
sent̃ bulliant̃ simul super cineres cali. vsq̃ȝ ad ↄsumptio
nẽ vini ꝛ recolent̃ ꝛ colature addat̃ cere qđ sufficit. pono
vinũ ad ↄfortandũ: vt nõ ↄsumat̃ vnguentũ. vel fiat sic

ꝛ est optimũ. ℞. olei bñdicti olei terebentine. añ. quartl.
i. cere qđ sufficit. fiat vnguẽtũ. ¶ Nota ꝙ oleũ vel olea
que cõpetunt in palysi sunt tria. oleũ de maioꝛana: oleũ
de cynamomo: oleũ de iunipero. ¶ Nota ꝙ talis ablu/
tio cõpetit. ℞. saluie sicce. M. iij. cõquassent̃ ꝛ bulliant̃
in tribꝰ lib. aq̃ pluuial. quousq̃ȝ redeat ad lib. ij. ꝛ in fine
decoctionis bulliat cũ duabꝰ ebullitionibꝰ. floꝝ sticađ.
arabici quartl. ß. colet̃ ꝛ colature addat̃ aq̃ marine. li. i.
vini albi lib. ß. mellis electi. quartl. i. vel loco decoctiõis
recipiat̃ aque saluie sticados destillate vel ablutio cum
aqua ardẽti sola vel mixta cũ modico vini albi. ꝛ exper/
tus sum frequẽter in doloꝛe neruoꝝ. ¶ Nota ꝙ primo
mẽbra debẽt fricari donec fuerint calefacta anteq̃ȝ ap/
plicent̃ ista vnguẽta. Emplastra supius dicta in litargia
ↄgelatiõe: ꝛ appoplexia bene valẽt in isto casu nisi ꝙ ad/
dat̃ pdictis gũmi ruthe agrestis. ʒ. ij. vel sic. ℞. succi ru/
the facta residẽtia li. ß. pului. stercoꝛis colũbini qđ suffi/
cit ad incoꝛporãdum. fiat emplastrũ mediocriter liqdũ.
ꝛ extendat̃ supra pãnũ ꝛ ponat̃ supra mẽbrũ paralytica
tum. ꝛ sola fricatio mẽbri paralyticati cũ succo ruthe est
valde vtilis. ¶ Nota ꝙ ista vnguẽta ꝛ ablutiones pos/
sunt administrari duobꝰ modis. Uno modo in balneo.
Alio mõ sine bal. si sine balneo pcedat vl̃is purgatio: ꝛ ĩ
hoc errãt multi. naȝ nulla fricatio vel medicina dꝫ dari
localis ante vl̃em purgationẽ: tales medicine vl̃es. tunc
multũ iuuãt. balneũ ꝛc. cõpetẽs in paralysi est duplex. s.
nãle ꝛ artificiale. nãle est balneũ aque marine vel aque
sulphuris. Sed artificiale duplex est: vnũ ex herbis po/
sitis in syrupo: bulliãt in aqua. ꝛ ex illa aqua fiat stupha:
vel sic ꝙ herbe ponant̃ in olla: ꝛ alia olla sit supposita: ꝛ
bene lutata: ꝛ cũ fermẽto. ꝛ in olla superioꝛi fiat foramẽ
in quo ponat̃ cãna attingẽs ad tinã vbi est patiẽs ꝛ reci/
piat fumũ: ꝛ ꝙ fumus ad partẽ infirmã veniat: ꝛ ꝙ tina
sit bene coopta. ꝛ illud balneuȝ sine aqua vocat̃ stupha.
Alio mõ fit ꝙ ferueat aqua cũ herbis illis: ꝛ ponit̃ in ti/
na. ꝛ patiẽs sedeat supra sedẽ altã ne tangat aquaȝ. ꝛ hoc
fit cõiter in passionibꝰ frigidis. verũ est ꝙ primũ modũ
facimus: vt videat̃ aliqd fecisse. Speciale vnguẽtuȝ in
hoc casu fit de decoctione vulpis ꝛ alijs oĩbus intestinis
suis admixtis pcedente purgatione: qꝛ aliter esset cã de/
structionis. ꝛ per ↄñs augmentatio paralysis.

¶ Diebus vero qbus qescit dande sunt quaqȝ
die. ʒ. ij. de anacardino qđ. ℞. ȝȝ. piretri nigelle
costi melanopiperis macropiperis oggij om/
niũ añ. ʒ. x. myrrhe ruthe sicce asse aristol. bac/
carum lauri castorei setaragi indi sinapis gen
tiane omniuȝ. añ. ʒ. v. mellis anacardi. ʒ. v. vn
gantur cum oleo nucum: ꝛ cum melle cocto
conficiantur. hoc enim medicamen valde cõ/
fert palysi: appoplexie torture ꝛ tremoꝛi moꝛ
fee moꝛsibus scoꝛpionis ꝛ omnibus passioni
bus frigidis. ꝛ spasmo humido. Que cum su
mitur illico prouocat sudoꝛem ꝛ ĩfert febrẽ.

¶ Ponit curã paralysis per electuariũ dicẽs ꝙ patiens
quiescat a sumptione medicinaꝝ: deinde sumat diebus
quibus quiescit. ʒ. ij. de anacardino. ℞. ȝȝ. piretri nigelle
costi melanopiperis macropiperis oggij. i. se. macedoni
ci oĩum. añ. ʒ. x. myrrhe ruthe asse aristologie baccarum
lauri castoꝛei sinapis gentiane oĩum. añ. ʒ. v. mellis ana/
cardini. ʒ. v. inungant̃ simul cũ oleo nucis ↄficiant̃ cum
melle cocto. hec auteȝ medicina ↄfert paralysi apople/
xie torture tremoꝛi albaras moꝛsibꝰ scoꝛpionis ꝛ oĩbus

passionibus frigidis ⁊ spasmo hu. Cum autez sumitur illico ꝓuocat sudores ⁊ ĩfert febres. Cã q̃re. vz. confortat neruos: vt pz ꝑ mãlia: vt castoreũ ⁊ anacardinũ. que cõfortant neruos ⁊ mel anacardinũ multũ vz. ꝯfortat memoriã cũ sit ca. ⁊ sic. ⁊ remouet malã cõplexionẽ frigidã ⁊ hu. ⁊ cõsumit mãm flegmaticã ipsam desiccãdo sic ꝓuocat sudorẽ ⁊ fe. inflãmando ⁊ fe. paralisi ⁊ spasmo cõfert: qꝛ sudor aperit poros: ꝑ quos mã expellit ⁊ fe. cõsumit mãm: iõ est valde bõa in h casu: ⁊ in egritudinibus alijs frigidis: qꝛ subtiliãt mãm. ℂ Nota qꝛ tale electuariũ est fortis virtutis nõ dz administrari nisi p̃cesserint leuiora domestica magis: qꝛ ĩ egritudinibꝰ cronicis debemus ꝺ debilibus ad fortiora ꝓcedere. ℂ Electuariũ domesticũ. ℞. pul. pliris siue muscis. ℥. ß. cinamomi electi. ʒ. i. ligni aloes. storacis calãite. nucis muscate. cubebe domestice. añ. grana. v. masticis. granoꝝ tinctoꝝ. añ. ℈. i. se. anisi. se. feniculi. coriandri p̃pati. añ. ʒ. i. carnium vuaꝝ paſ. pinguiũ. ℥. ß. ꝯserue achori. ℥. i. corticis citri cõditi. ʒ. iij. ꝯserue anthos. ꝯserue sticados arabici. añ. ʒ. ij. aq̃ saluie. ʒ. v. aq̃ roſ. de damasco q̈rtl. i. zuccari al. lib. i. fiat electuariũ in bolis. ℂ Nota ꝙ illud habeat̃ in memoria ne aliqs decipiat̃ ꝙ p̃dicta electuaria ⁊ vnguẽta cõpetunt in paralisi cuiꝰ mã añs ⁊ cõiuncta sunt de mã frigida: sz qñ añs est de mã ca. non cõpetũt ista fortia donec mã sit euacuata: verbi grã palisis põt venir̃ a cã extrinseca calida dissoluẽte flegma: ⁊ rõne flegmatis dissoluti existẽtis in porositatibꝰ neruoꝝ spũs nõ pñt trãsire ad mẽbra: iõ nõ ꝯpetũt talia donec talis cã remoueat̃: sz cõiuncta remanẽte frigida cũ mala cõplexiõe neruoꝝ frigida: tũc bñ cõpetunt ista ca. ⁊ ad hec debẽt eẽ domestica. ℂ Quare dicit in die gestis: nõ ꝯpetit alijs diebus: credo ꝙ nõ: qꝛ illud electuariũ est multũ forte: ⁊ si daretur illa die q̃ darent̃ alie medicine patiẽtes nimis affligerẽtur. nã aflicto nã est danda afflictio. Sed aliud electuarium potest dari quolz die: qꝛ magis domesticum est q̃ electuarium raſ.

ℂ Qꝛ si sumptuz non affert sanitatez eger ab oi medicamine ꝑ. x. dies abstineat excepta dieta. deinde ad ipsius curam redeundũ.

ℂ Remouet dubiũ: diceret aliqs si illud electuariuz nõ valeret nec iuuaret qd sit faciendũ. dicit: ꝙ tũc quiescat ꝑ decem dies: ⁊ tunc nisi sit curatus redeat ad p̃nm cure. ℂ Nota quare patiẽs dz abstinere. ꝑ. x. dies. qꝛ si nõ iuuaret̃ ꝑ illud electuariũ cũ sit optimũ signũ est. ꝙ est ex ꝑte virtutis defecte: qꝛ medicus nõ est nisi minister nature. nã vero opatrix. tertio tegni. iõ non est danda talis medicina: qꝛ magis debilitaret virtutez: sz dz dimitti ⁊ virtus cõfortari: vt postea sit potẽs ad curã: ⁊ hoc dz fieri in cronicis egritudinibus ꝙ cõfortat̃ virtus cũ bona dieta: qꝛ virtus ẽ q̃ curat morbos. ℂ Nota ꝙ dieta paliticoꝝ dz declinare in oĩbus rebus declinantibus ad caliditatez ⁊ siccitatẽ: vt carnes assate fricatio extremitatũ valet. ⁊ iuuat in mẽbris paraliticatis.

ℂ Qꝛ si paralisis ex percussione aut casu euenerit ⁊ acciderit subito: taliter permanebit: nũq̃ enim sanabitur.

ℂ Ponit curã palisis ex casu seu ꝑcussiõe. ⁊ dicit: q̃ si venit subito nõ curabit̃. cã est: qꝛ qñ venit subito signũ est ꝙ venit a forti casu: qꝛ tollit subito potentiã mẽbrorum ⁊ fuit factus magnus cursus humoꝝ ĩ neruis cãns apostema ⁊ opilationẽ: qꝛ ibi est ĩbibita magna mã in oĩbus porositatibus mẽbroruz. ℂ Nota scdo ꝙ dictũ rasis hz veꝝ nisi ex tali casu seu ꝑcussiõe causaret̃ dislocatio ex qua solet causari palisis: qꝛ ablatio sensus ⁊ motus: qꝛ facta tali dislocatõe sufficit reducere mẽbrũ ad suuz locũ. ℂ Tertio nota cãm dictoꝝ q̃ ponunt̃ in additiõe raſ. p̊ qñ spondile est tortũ ex casu seu ꝑcussiõe causatur ablatio sensus ⁊ motus mẽbri suppositi: ⁊ tũc valz. reducere ad ꝓpriũ locũ: ⁊ si est a mã resoluat̃. Scdm ꝙ aliqñ põt ex co. rubea vel melãcolica palisis gñari tãq̃ a cã añte: nũq̃ aũt a cã cõiuncta: qꝛ rõne siccitatis nõ inducit ꝓlõgationẽ in mẽbro: nec melancolia grossa potest ĩbibi in mẽbro. tñ bñ tãq̃ a cã añcedẽte: qꝛ pñt opilare poros ⁊ ꝓhibere trãsitũ spũum ad mẽbra: ⁊ tunc causat̃ aquositas: qꝛ calor nõ põt trãsire ad mẽbra. Tertiuz ꝙ aliqñ a caliditate dissoluẽte: ꝙ dissolutũ ĩbibitur ĩ neruis. ⁊ causat palisim sicut apparet ĩ hyeme ꝙ sol nõ põt consumere glaciẽ: sed ipsaz dissoluit: ⁊ ita de se qñ nõ consumit sz dissoluit. ⁊ isto modo spasmus causat̃ de repletiõe: vt pz tertio pronosticoruz. spasmus accidit pueris: ⁊ sic nocet quãtũ ad cãz añcedentẽ ca. ⁊ sic. Quartũ ꝙ aliqñ ex sanguine quãtũ ad cãm añtis: qꝛ rõne sue multitudinis opilat neruos arterias ⁊ venas: q̃re spũs non pñt transire. ⁊ iõ generat̃ sanguis aquosus: qꝛ sanguis de se nõ põt ibibi ĩ neruis sz ĩ porositatibꝰ neruoꝝ ⁊ mẽbroꝝ: ⁊ ita multũ cõpetit flobothomia. Quintũ ꝙ aliqñ ex forti frigiditate fit cõstringẽte: ⁊ ꝑ ꝯñs opilante neruos q̃re ⁊c̃. ⁊ iõ auferẽt̃ sensus. ⁊ tũc indigemꝰ sola alteratiõe. Cã est: qꝛ ĩ mala cõplexione sine mã non cõpetit euacuatio sz soluz alteratio ẜm Auicẽ. fen. q̈rta. ca. ij. ⁊ illud fit ꝑ vnguẽta ⁊ alia dicta supius. Sextuz est ꝙ aliqñ fit rõne doloris: vt in senibus: ⁊ tunc est difficilis ad sanandũ: qꝛ habundant in frigiditate ⁊ humiditate ⁊ flegmate salso ⁊ etiã qꝛ sunt debilis virtutis. ⁊ flegma salsuz ẽ mordicatiuũ. Septimũ est ꝙ aliqñ fit. ꝓp ꝑcussionẽ ⁊ casuz: ⁊ tunc dolor est in mẽbris vel in neruis. ⁊ rõne doloris fluunt humores in porositatibus neruoꝝ ĩbibiti: q sunt cã paralisis: ⁊ ꝺ isto determinat hic rasis. Octauũ ꝙ aliqñ causat̃ ex timore subito vel tristicia. cã est: qꝛ in timore priuantur mẽbra spiritibus: qꝛ spũs sunt reclusi ad interiora. ⁊ sic. paralisis fit. ideo in timore causat̃ tremor mẽbroruz exterioꝝ. Ultimũ ẽ ꝙ aliqñ causat̃ in vno mẽbro solo: vt in stomacho matrice vesica: ⁊ est signũ qꝺ est in origine neruoꝝ venientiũ ad illa mẽbra: naz qñ in eis dolor est trahunt̃ ibi humores: ⁊ tunc est signũ ꝙ egritudo ẽ ĩ illo mẽbro: ad qꝺ supfluitates currũt: ⁊ tũc ex resolutione istius materie fit magnũ iuuamentuz: ⁊ tunc cõpetit decoctio camomille: fricatiões: vt mẽbra expellãt suas supfluitates: opz ꝙ fatigentur.

ℂ Qꝛ si nõ repente ex predictis sed paulatim ⁊ molliter inuaserit: loco ꝑcussionis emplastrũ hoc est apponendũ. Qꝺ. ℞. farinã fenugreci semen been semẽ mahalep. semen resim bdelliũ armoniacũ adipẽ anatis ceram oleũ yrinũ. ex his fiat emplastrum ⁊ supponatur.

ℂ Ponit curã paralisis ꝑ emplastrũ qñ ẽ curabilis. ⁊ dic̃ ꝙ qñ venit paulatim nõ repente loco ꝑcussiõis emplastruz fiat tale. ℞. farine fenugreci se. been. se. mahalep. se. resim. bdellij armoniaci adipẽ anatis cerã. oleũ de lilio fiat emplastrũ ⁊ supponat̃: ⁊ põt poni in forma. ℞. farine fenugreci bdellij armoniaci. añ. ℥. i. piperis al. se. resine. añ. ʒ. ij. axũgie anatis. ℥. ß. olei de lilio. ʒ. ij. puluerizãda puluerizent̃ subtilr̃. liq̃facieda liq̃fiãt. misce oĩa fiat emplastrũ extẽdatur supra pãnuz: ⁊ ponat̃ super locum ꝑcussum. ℂ Nota ꝙ in neruo ꝑcusso aliud est ponẽduz in loco ꝑcusso. ⁊ aliud ĩ loco supiori: qꝛ in loco supiori cõ

petūt repcussiua maxīe si tineaṫ ꝙ mā q̄ fluit sit calida.
⁊ cognoscit ꝑ ꝯplōnem etatē regionē. ⁊ ista sunt tria mū/
mia bolus armenicus, sarcocolla.an̄.ʒ.ij. misce cū oleo
mirtillo⁊ ⁊ ponaṫ iuxta locū ꝑcussum: q̄ꝛ mā trahiṫ ibi
rōne doloris. ⁊ ꝑ ꝯn̄s incurabilē redderet ⁊ esset timen/
dū de apostemate. Si vō mā esset frigida qꝺ cognosciṫ
ꝑ ꝯplōnez nālē flegmaticā ⁊ ꝑ etatē: tūc sunt ponēda ca.
stiptica sicut mastix olibanū nux cipssi ⁊ sil'ia. ⁊ incorpo/
renṫ cū vino stiptico: ⁊ poniṫ iuxta locū percussuz vt hu
mores ibi nō fluāt. Sed aliud ē ponendū supra locū do/
lorosuz mitigatiuū ⁊ resolutiuū ꝫ hali. tertio tegni. ner
ui vō. sicut emplastrū raſ: qꝺ ē dolo⁊ mitigatiuū ⁊ reso
lutiuū ⁊ ꝯfortat neruos: iō ē valde bonū si mā discurrat
ad ipsuz neruū. cōpetūt ista duo q̄ pōit rasi5 ī diuisiōib⁹
suis. ℞. olei costi q̄rt̄l. ꝭ. olei de euforbio. ℥. ꝭ. misce. vel
sic. ⁊ ē valde vtile. ℞. mirre oppoponacis. an̄. ʒ. v. casto/
rei. ʒ. iij. euforbij. ʒ. ij. olei de lilio. ⁊ de narcisco. an̄. ℥. ij. ce
re. ʒ. v. puluerizanda puluerizenṫ subtiliter. liq̄fienda
liquefiant ⁊ ponanṫ supra pānuz. ¶ Nota ī conq̄ssatiōe
vl'i multū valz induere pellē ouinā excoriatā ⁊ recordor
ꝙ habui quēdā vicinū totū conquassatū ⁊ erat debilis ⁊
nō poterat flobothomari q̄ꝛ senex ⁊ induit illā. ⁊ fuit cu
ratus in crastino die. Similiter valet in pueris.

¶ De stupore ⁊ tremore. Cap. VIII.

Circa rubricam nō. ꝙ stupor est duplex: q̄dam ē
mētis ⁊ ille ē actio diminuta virtutis imagi/
natiue: q̄ꝛ īperfecte imaginaṫ ⁊ stat ⁊ nō loq̄/
tur: ⁊ vṙ imaginari ꝙ nō facit aliq̄d ꝺ quo sit
curandū: vt pꝫ in respirationib⁹ ⁊ est ꝓprie ī corporibus
melancolicis: ⁊ causaṫ a frigido. nūq̄ꝫ a ca. q̄ꝛ actio dimi/
nuta nō causaṫ a ca. nisi sit multū excedēs: q̄ꝛ al'r nō face
ret lesionē in corꝑe. De isto non loq̄tur hic. alter ē idem
ꝙ dormitatio mēbri: ⁊ sic ē actio dimīuata sēsus tactus
⁊ ī stupore nō est dolor: ⁊ ꝑ hoc differt a ꝑalisi: q̄ꝛ in para
lisi ē actio ablata. ¶ Scꝺo nota ꝙ stupor causaṫ tribus
modis. Uno mō vt in ꝑ̄focatiōe caloris ⁊ spūs ⁊ sangui/
nis vt ī senibus. nā non bn̄ sentiūt dolorem vt in multis
ethicis: ⁊ de isto nō loq̄tur raſ: q̄ꝛ cura ei⁹ est cura ethice
q̄ꝛ humectātia applicata ab ītus ⁊ ab ex̄ sicut cum oleo
viol'. intra cū lactutis ⁊ iste stupor ē actio diminuta sen/
sus ⁊ motus. Scꝺo mō pōt causari ex repl'one neruoruz
vtplurimū ex ībibitōe materie flegmatice: non tn̄ sicut
paralisis: ⁊ sic causaṫ. ⁊ eadem est cura stuporis ⁊ parali
sis q̄ꝛ vtrobiq̄ꝫ dn̄atur mā flegmatica. Tertio mō fit ex
sola opilatōe sine humoris vitio sicut ī strictura vl' coar
tatiōe mēbri vel frigiditate extrinseca opilāte ⁊ cōstrin
gēte porositates neruo⁊: ⁊ ex cōstrictiōe: q̄ꝛ vnū mēbrū
stat suꝑ aliud: q̄ꝛ spūs nō pn̄t libere trāsire: ⁊ tunc nō sen
tiunt mēbra: ⁊ sic nō determinat hic rasis q̄ꝛ cura ei⁹ est
remotio cause vt ligatiōis ⁊ cōstrictionis. ¶ Sed circa
tremorē est notāduz ꝙ triplex est tremor. q̄daz ē passio
neruo⁊: ⁊ iste fit ī fe. ex sꝑsione materie male supra mu/
sculos sentiēs motū virtus sensitiua incitās virtutē ex/
pulsiuā ad expellendū: ⁊ virtute expulsiua expellere nō
potente cātur tremor: ⁊ tūc ē passio virtutis expulsiue.
Alio mō cātur a cā extrinseca vt a subita asꝑsiōe aq̄ cali
de vel frigide supra mēbra sensibilia: ⁊ de istis nō deter/
minat hic: sꝫ in loco ī quo determinat de sil'ibus. Alter ē
tremor ⁊ passio neruo⁊: ⁊ ꝺ isto determinat ħ: ⁊ diffiniṫ
sic. tremor ē motus ꝑ̄ter nāz ꝯpositus ex motu virtutis
⁊ morbi: ⁊ talis cātur tribus modis vt dictū ē ꝺ stupore.
Uno mō ex īanitiōe. Alio mō ex defectu caloris ⁊ spiri
tuū vt in cōualescētibus ⁊ in ethic'l. q̄ꝛ nā nō pōt regere
mēbrū: ⁊ iō quātuz eleuat nā tn̄ deprimit morbus: ⁊ ad
istū tremorē reduciṫ tremor caufatus ex accidētib⁹ aīe:
eo ꝙ mēbra remota priuāṫ calore ⁊ spū ⁊ vadūt ad cor.
Alio mō ex repletōe vt ex mā flegmatica ībibita ī poro
sitatib⁹ neruo⁊ rōne cui⁹ virtus non pōt tenere mēbra
ī sua dispōne nāli: ita ꝙ quātū nā eleuat: tn̄ mā flegma
tica deꝑ̄mit: ⁊ illud ē optimū bellū: ⁊ isto mō tractat ħ.
q̄ꝛ iste curaṫ cū digerētibus ⁊ euacuantibus flegma: ⁊ q̄ꝛ
stupor ⁊ tremor hn̄t eandē cāz: iō de his fit soluz vnū ca
pitulum. Tertio mō cātur ex opilatiōe sine humoris vi
tio sicut stupor. ¶ Nota q̄re tremor plus accidit capiti
q̄ꝫ alijs mēbris ⁊ post caput manib⁹. cā ē: q̄ꝛ caput ē fleg/
maticū cuz sit frigidi⁹ inter cetera mēbra rōne materie
flegmatice in eo habundātis: q̄ꝛ multe suꝑfluitates ab
alijs mēbris sibi demādanṫ. q̄re postea manus: q̄ꝛ sunt
magis ꝓpinque capiti. alia cā est: q̄ꝛ sunt mēbra magis
rara q̄ꝫ pedes. ⁊ cā est: q̄ꝛ nā ordinauit pedes ad motum
custodit ⁊ rōne motus.

Cum aliquis sentit aliquod suorum
mēbro⁊ sicut est dispositio pedis cū
fit stupidus: dicemus ī illo membro
stuporem esse. quapropter eius cura
non est differenda.

¶ Determinat de tremore ⁊ stupore. ponendo p̊ signa di
cens. sensuz mēbro⁊ obdormiētiū sicut accidit dispōni
pedū. dicamus in eis esse stuporē vel tremorē vel melā/
coliā. ¶ Nota p̊ ꝙ in pedib⁹ ꝑ̄us fit stupor q̄ꝫ in alijs mē
bris duplici de cā. Una ē: q̄ꝛ magis sunt remoti a fonte
caloris: vt mēbro a q̊ veniunt nerui sensitiui: iō sunt mi/
noris sensus ꝓꝑ paucitatē spūs ⁊ caloris. ⁊ est q̄re leprosi
citius experiunṫ ī pedibus q̄ꝫ in alijs mēbris: q̄ꝛ ibi citi⁹
ꝑditur sensus. Alia cā ē: q̄ꝛ magis sunt pedes ordīati ad
motū q̄ꝫ ad sensuz. iō sunt ibi plures nerui motiui q̄ꝫ sen
sitiui: ⁊ stupor ē actio sensus tactus. ¶ Nota q̄re nō po/
nit signa tremoris sicut stuporis. cā ē: q̄ꝛ signa tremoris
apparent ad sensuz: stupor non.

¶ Quādo. n. prolongatur tp̄s huius egritudi/
nis perducit ad paralisim.

¶ Ponit curā vel correlariū. ⁊ dicit: ꝙ dictuz ē ꝙ stupor
ē in mēbro suꝑ qꝺ ē mollicies: ideo ꝓꝑ hoc cura non ē di
latāda. qn̄. n. ꝓlongaṫ cura h⁹ egritudinis ꝑducitur ad
paralisim. cā partis est: q̄ꝛ habent easdē cās: sꝫ differunt
ꝫ magis ⁊ minus: q̄ꝛ ī ꝑalisi ē fortior cā: ī stupore mior.

¶ Curatur aūt hec passio ex aliqua parte medi
cinarum paralisis ⁊ cum dieta. ⁊ vnctione ex
oleo costino.

¶ Ponit curā in gn̄āli remittēdo nos ad curaz ꝑalisis. ⁊
dicit: ꝙ curaṫ in aliq̄ ꝑte neruo⁊ cū dieta: ⁊ vnctiōe cuz
oleo costino. s. medicinis ꝑalisis. cā ē q̄re ꝫ partē curaṫ
ꝭm ꝙ ꝑalisis: ⁊ nō ꝫ totū: q̄ꝛ curaṫ cū eisdē medicis: q̄ꝛ
ab eisdē causis siue ille medicine sint digestiue siue eua
cuatiue: vel fricatiōes ⁊ nō ꝫ totū: q̄ꝛ fortiores medici/
ne sunt in ꝑalisi q̄ꝫ in stupore. nā forti infirmitati fortia
medicamina sunt dāda ꝫ. H. q̄rto amphorismo⁊. ꝯmē/
to. elleborus ⁊c. ⁊ cū ꝑalisis sit maior. igiṫ ⁊c. vn̄ ī stupo/
re non ꝯueniūt nisi vnguēta domestica ⁊ medicine ma
gis tꝑate ⁊ alia. s. dieta ēt vt clistere positū supra: sed pōt
cōpetere tale clistere in stupore ⁊ tremore. ℞. cētauree
minoris vtriusq̄ꝫ saluie ruthe yue pīpinelle yris y ꝑicon
mercurial'. an̄. M. ij. cartami mūdati. ℥. ꝭ. agarici electi.
ʒ. ij. vtriusq̄ꝫ sticados. an̄. ℥. i. furfuris. p. i. mellis olei ꝺ li/
lio. an̄. q̄rt̄l. ꝭ. salis gēme. ʒ. ij. pillularum cochiarum. ℥. ꝭ.
fiat clistere vsq̄ꝫ ad q̄rt̄l. v.

¶ Or si inueterauerit passio: eger ex pillulis fetidis purgandus est: ⁊ complexio equanda ex anacardino ⁊ dieta.

¶ Ponit curaz quãdo passio ꝓlongatur: ⁊ dicit q̄ si passio ꝓlongatur tũc patiens purgãdus est ex pillulis fetidis: ⁊ ꝯplexio adequãda cũ anacardino ⁊ dieta. Cã ptis: qr quãdo stupor ꝓlongatur multũ ꝓpinquus est paralisi: ideo cõpetunt medicine fortes: qr que modicũ distãt sunt eadẽ vel equalia. 2°. physico. Quare competunt pillule fetide: qr euacuant flegma a capite ⁊ neruis: simil'r oleuz anacardinũ valz multuz ad cõsumẽdum mãz: sed quãdo stupor est debilis competunt debilia: quãdo fortis competũt maioratiua: idest temperata dieta que cõpetit in paralisi.

¶ Tremor autem ex eisdez curatur ex quibus sanatur stupor.

¶ Ponit curam tremoris. ⁊ primo in generali remittendo nos ad curã paralisis: ⁊ dicit q̄ curatur: sicut stupor. causa est: qr habent easdem causas: eandẽ habebunt curam. verũtamen cum debilibus medicinis prius: sed nõ ĩueterata: qr inueteraretur cũ medicinis fortib⁹. ¶ Nota q̄uis cũ eisdem medicinis curetur tremor: sicut paralisis: tamẽ aliqua sunt administrãda in tremore que nõ in paralisi. De numero quoꝝ alia sunt cibaria: alia herbe: alia olera: alia gũme. Cibaria inter oĩa mũda sunt ƒz Auic. 3. cañ. fen 3ª. 3°. caplo ꝓprio. Cerebrum leporis assatuz mirabiliter cõpetit in tremore: ⁊ potest etiaz competere in paralisi: tamẽ magis appropriatur tremori. Olea appropriata tremori sunt tria. Primuz est oleũ cucumeris asinini. Secũduz est oleũ de canabo. Tertiũ est oleũ de sulphure: ⁊ habet magnã ꝓprietatẽ in tremore. Herbe que magis appropriate sunt in tremore sunt trifoliuz Secũduz est eupatoriũ. Tertiũ sticados arabici: ⁊ ideo de istis debent fieri bases in omnib⁹ receptis ⁊ clisterys Summa appropriata est castoreuz: quod valet in omnibus casibus neruorum.

¶ Sed si ex superfluo vini potu euenerit eger ab ipso erit abstinendus.

¶ Ponit curaz magis in spãli: ⁊ dicit q̄ quando tremor venit ex superfluo potu vini puri nõ ꝯpetit tunc vinuz. causa est: quia causa prius debz remoueri q̄z effectus: iõ abstineat a vino. quomodo vinuz faciat hoc q̄ est maximus penetrator: ⁊ põt ꝯuerti in acetũ: ⁊ sic ledit neruos.

¶ Similiter si aquam que ex niue dissoluitur bibẽdo hãc incurrerit passionez ab ipsa abstineat. ⁊ balneum calidissimum igrediatur in q̄ tam diu moram faciat donec sudet a quo cuz egressus fuerit in sole assidue moretur.

¶ Ponit curaz tremoris ꝓueniẽtis ex potu aque frigide multũ: ⁊ dicit: si aliqs tremeret ex potu aque frigide que ex niue dissoluitur abstineat ab aqua: ⁊ balneum ingrediatur. causa est. quare debz abstinere ab aqua: quia nõ remouet effect⁹ nisi prius sua cã remoueat. Quare balneat: qr aquositas ĩbibita in porositatib⁹ neruoꝝ expellit ꝑ sudorẽ in bal. q̄re dz postea ĩ sole morari vt ꝑfecte illa aquositas ex porositatib⁹ neruoꝝ exiccet.

¶ De tortura oris vel faciei. Cap. IX.

Circa rubricam. nota qd est tortura oris vel faciei: dico q̄ est morbus officialis figuram vel formam corrumpens. ⁊ est duplex. morbus officialis: in via et in figura: in via: quia est opilatio: in figura: quia quod debet esse rectuz est tortuosum: ⁊ signũ distinctiuuz: que pars faciei sit lesa: ⁊ que sana est: qr pars sana cum manibus põt palpari: ⁊ ad suum situz naturalez redigi: sed infirma non. ¶ Nota q̄ causa torture duplex est. Una est paralisis partis faciei. alia est spasmus de repletione vel inanitione: ⁊ signuz distinctiuuz quãdo est paralisis: qr tunc apparet in mẽbro infirmo mollities et relaxatio: ⁊ ibi est ml'titudo saliue ⁊ sputi: quia materia aquosa: similiter oculi inclinant versus interiora ꝓpter mollificationez palpebraꝝ: sed quando venit a spasmo: quia facta est cõtractio ⁊ desiccatio pars sana ad ĩfirmã trahitur: ⁊ materia spasmi dominatur vergens ad frigiditatẽ: ⁊ est sputuz: ⁊ saliua pauca: quia materia est grossa. vnde pars sanior declinat ad ĩferiora: q̄uis nõ possit moueri: vt in pluribus: vt in spasmo est ablatio sensus ⁊ motus: quia pars sana mouetur ⁊ infirma non: ⁊ dicitur tortura oris: qr os maxime torquetur.

Cum hominis os ꝯtorquetur ⁊ vnũ de oculis suis claudere non valet. ⁊ si precipitur ei vt sufflet flat⁹ ab vna tantuz parte exire videtur: ipsuz nũc contorsionem pati dicimus.

¶ Ponit signa torture: ⁊ dicit: cum alicuius os torquet. et vnum de oculis suis claudere non valet: ⁊ si precipitur ei: vt sufflet: flatus ab vna tantum parte exire videtur. causa est: quia os torquetur: ⁊ quia est spasmus vl' paralisis vnius partis faciei: ita q̄ si est paralisis trahit ad se partem infirmam. vnde in paralisi pars sana est bassior: sed in spasmo infirma trahit ad se sanã. Quare non potest claudere oculum: quia in paralysi est ablatio sensus ⁊ motus: ⁊ ideo in talibus non potest claudi oculus partis infirme. est impotens: ⁊ ideo non potest expellere aerem ingredientem: vel quia est facta contractio in mandibulis.

¶ Cuius curam incipiemus cum solutione vẽtris ex pillulis fetidis. Nutrimentum vero eius atq̄z ipsius potum ordinabimus: vt in capitulo de paralisi diximus.

¶ Ponit curam torture. ⁊ primo que fit ex repletione. et dicit: q̄ in cura eius incipiemus cum solutione ventris ex pillulis fetidis: nutrimentum ⁊ potus sint sicut in paralisi. ¶ Nota quare incipiendum est a laxatione ventris. causa est: quia remediuz particulare non debet administrari nisi precedente vniuersali purgatione: ⁊ ideo valent ille pillule: quia euacuant materiam flegmaticam facientem spasmum vel paralysim. Similiter valent pillule cochie: hoc tamen esset melius si venter essz constipatus: q̄ clistere precederet: quod in capitulo precedenti dictum est: esset valde artificiale. Quare valet dieta: que valet in paralysi: causa est: quia fit ab eadem materia. ¶ Nota potus sit ydromel aqua ordei: ⁊ similia. ¶ Nota ante tale laxatiuum detur talis sirupus appropriatus in tremore. ℞. radicis achori libr. ß. zinziberis albi: nucis muscate. añ. ℥. i. mellis electi quart'. ij. fiat sirupus clarificatus vsq̄z ad lib. i. detur cum aqua decoctionis saluie. Recepta pillularum ꝯpetentiuz in tortura. ℞. pillularũ cochiaꝝ. ʒ. ij. pulpe colloquintide bdelij subtil'r puluer'. añ. ℈. ß. vel. ℈. i. si pa. sit fortis misce.

malaxando cum ydromelle facto cum aqua achori: ⁊ fiant pillule ad quantitatem ciceris: similiter valet sirupus dictus in capitulo de paralisi ⁊c.

¶ Egro preterea quotidie in mane ante q̄ȝ comedat sinapim cum sirupo acetoso gargarizare faciemus.

¶ Ponit curā per gargarismata: ⁊ dicit: ꝙ eger de mane gargarizet sinapim cum sirupo acetoso: ⁊ pōt poni in forma. ℞. sinapis q̄rtl. i. ⁊ ß. aceti al. quartl. ß. mellis electi quartl. ij. fiat decoctio clarificata ad lib. i. ⁊ quotidie sumat sex coclearia tepefacta ī vase in quo fit aqua calida ⁊ sumat vnū coclear post aliud: ⁊ fiat ante prādiū stomacho ieiuno: ⁊ ante cenā. ¶ Nota hic anteq̄ȝ cōpetat illō gargarisma due cōditiones requiruntur. primo ꝙ corpus euacuatū sit vniuersali euacuatione: q2 corpore existēte plectorico magis fieret attractio ad faciez q̄ȝ euacuatio etiā ꝙ trāsiuerit. iij. dies: q2 in ꝓ̄ncipio cū m̄ā est ī fluxu fieret maior fluxus. ¶ Nota per illa intelligit eis similia. ꝓ̄mo tale est qō est expertū. ℞. radicis achori q̄rtl. i. piretri. ʒ. ij. ⁊ ß. aceti. ʒ. i. mellis electi quartl. ij. fiat decoctio paruȝ clarificata ad lib. i. quia subtiliat ⁊ euacuat ⁊ fiat ablutio intus ⁊ extra.

¶ Et mittemus eū in domuȝ obscuram.

¶ Ostendit qualis debet esse mansio. ⁊ dicit: ꝙ dom⁹ sit obscura: causa est duplex. s. q2 ꝑ aspectū ad diuersas partes forte augmētarent torturaȝ: quia hoc frequēter accidit ex alio: q2 facies magl declinat ad vnā ꝑtē q̄ȝ ad aliā vt auctores dicunt. vel a parte sana sit vnū speculum de calibe: ⁊ vt ꝓpter aspectū ad partē cōtrariā rectificetur eius facies: ⁊ ideo dimittatur in domo vbi sit speculum. alia causa est: q2 virtus visiua est debilitata: ⁊ ideo debilitatur magis in claritate.

¶ Et precipiemus vt vnam nucem muscataȝ parte oris que torta est teneat.

¶ Ostendit qd sit tenendum in ore: ⁊ dicit: ꝙ nux muscata: ⁊ causa est: q2 est multū cōfortatiua neruoꝝ: silr rōne caliditatis hȝ subtiliare grossam m̄ām ⁊ rōne stipticitatis cōfortat mēbra. ¶ Nota ꝙ per illa intelligit virtutē habētia similē. ℞. radicis achori bñ mūdati q̄rtl. i. ⁊ ß. ȝȝ. al. ʒ. i. nucis muscate. ʒ. ij. puluerizāda puluerizent̄ ⁊ īfundant̄ in aqua saluie per duos dies ⁊ cōdiantur cum melle electo quartl. ß. fiant trocisci ponderātes. ʒ. i. ⁊ ß. ⁊ vnū istoꝝ teneat̄ in ore post alteꝝ: ⁊ si trāsgluteret̄ non eēt vis. imo vtile facta retētione prius est secretū.

¶ Naribus quoq̄ȝ tunc insufflabimus condisi vt sternutatio prouocetur.

¶ Ponit curaȝ per sternutationē: ⁊ dicit ꝙ īsuffletur cōdisi in naribus: ⁊ condisus est herba silr̄is spatule fetide. cā partis est eadē de gargarismate: q2 per sternutationē m̄ā cōiūcta torture oris expellitur: ⁊ possunt fieri sternutatoria superi⁹ dicta. Uel sic. ℞. succi auricule murl. ʒ. i. facta residētia opoponacis castorei puluerizatoꝝ. añ. ʒ. ß. misce: ⁊ inyciant̄ cū nascali. Item valet succus sicle: ſȝ magis appropriatus est succus auricule muris: imo dicit additio ꝙ multi fuerunt curati vno die cum sternutatione auricule muris.

¶ Spondiles quoq̄ȝ colli eius ⁊ faciez eius ⁊ frontem ex oleo costino inungere cōuenit.

¶ Ponit curā per inunctionē: ⁊ dicit: ꝙ spōdiles colli inungant̄ cū oleo costino. ¶ Nota cām q2 origo neruorū veniētium ad faciē est in superficie nuche in quibus est nocumētuȝ ꝓ̄ncipale in tortura: ⁊ q2 oleum etiā dȝ poni in origine neruoꝝ ꝑ Gal'. ȝ. de iuuamētis mēbroꝝ. ēt illō oleū est ꝯfortatiuuȝ neruoꝝ ⁊ ꝯsumptiuū m̄āe ⁊ alteratiuuȝ. ideo ⁊c. Nota per illud ītelligit similia: sicut tale vnguētum spāle in tortura. ℞. radicis achori q̄rtl. i. ⁊ ß. ȝȝ. al. nucis muscate. añ. ʒ. iij. olei costini. ʒ. iiij. vini al. ʒ. ij. ⁊ ß. pul. puluerizent̄ ⁊ bulliāt simul supra cineres calidos vsq̄ȝ ad cōsumptionē vini. colet̄ ⁊ colature addatur cere quartl. ß. sed fiat vnguētuȝ vel tale emplastruȝ. ℞. opoponacis q̄rtl. ij. radicis achori. ʒ. iij. ȝȝ. al. nucis mus. añ. ʒ. ij. terebētine. ℈. ij. puluerizāda puluerizent̄ liquefiant: misce oīa: ⁊ fiat massa ⁊ extēdat̄ supra alutā ⁊ pannuȝ de fustaneo vel bombace ⁊ applicet̄ spōdibilib⁹ superiorib⁹ colli. ¶ Nota ꝙ in hoc casu est error magnus: q2 anteq̄ȝ cōpetant resolutiua in tortura causata ex spasmo vel vnguēta vel emplastra ablutiones debēt precedere mollificātia: ⁊ hoc ponit Auic. ȝ. cañ. fen scđa. caplo proprio. causa est: q2 tortura causata ex spasmo de repletione eodeȝ modo curatur sicut a m̄ā multū grossa. modo in hoc cōpetit in ꝓ̄ncipio mollificatiuuȝ: vt in splene qñ est m̄ā multuȝ grossa cōiter facimus ⁊ male. q2 resoluit subtile: ⁊ residuū petrificat̄ nisi precedant mollificationes. Sed in tortura causata a paralisi nō est sic: quia m̄ā est aquosa: ⁊ tūc nō cōueniunt mollificatiua: imo resolutiua: mollificatiuuȝ cōpetens est tale. ℞. mucillaginis se. fenugreci se. lini. añ. ʒ. ij. butyri sine sale. ʒ. ß. assungie anatis. ʒ. i. olei amigđ. dul. ʒ. ij. olei de lilio q̄rtl. ß. cere modicū. liquefiēda liquefiāt. misce oīa: ⁊ fiat vnguētuȝ.

¶ Et est quottidie de anacardino vnius aurei pondus sumendum.

¶ Ponit curam per electuaria: ⁊ dicit ꝙ quotidie sumat de electuario anacardino aureum vnuȝ cum aqua decoctionis achori. Recepta posita ē supra. capitulo de paralisi: causa est: quia ꝓuocat sudores: quia consumit materiam: ⁊ est vltime virtutis: ⁊ talia nō cōueniunt nisi precedant alia: ⁊ ideo nō cōuenit nisi quādo talia deficiunt ⁊ electuarium potest cōpetere tale. ℞. nucis musca. ʒ. ij. ꝯserue achori quartl. ij. panis zuccari a lib. i. fiat electuarium ⁊ detur cum aqua decoctionis achori ⁊ facta purgatione vniuersali si detur loco eius quolibet mane de yera hermetis esset valde bonum: imo oēs auctores ponunt: ⁊ ponitur in. 5. cañ. ab Auicē.

¶ Et si passio hoc modo soluta non fuerit ad ventris solutionem ⁊ egri preseruationem redeundum est.

¶ Ponit curam quādo omnia alia deficiunt: ⁊ dicit ꝙ si passio hoc modo nō fuerit soluta ad ventris solutionem ⁊ egri preseruationem est redeunduȝ. preseruationē. supple cum bona dieta. causa est: quia quando egritudo nō est curata: est signum ꝙ adhuc aliquid remansit de materia precedenti: ⁊ ideo preseruandum est ne vlterius labatur: ⁊ lapsus curandus est.

¶ De tortura vero que non repente: sed paulatim accidit non loquimur. ipsa nāq̄ȝ non cōtingit nisi in frenesi pernitiosa morte iaȝ imminente ⁊ est ex siccitate.

¶ Excusat se de tortura ex inanitiōe: ⁊ dicit. ꝙ illa est incurabilis. dicit ꝙ de tortura vero que nō repēte: sed paulatine fit nō loq̄mur: q2 talis est īcurabilis: vt que cōtingit in frenesi pernitiosa morte iam iminēte ex siccitate: ⁊ de ista loq̄t̄ Hypo. ⁊ Gal'. ꝓ̄mo ꝓnosticoꝝ. cañ. illo. Si lumen effugerint ⁊c. Causa ꝑtis est: q2 spasmus de inanitione est mortalis: similiter tortura: eo ꝙ deficit virtus: quia est facta consumptio vltimata humiditatum radi

calium ⁊ caloris naturalis.

¶ De spasmo. Cap. X.

¶ Hic docet ꝙ preterea pulli sunt assandi ⁊ aliqñ nares ipsiꝰ dispgēdi. thus ēt dandus est ⁊ ipm masticet ⁊ paulatim trayciat. postremo bolū corascenū cū cāphora cōditū tribuat. qcqd aūt de hꝰ cura huc vsqꝫ diximꝰ dōec vomitꝰ sedeť: ⁊ stōacus recipiat cibū: sicut fieri cōsueuit cōuenit fieri. ¶ Nota quare odor pulli assati valet seu ↄpetit: qꝛ ille odor nō solū ↄfortat cor: imo stōacuꝫ plus q̃ cibꝰ: imo ↄuenit in sincopi ꝓueniēte a stōaco: ideo dicit Auic. 3. cañ. ca. 3. ꝙ isti multū ↄfortāt stōm ⁊ cor: q̃re abluiť. cā est: qꝛ hꝫ a stipticis: ideo cōfortat multuꝫ. ⁊ in isto casu ↄpetunt coctana ⁊ coriādrū preparatū ⁊ in fine mēse: ⁊ postea nō potare sicut faciebat magister Arnaldus de villa noua: vel dyacitoniten valꝫ in isto casu. de quo Gordonius dicit. Si vis dirimere litē da mihi citoniten da mihi frater itē. Simil'r bolus armenicus valꝫ in isto casu: quia est stipticus ⁊ multa alia stiptica: vt pira coctana ⁊ quicquid ponit notabile.

¶ Postq̃ vero stomacus ipsius recipere poterit: nutriēdus est eger ⁊ parū vini veteris in potu sumat bene redolētis ⁊ dormire icipiat.

¶ Ostēdit qd sit faciēdū passiōe cessante. postq̃ vͦ stōus ipsiꝰ recipe poterit: nutriēdus erit eger ⁊ paꝝ vini veteri bñ redolētis in potu sumat ⁊ dormire icipiat. cā ē: qꝛ est nutrimētū leue: ⁊ qꝛ stōus ē fridus ⁊ debilis: iō nō pt digerere cibū grossū: q̃re vinū: qꝛ ↄfortat stōꝫ: q̃re somnꝰ: qꝛ ↄfortat v̈tutē nālē rōne reclusiōis caloris nāl' ad itra.

¶ Trocisci de olibano ad vomitū dādi. ℞. boli corasceni thuris amboꝝ. añ. ʒ. x. cubebe cardamomi amborū. añ. ʒ. ij. ⁊. ℔. cāphore galliegar. oīuꝫ: añ. vi. ʒ. vniꝰ. fiāt trocisci pōdeř aur. vniꝰ. hi. n. vomitui multū ↄferūt. Rob de malis granatis succꝰ malorū granatoꝝ acetosorū sumanť: ⁊ per noctē vnā aut ampliꝰ dimittantur donec qd grossuꝫ est in fundo resideat ⁊ deīde coquať ⁊ dispumeť donec iulep silitudinē habeat ī quo ab igne deposito: adhuc tñ calido mēte viridis stipites mittanť ⁊ in ipso ꝑmanere ꝑmittanť quousqꝫ īfrigidenť. Cūqꝫ infrigidatū fuerit extrahanť: ad cuius silitudinem sirupus de citonijs ⁊ sirupus de malis macianis fieri conuenit.

¶ Ponit quasdā ↄfectiōes: de qbꝰ fecit mētionē. ⁊ dicit. trocisci de olibano ad vomitum dicti. ℞. boli corasceni thuris āboꝝ. añ. ʒ. x. cubebe cardamomi amboꝝ. añ. sextā. ʒ. vniꝰ. fiāt trocisci pōderis auř. vniꝰ. hi. n. vomitui cōferūt multū: rob de malis granatis succꝰ granati acetosi sumať ⁊ ꝑ noctē vnā aut ampliꝰ dimittať dōec grossū in fundo resideat: deinde coquať ⁊ dispumeť donec iulep sil'itudinē hēat in quo ab igne deposito: adhuc tñ calido mēte viridis stipites mittanť ⁊ in ipso dimittanť q̊usqꝫ īfrigideť cū īfrigidatū fuerit extrahanť ad cuiꝰ sil'itudinez sirupꝰ de citonys aut sirupꝰ de malis macianis fieri ↄtingit. cā dicti est: qꝛ sunt cōfortatiui ⁊ stiptici.

¶ Si aūt vomitꝰ hora aliqua iualuerit nimis ⁊ supfluerit: magna vētosa stomaco supponať.

¶ Pōit aliō remediū vomitꝰ supflui. Nō ꝙ vētosa valꝫ in fluxu vētris ⁊ valꝫ ī vomitu ⁊ valꝫ ī vtrisqꝫ sil'. valꝫ in fluxu vētris si pōať supra vmbilicū: ⁊ qñ stat ꝑ duas horas ↄstrīgit fluxū: ꝫ Aui. 3. cañ. fen. 16. Sꝫ ī vomitu pōiť iuxta vmbilicū in vtrisqꝫ sil'. in vtroqꝫ latere: vt ī colica passiōe: imo accidit mihi frequēter in fluxu magno ⁊ ponebanť. iij. vētose. vna in vno latere: ⁊ alia in alio: ⁊ alia supra vmbilicū: ⁊ iste vētose attrahūt ad se hūores ⁊ intelligas sine scarificatiōe. ¶ Nota iter oēs herbas mūdi magis ↄfortat stōꝫ ⁊ iter gūmas est mastix. de herbis dicit Joānes de scō amādo: absinthiū: ⁊ ipꝫ ml'tū laudat. ¶ Nō se. nasturty torrefactū ⁊ modicū puluerizatū in potu maxīe ↄstrīgit fluxū vētris: sil'r valꝫ coriādrū ꝑpatū sine potatiōe: qꝛ ꝓhibꝫ ascēsum vapoꝝ ad caput ⁊ cōfortat stōacū: sil'r valꝫ aq̃ carnis si ponať in eadeꝫ aqua citonioꝝ: ⁊ est bonuꝫ: qꝛ magis cōfortat.

¶ De his que confortant stomachum ⁊ ciborū perficiūt digestionem. Cap. LXV.

Circa rubricaꝫ. Nota ꝙ stōus pt cōfortari quinqꝫ modis. Uno mō ꝑ viā alteratiōis: ⁊ si eēt calidus ↄforteť ꝑ frigida: ⁊ eↄ. 2° ꝑ viā vnitionis ptiū: ⁊ sic dꝫ ↄfortari ꝑ stiptica: sicut ꝑ coctana pira. 3° ꝑ viā mūdificatōis eiꝰ: ⁊ sic medicie laxatiue domestice ↄfortāt stōꝫ mūdificādo: maxie a malis hūoribꝰ. 4° ꝑ viā nutritiōis: ⁊ fit ꝑ cibos facilis digōnis ⁊ multi nutrimēti. 5° ꝑ illa q̃ hñt ad ipꝫ aspectuꝫ a tota ꝓꝑetate: vt sunt mēta: absinthiū: mastix galāga. In isto ca. rať. docet ↄfortare stōꝫ ꝑ viā alteratiōis ptiū: qꝛ docet ↄfortare stōm calidum per frigida ⁊ ecōtra.

Quum stōaci debilitas cū pauca siti ⁊ tarda cibi de stōaco descēsiōe ⁊ acido ructu fuerit: fueritqꝫ oīa accidentia h̃ ꝑua nec fuerint vetusta: stōus ex trociscis de roř. est curādus de qbus eger quotidie in mane pōdus aur. vniꝰ. ⁊. ℔. cū. ʒ. j. decoctiōis de seibꝰ sumat. Decoctio aūt de seibus hec ē: sumanť cimini nabati ⁊ ameos bulliāt in lib. i. aq̃ donec aq̃ fiat rubea: de q̃ postea cū troci. de roř. vt predictū est in potu tribuať.

¶ Hoc est caplꝫ in quo determīat de passiōibꝰ stōi ponēdo curā debilitatis stōi ꝓueniētis a friditate: ⁊ h̃ est qñ noua ē ꝑ trociscos. ⁊ dicit: cū stōi debilitas est cuꝫ pauca siti ⁊ tarda cibi descēsiōe ⁊ acido ructu fuerit: fuerintqꝫ oīa accñtia ꝑua neqꝫ vetusta stōus ex trocisci d̄ roř. erit curādus. de qbꝰ eger quotidie de māe pōdus vniꝰ aurei: ⁊. ℔. cū. ʒ. i. decoctiōis de se. sumat. decoctio aūt de seibus

hec est. sumant̃ cimini nabati ⁊ ameos ⁊ bulliãt in aqua donec aq̃ sit rubea: de q̃ postea cũ trociscis de roſ. vt dictũ est: ĩ potu tribuat̃. ¶ Nota circa ptẽ q̃re si ista signa apparẽt significat ꝙ debilitas stomaci prouenit ex frigiditate: vt tarditas digõnis. ⁊ alia cã est: qꝛ tãdiu retinet retẽtiua q̃diu digerit digestiua: qꝛ post tpa digerẽdi sũt tpa expellẽdi. 2°. affo. cõmẽto illius. eoꝝ q nutriunt̃. ⁊ qꝛ digestiua est debilis. iõ vt᷒ retẽtiua multũ retinet. Silr̃ eructuatio a frigiditate ꝓuenit p Gal. 6°. affo. cõmẽto. p̊. ⁊ qꝛ decoctio ista ⁊ trocisci sunt calidi ⁊ stiptici. iõ stomaci digestiua ꝯfortat̃. Quare valꝫ in friditate remouẽda.

¶ Scd̃o nota ꝙ eructuatio est q̃ntuplex. q̃daꝫ acetosa. cum. s. vr̃ hoĩ ꝙ hꝫ acetũ in stõ vel in ore: ⁊ hec ꝓuenit a debilitate caloris stõi: maxĩe si sũpsit res acetosas. Scd̃a est fumosa. ⁊ talis ꝓuenit a caliditate: maxĩe si sint cibi ad hoc dispositi: vt oua frixa ⁊ sil'ia. Tertia ẽ fetida: ⁊ talis ꝓuenit ex putredine humoꝝ in stõ a calore pter nãꝫ. Quarta est cibalis ⁊ ꝓuenit a totali repletiõe: vt pꝫ ĩ digõne: qꝛ totalr̃ est replet᷒ venit cib᷒ ad os. Quinta est pura in qua nõ est q̃litas alia: ⁊ venit a pfecta digõne ⁊ fortitudine nãe expellẽtis fumos q remãserũt. ⁊ illõ est bonũ signũ senibus. s. calidis. nabati. i. de ista terra.

¶ Troc. vo de rosis sunt qui. ℞. pulueris. roru. ℥. iij. xiloaloes spice masticis xilocassie squinãti cinamomi absinthij oĩuꝫ an̄. ℥. i. cõspergãtur ex vino veteri ⁊ informentur troc.

¶ Ponit ꝯfectionẽ trociscoꝝ de roſ. ⁊ dicit: trocisci vo de roſ sunt q. ℞. pul. roſ. rub. ℥. iij. xiloaloes: spicenardi masticis: cassielignee: squinãti: cinamo. absinthij oĩuꝫ. an̄. ℥. i. sparganť in vino veteri ⁊ formentur trocisci. causa partis est. quare illa que hic ponuntur sunt calida ⁊ stiptica. ideo stomaci confortatiua. ⁊ omnia ibi apposita sunt appropriata. conspergantur. i. incorporentur.

¶ Nutriat̃ vo ex his que cito digerant̃ ⁊ paucoꝝ sunt humoꝝ ⁊ paucarum superfluitatuꝫ que etiã ex redolẽtibus ⁊ seminibus sunt condita: sic̃ sunt callagie ⁊ mutagenat. Ipse quoqꝫ an̄ comestionẽ multo vtat̃ exercitio ⁊ aquã minus solito bibat: ⁊ post comestionẽ multũ dormiat de vino quoqꝫ veteri ⁊ puro paꝝ bibat. totamqꝫ nutricationem minuat.

¶ Ponit curã p dietã. ⁊ dicit: nutriat̃ ex his que cito digerunt̃ ⁊ paucoꝝ sunt humoꝝ ⁊ paucaꝝ supfluitatũ: ⁊ que etiã ex redolẽtib᷒ seminib᷒ sunt ꝯdita: sic̃ sunt callagie ⁊ mutagenat. ipse q̊ꝫ an̄ comestionẽ vtat̃ exercitio ⁊ aquã minus solito bibat. totãqꝫ nutricationẽ minuat. ¶ Nõ q̃re valꝫ nutrimẽtũ facilis digõnis: cã est: qꝛ digõ in tali stõ est d̃bilis. g̊ nõ ꝯuenit nutrimẽtũ grossuꝫ nec multũ. qꝛ nã nõ posset digerere. Quare cibaria cũ spẽbus debẽt ꝯdiri. cã est. qꝛ sunt ca. iõ exhũt friditatẽ stomaci. ⁊ q̃uis multe spẽs sunt valẽt allia: sicut tyriaca rusticis: ⁊ dicit G. 12°. de ĩgenio sanitatis ca. vlt. Quare mot᷒ ⁊ exercitiũ: cã est: qꝛ ꝯfortãt calorẽ nãlẽꝫ ⁊ spũs. ⁊ expellunt̃ supfluitates stomaci ad ĩferi᷒. Quare somnus: cã est. qꝛ rõe ei᷒ coadunat̃ calor nãlis ad interi᷒. iõ sequit̃ ꝯfortatio v̊tutis nãlis. De vino veteri: qꝛ magis est calidũ q̃ꝫ nouuꝫ. ⁊ dꝫ parũ dari vt non debilitet̃ stomachus. ⁊ si q̃ras a me q̃d magis ꝯfortat stõm. dicerẽ certe paruꝫ potare. ⁊ multum potare debilitas. Quare nõ aqua. cã est: qꝛ debilitat stõm ⁊ calorẽ nãlẽ. vt pꝫ. 3°. regi. acutoꝝ. mutagenat sunt quedã species frigide ẜm sinonyma.

¶ Qꝫ si hec accidentia vetusta fuerit electuariũ dyacimini ⁊ dyaolibani amboꝝ ana vni᷒ aur. põdus cũ. ℥. i. veteris vini puri in potu sumat. Regimen autem eius sit vt prediximus.

¶ Ponit curã debilitatis stomaci ꝓueniẽtis a frigiditate qñ passio est antiq̃ p electuariũ. ⁊ dicit: ꝙ si accidẽtia vetusta fuerit electuariũ dyaciminũ dyaolibanũ amborũ an̄. vni᷒ aurei põdus cuꝫ. ℥. i. veteris vini puri in potu sumat. regimẽ aũt ipsi᷒ sit vt supius diximus. cã est: quare valẽt ista electuaria que sunt calida: vt stomaci calefactiua ⁊ ꝯfortatiua vẽtositatẽ causatã ex debilitate consumunt. ĩmo ĩter alia diaciminũ est appropriatũ ad frãgẽdũ vẽtositatẽ. ⁊ iõ dant̃ in colica oĩ die duo coclearia de cimino torrefacto modicũ. ⁊ p ista electuaria ĩtelligunt sibi sil'ia appropriata stõ: vt ista dyacitonitẽ cũ spẽb᷒ dyamẽte dyagalange dyatrionpipereon rosata nouellã vel dyamuscum vel illud quo frequenter vtor in magnis dñis. ℞. ĩterioris cinamomi electi. ℥. iij. galãge. ℥. i. aque roſ. damasceni. ℥. i. panis zuccari. lib. i. fiat electuariũ. ⁊ ẽ multũ rectificatiuũ appetit᷒. Uel sic. ℞. ꝫꝫ. al. ℥. i. gariof. galãge interioris cinamomi electi. an̄. ℥. ß. zedoarij pipis coriãdri ꝑparati. an̄. ℈. i. ⁊. ß. anisi se. fenicu. ameos spicenardi cardamomi masticl. an̄. g̃. v. corticl citri ꝯditi. ℥. ß. ligri. raſ. ℈. ij. cãdi. ℥. v. carniũ vuaꝝ paſ. bñ piguiũ. ℥. i. ĩ al. ℥. i. aq̃ roſ. damascene. q̃rtl. ß. panis zuccari al. li. i. fiat electuariũ. Uel loco istius elij ꝯuenit iste pul. quo vtor in cibarijs. ℞. coriãdri ꝑparati interioris cinamomi electi. an̄. ℥. ß. triũ generũ pipis gariofil'. galãge. ꝫꝫ. al. an̄. ℥. i. ⁊. ß. se. anisi se. fen. an̄. ℥. iij. croci. ℥. i. panis zuccari al. ℥. i. fiat pul. subtilis. ⁊ ponat̃ in sacculo de aluta. ⁊ accipiat pa. in suis salsamẽtis ⁊ cibis omnibus.

¶ Electuariũ dyaciminuꝫ. ℞. cimini carmeni. ℥. c. ꝫꝫ. ℥. xx. piperis. ℥. x. folioꝝ ruthe baurach. panis amborum. an̄. ℥. x. hec oĩa cum melle dispumato conficiantur ⁊ detur de hoc electuario si venter strictus fuerit.

¶ Ponit confectionem dyacimini ostẽdens qñ cõuenit dictũ electuariũ diaciminuꝫ: qd̃ sic fit. ℞. cimini carmeni. ℥. centũ. ꝫꝫ. albi. ℥. xx. piperis. ℥. x. foliorum ruthe baurach panis amboꝝ. an̄. ℥. x. hec oĩa cum melle dispumato conficiantur ⁊ detur de hoc electuario si venter strictus fuerit. Quare valet istud electuariũ: causa est: quia est carminatiuũ ⁊ dissolutiuũ ⁊ ꝯsumptiuũ. Quare si vẽter sit strictus. cã est: qꝛ est laxatiuũ quãtuꝫ ad ciminũ si grosso modo terat̃ ẜm Auicẽ. 2°. can̄. ca. de cimino. vbi dicit. ꝙ si ciminũ grosso modo terat̃ laxat vẽtrẽ: qꝛ si subtiliter ꝓuocat vrinã trãseundo ad vias vrinales: sꝫ maxime laxat: qꝛ expellit vẽtositates ad ĩferiora que vẽtositates iuuãt ad expulsionẽ ẜm Auic. p̊. can̄. fen. pͣ. d. 6ͣ.

¶ Qꝫ si solutus fuerit venter electuarium dyaolibanum est dandum: cuius descriptio in. c. de ventris solutione continetur.

¶ Ostẽdit qñ cõpetit dyaolibanũ. ⁊ dicit: ꝙ si solut᷒ fuerit vẽter electuariũ dyaolibani erit dandũ: cuius descriptio in ca. de vẽtris solutiõe ꝯtinet̃. Quare valet. cã est: qꝛ est stipticũ mõ stiptica ꝯstringũt vẽtrem. ⁊ ꝓpter hoc dyaolibanũ valꝫ in reumate. ⁊ iõ grana eius duo multũ valent. ⁊ pro pauperibus valet magis. bene dico pauperibus ꝙ accipiant tria grana masticis ⁊ transglutiant in introitu lecti. ⁊ valet magis eis q̃ꝫ vnus bolus electuarij valentis. ⁊ ideo magister Arnaldus de villa noua reputabatur magnus medicus: sicut erat certe. qui plus operabatur cum medicinis simplicibus q̃ꝫ compositis.

⁊ melius operatᷣ simplex effectus suos q̄ꝫ composita.

¶ Si aūt hec nō suffecerint squama ferri cum vino tribuatᷣ: scorie autem ferri ꝯfectio hec est ℞. seminis apij. seminis feniculi anisi cimini ameos amidi origani cheisi carui seminis coriandri melanopiperis macropiperis cinamomi thuris spice gar. nucis mus. ciperi. oīuꝫ añ. pōdus aur. vnius. scorie auri. ℥. x. oībus sextuplum vini addatur. ⁊ coquātur donec ad medietatē redeant ⁊ coletur: deinde eger de hoc syrupo postq̄ꝫ colabitur pondus. ℥. xxx. quotidie sumat ⁊ nutritionem alleuiat. qđ per tres hebdomadas faciat. Caueat sibi ab acetosis ⁊ a fructibus recentibus ⁊ aqua frigida. vinū vero mensurate bibat.

¶ Ponit curā qñ ista nō sufficiunt squamā ferri accipiat cum vino. scorie aūt ferri ꝯfectio sic fit. ℞. se. apy. se. fen. anisi cimini ameos amidi origani carui se. coriādri melanopiperis macropipis cinamomi spicl. gariofiloꝝ nucis muscate ciperi. ʒʒ. oīum añ. pōderis aurei vniꝰ. scorie auri. ℥. x. oībus sextupluꝫ vini addatᷣ ⁊ coquatᷣ donec ad medietatē redeāt ⁊ coletur. Deinde eger ex hoc syrupo postq̄ꝫ colabitᷣ pōdus. ℥. xxx. quotidie bibat ⁊ nutritionē alleuiat: ⁊ ꝑ tres hebdomadas pa. caueat sibi ab acetosis ⁊ fructibꝰ recētibus. ⁊ ab aqua frigida. vinū mēsurate bibat. cā est: qꝛ ista confectio dᷣ calida: qꝛ dᷣ mellicratū ab auctoribꝰ: qꝛ ponitᷣ spēs. ⁊ fit cū vino. ⁊ rō est: qꝛ vinuꝫ est multū calidū ⁊ ꝯfortatiuū stomaci. iō valet. ⁊ q̄ꝫuis squama ferri frigida sit: tñ est sicca in tertio gradu. iō exiccat supfluitatē. iō dᷣ ꝙ valꝫ ī supfluitate ⁊ sanie auris ꝑꝑ saniē quā hꝫ ꝯsumere. ⁊ iō multū valꝫ. ⁊ loco istius valꝫ claretū vel nectar bñ factū vel vinū absinthy. ⁊ hoc sic fit. ℞. absinthy ⁊ pistetᷣ ⁊ scindatᷣ minutim. ⁊ ponatᷣ in vino al. ⁊ fiat vnica ebullitio vel due: ꝯseruetᷣ ꝑ diē ⁊ noctē coletᷣ ⁊ modicū đ illa potetᷣ: hꝫ. n. purgare malos humores a stō. ⁊ ꝯfortat stōꝫ. anudē. i. radix herbe de q̄ fit assa fetida. resyn. i. pēta dactili. septuplū. i. sex ꝑtes siue q̄ꝫtitates.

¶ Emplastrū qđ stomachū confortat ⁊ calefacit. ℞. storacem spicam squinantū absinthiuꝫ calamū aromaticū masticem. ex his cum vino veteri ⁊ succo citoniorum conspersis emplastrum super stomachum ponatur.

¶ Ponit curā ꝑ emplꝫ. ⁊ dicit: emplꝫ qđ stōm calefacit ⁊ ꝯfortat est tale. ℞. storacis spice sqnāti absinthy calami aromatici. ex his cū vino veteri ⁊ succo citonioꝝ: ⁊ ponatur in pāno supra stōm. prius ex his facto emplō. ⁊ certe bonū est: qꝛ oīa posita sunt appropriata. ita ꝙ fiat pul. incorporetᷣ cū vino ⁊ succo citonioꝝ. ⁊ ponatᷣ in pāno supra stōm. Cā q̄re valet: qꝛ oīa ista sunt ca. ⁊ stip tica que ꝯfortāt ꝑꝑ vnitionē partiū. ⁊ per illud ītellige silꝉa que applicantᷣ ab extra: sicut est istđ emplꝫ quo cōiter vtor ad stomaci friditatē. ℞. masticis. q̄rtꝉ. i. galāge zedoary ameos. a ñ. ℥. ß. mēte succi absinthy. añ. ℥. i. terebētine. ℥. ß. pulverizāda pul. cōquassanda ꝯquassentᷣ cū pistello calido. misce oīa malaxādo cū oleo de mastice ⁊ fiat emplꝫm ad modū scuti ad q̄ꝫtitateꝫ medie palme ꝑue ex vtraq̄ꝫ ꝑte. ⁊ extēdatᷣ supra alutā vel supra pānū valꝫ emplare īfantulū iuuenē. ⁊ maxime puellā. ⁊ spāliter bñ carnosaꝫ. ⁊ caueat sibi ꝙ nō sudet īfantulus: qꝛ resolueret. vel catuluꝫ iuuenē vel caniculuꝫ. ⁊ tenere desuper manum calidam vel panem de furno compressuꝫ pul. absinthy vel mente masticis cum modico vini. ⁊ ponatur supra stomachum. ⁊ confortat mirabiliter.

¶ Ad hoc preterea confert vt stomachus fricando inungatur ex oleo qđ fit ex spica nardi ⁊ cipero: vt lana carpinata in predicto oleo calefacto inuoluta super stomachum ponatur ⁊ cum panno ligetur.

¶ Ponit curā ꝑ vnctionē. ⁊ dicit: ꝙ ad hoc p̄terea ꝯfert. vt stōus fricādo inūgatᷣ ex oleo qđ fit de spicanardi ⁊ cipero: ⁊ dicit ꝙ lana carpinata in p̄dicto oleo calefacto inuoluta supra stomachū ponatᷣ. ⁊ cū pāno ligetur.

¶ Eger quoqꝫ vinum vetus bibat: aut miuaꝫ aut hydromel.

¶ Ponit curā: ⁊ dicit: ꝙ eger vinū vetꝰ potet ⁊ miuā aut hydromel. cā est: qꝛ ista sunt calꝉa stiptica ⁊ ꝯfortatiua. ⁊ ⁊ ꝑ ista ītelligit sibi silꝉia. ⁊ oleū de mastice. ⁊ ē sibi appropriatū. vel istud vnguētū. ℞. succi mente absinthy facta residētia. añ. ℥. ij. olei de mastice. q̄rtꝉ. i. cere: qđ sufficit: fiat vnguentū. ītellige de hy dromelle pauce cōmixtionis vbi sunt octo partes aque ⁊ vna mellis. ⁊ cōpetit in fe. ardentissima. vt habetᷣ tertio regi. acutorum.

¶ Miua autē hoc modo fit. succus citoniorū muzoꝝ sumatur ⁊ per diem ⁊ nocteꝫ vt residere possit dimittatᷣ ⁊ coletur: deinde eius qđ clarū est partes due sumantᷣ: zuccari pars vna ⁊ vini veteris pars. j. ⁊ īcipiat coqui suauiter ⁊ dispumari donec in iulep similitudinē transeat: postea p̄ro vnaquaqꝫ lib. ex toto sumatᷣ ʒʒ. spi. cinamomi gar. oīum añ. ℥. j. masticis. ℥. ij. omnia pulverizata in pāno ligentur ⁊ intus dum calefactum est mittatur ⁊ cuꝫ infrigidari ceperint pannus extrahatur ⁊ exprimatur: deinde syrupus recondatur.

¶ Ponit ꝯfectionē miue. ⁊ habeas in mente: quia frequēter allegatur: ⁊ dicit: accipiatur succus citoniorum facta residentia muzorum. ⁊ per diem ⁊ noctē vt residere possint dimittatur ⁊ coletur. deinde eius qđ clarius est due partes sumantur: zuccari pars vna: ⁊ vini veteris pars vna. ⁊ incipiat coqui suauiter ⁊ despumari donec in iulep similitudinem transeat. postea pro vnaquaq̄ꝫ lib. ex ea sumatur. ʒʒ. piperis cinamomi gariofilorum omniuꝫ añ. ℥. i. masticis. ℥. ij. omnia hec in panno pulverizata ligētur. ⁊ intus dum calidum est mittantur. ⁊ dum infrigidari ceperit pānus extrahatur ⁊ exprimatur. Deinde syrupus recondatur. causa partis est: quia ista miua fit ex rebus habentibus proprietatem ad stomachum que sunt stiptica. ⁊ licet succus citoniorum sit frigidus. tamen est stipticus. ⁊ eius frigiditas reprimitur per alia.

¶ Qꝛ si digestiue debilitas fuerit cuꝫ multa siti ⁊ paucoꝝ ciboꝝ appetitu ⁊ fetido ructu syrupus acetosus de citonio bibatᷣ. Syrupus. ℞. succi citonioꝝ acetosoꝝ partē. j. zuccari al. partē. j. aceti clari quarta pars vniꝰ. coquantᷣ oīa simul donec inspissentᷣ. Est aūt syrupus iste stomaco ꝯfortatiuus ⁊ ad suas peragēdas operationes iuuatiuus ex vehemētia incēsiōis ⁊ inflāmationis que est in stomacho sedat.

¶ Ponit curā debilitatis stomaci ꝓuenietis a caliditate primo per syrupū. ⁊ dicit: si digestiue debilitas fuerit cū multa siti ⁊ pauco ciboꝝ appetitu ⁊ fetido ructu syrupū acetosuꝫ des de citonijs bibere. ¶ Nota ꝙ confectio syrupi acetosi de citonijs est. ℞. succi citoniorum acetosorū ps. i. zuccari al. ptl. i. aceti clari q̄rtā ptē vnius coquātur oīa sil' donec inspissent̄. iste autē syrupus est stomaci ꝯfortatiuus ⁊ vehemētiā īflatiōis ⁊ incēsionis que erat in eo sedat. Cā ptis est: qꝛ ista sunt signa ꝙ debilitas stomaci ꝓuenit a calido. ⁊ p̄cipue debilitas appetit⁹: qꝛ calidus stomachus bonus est digerere. malus est appetere G. 2°. tegni. ⁊ qꝛ syrupus iste est frigidus ⁊ stipticus: iō stomaci ꝯfortatiuus. iō valꝫ. ⁊ ꝑ ista pn̄t intelligi sil'ia: vt syrupus de berberis ꝗ magis rep̄mit sitim īter alios syrupos. sil'r syrupus roſ. ⁊ alter syrupus frigidus. ¶ Scđo nota ꝙ lꝫ isti syrupi valeāt applicati ab intra. aliqn̄ sunt applicādi ab extra: sicut eēt istud empl'm ꝯfortatiuū stomaci calidi. ⁊ frequēter mihi accidit ꝙ nō potui sedare sitim ꝑ pot⁹ īfrigidātes: ⁊ sedaui cū empl'o applicato ab extra. ⁊ credo ꝙ cā ei⁹ est: qꝛ sitis est passio orificij stomaci. mō ille pot⁹ cito trāsit orificiū stomaci. ⁊ vadit ad fundū. ⁊ iō nō pōt tm̄ īfrigidari orificiū: sicut ꝑ empl'm frigidū applicatū ab extra supra orificiū stomaci: qꝛ plus durat. ⁊ cā est empl'ꝫ istud. ℞ succi plātaginis aq̄ roſ. electe an̄. q̄rtl. ß. aceti. ℥. i. sandal'. al. ⁊ rubei corallī p̄parati an̄. ʒ. ij. se. citonioꝝ se. acetose. an̄. ʒ. i. farine ordei: qđ sufficit. pulueriȝāda pul. misce oīa. ⁊ fiat empl'ꝫ mediocriter liqdū ⁊ applicet̄ stō: ⁊ ab istis frigidis cauēdū est ꝙ nō stēt multū ꝑꝑ difficultatē anhelitus: qꝛ patit̄ dyafragma ab istis frigidis. iō seq̄t̄ īde malus anhelit⁹: qꝛ latera pectoris ledunt̄. Uel sic. ℞. oīuꝫ sandal'. coriandri p̄parati. se. acetose. se. citoniorum berbeꝝ. an̄. ʒ. ij. succi citonioꝝ. ℥. i. olei roſ. ʒ. iiij. pulueriȝāda pul. bulliāt sil' suꝑ carbones calidos vsq̄ꝫ ad ꝯsumptionē succi. colet̄: ⁊ colature addatur cere: qđ sufficit. vel fiat vnguētum vel talis sacculus quo cōiter vtor in fe. seu mistram⁹ in fe. ℞. roſ. rub. ℥. ß. sandal'. al. ⁊ rub. se. citonioꝝ corallī al. ⁊ ru. an̄. ʒ. i. coriandri p̄parati. ʒ. i. ⁊. ß. ꝯquassent̄ ⁊ fiat sacculus ad modum scuti ad quantitatem medie palme parue ex vtraq̄ꝫ parte. stringit. i. remouet.

¶ Egri vero nutricatio sit res in qua simul cōgregant̄ acetositas ⁊ stipticitas vt est caro cuꝫ succo vue acerbe cocta ⁊ cuꝫ malis macianis similiter cocta cum ribes ⁊ facta ex albulel ⁊ almostus: ⁊ illis similia ex cibis.

¶ Ponit curā ꝑ nutrimētū ex succo limonū vel succo acetosoꝝ. ⁊ dicit. egri v̄o nutricatio sit res in qua aggregat̄ acetositas ⁊ stipticitas: vt ē caro cū succo vue acerbe cocta cū malis macianis sil'r cocta cū ribes. ⁊ frīda albulel ⁊ almostus. ⁊ illis sil'ia ex cibis. Cā partis est: qꝛ ista acetosa comesta nō solū īfrigidāt. īmo appetitū ꝓuocāt. ⁊ in stō calido appetit⁹ est ꝓstrat⁹. iō valꝫ ista ꝯfectio ꝯsumēdo humiditatē q̄ est in orificio stomaci. ⁊ iō valꝫ ī stō calido succus agreste. ⁊ frequēter feci in p̄n° paroxismoruꝫ fe. qn̄ venit sincopis ꝑꝑ mordicationē co. ⁊ ī orificio stomaci dedi modicū de agresta qn̄ īueniebat̄ statim ꝯstabat. mal' maciāis. i. pomis acetosis. albulel. i. sal siue acetū. ribes. i. acetosuꝫ. alcohosus est colūba cocta ī aqua in qua cocta est mēta in vētre agresta: qꝛ ꝓhibet caliditatē stomaci. ⁊ fumositatē ⁊ cursum co. ad orificiū.

¶ De isto preterea det̄ puluere vt transglutiat qui. ℞. roſ. ru. ʒ. x. spodij. ʒ. iij. seminis coriandri. ʒ. v. dosis eius sit. ʒ. ij. cum succo granati muzi: ⁊ cū syrupo de citonijs acetosis.

¶ Ponit curā debilitatis stomaci per pul. ⁊ dicit: de illo pul. p̄mo det̄ vt transglutiat. ℞. roſ. rub. ʒ. x. spodij. ʒ. iij. se. coriādri. ʒ. v. dosis ei⁹ est. ʒ. ij. ⁊ cū succo granati mixti. ⁊ cū succo acetoso de citonijs. ¶ Nota q̄re valꝫ iste pul. cā est: qꝛ est frigidus ⁊ stipticus. iō remouet caliditatem stomaci. ⁊ confortat stomachū vniendo partes. ⁊ per ista ītelligit raſ electuaria appropriata: vt zucca. roſ. ⁊ viol'. ⁊ dyacitoniten sine speciebus.

¶ Si aūt cū hoc qđ diximus fuerit in corpore extenuatio ⁊ inflatio: egro lac ⁊ aqua ordei dāda sunt. Ipse quoqꝫ ex herbis humectātibus nutriendus est: vt sunt lactuce malue cucurbite carnes hedorū ⁊ agnoꝝ lactentiuꝫ ⁊ pisces recētes. Balneū preterea anteq̄ꝫ comedat ⁊ postq̄ꝫ comederit ⁊ tinā quotidie īgrediat̄. Et vinū clarū valde tēperatū bibat: ⁊ assidue vtatur quiete. ⁊ motum ⁊ exercitium vitet: sitqꝫ totum eius regimen: sicut eius qui corporis grossitiem adipisci desiderat.

¶ Ponit curā debilitatis stomaci ꝓuenietis ex siccitate ꝑ dietā. ⁊ dicit: si aūt cuꝫ hoc qđ diximus fuerit corporis extenuatio. i. qn̄ corpus extēdit̄ ad ptisim. tūc egro lac ⁊ aqua ordei dāda sunt: ipse quoq̄ꝫ ex herbis humectātib⁹ nutriendus est: vt sunt lactuca malua cucurbite citruli carnes hedoꝝ ⁊ agnoꝝ lactētiū ⁊ pisces recētes. bal. aūt anteq̄ꝫ comedat īgrediat̄. ⁊ postq̄ꝫ comederit tinā quotidie īgrediat̄. ⁊ vinū clarū ⁊ valde tꝑatuꝫ bibat ⁊ assidue vtat̄ q̄ete. sitq̄ꝫ totū ei⁹ regimē vt eius qui corporis grossiciē adipisci desiderat. cā est: qꝛ ista humectant ⁊ remouēt malā dispōnē faciētē siccitatē stomaci. iō valet: ⁊ iō ꝯuenit lac mulieris. ⁊ frigiditas sit ꝯiūcta cū siccitate. cōuenit mel ⁊ modicū salis. iō dicit Gal'. 6°. de īgenio sanitatis: vinū valet: qꝛ ꝯfortat ⁊ humectat ⁊ lenit. s. vinū limphatū valde bene: vt dicit Auic. p̊ can̄. fen. 4ª. ca. p̊. ⁊. 2°. ⁊ in 4° can̄. fen. p̊ª. tracta. 2°. ca. de cura tertiane: q̄es v̄o. qꝛ humectat: sꝫ nō exercitiū: qꝛ calefacit. sil'r valent carnes hedoꝝ ⁊ multū humectāt. sil'r gallina cocta cū semībus. bal. valet rōne humiditatis. qꝛ irrorat ⁊ dicit tina ⁊ non bal. qꝛ istis ꝯueniūt humectātia ⁊ nō resoluētia: vt dictū est de ptisicis: qꝛ eadeꝫ est cura. postq̄ꝫ comederit supple facta digestione in epate. ⁊ breuiter cōpetūt sibi hec que in ethica: sicut lac mulieris ⁊ asine ⁊ aqua ordei.

¶ Et si cū hac dispōne inflāmatio fuerit ⁊ incēsio vehemētissima stomachus ex rebus frigidis est liniendus ⁊ aqua ordei danda sitqꝫ ei⁹ regimen sicut ethicam habentis.

¶ Ponit curam per epithimata. ⁊ dicit: ꝙ si cum hac dispositiōe inflāmatio fuerit ⁊ incēsio vehemētissima stomachus ex rebus frigidis erit liniendus. ⁊ aqua ordei danda. sitq̄ꝫ eius regimen: vt ethicā habentis. causa est: qꝛ ista sunt humectātia ⁊ infrigidantia. vt emplastrum factum de lactuca ⁊ succo plantaginis ⁊ succo semperuiue. ⁊ si calor sit in vltimo siccitatis valet tunc magis cuꝫ succo solatri.

¶ De dolore ⁊ apostemate stomaci.
Cap. LXVI.



Irca rubricam nota ꝙ duplex est causa doloris stomachi: sicut aliorum

membrorum: scilicet mala complexio ⁊ solutio continui mala complexio scilz calida vel frigida. ⁊ est duplex vel cū materia vel sine mā. sine materia vt cōplexio calida vel frigida. cum materia: vt cum apostemate vel sine. Et signa apatis ⁊ aliorꝫ mēbrorꝫ dicta sunt supra ī signis dominij cuiuslibet humoris. ⁊ spāliter signa apatis stomaci ad sensuz apparēt. nam qñ apa stomaci venit a sanguine apparet rubedo ⁊ tumor notabil'r ⁊ plenitudo pulsus ⁊ venarꝫ: sꝫ qñ fit a co. apparet citrinitas in stō: amaritudo oris: siccitas intēsa: dolor fortissimus: sꝫ qñ ex flegmate apparet rubedo in colore dolor modic⁹ ⁊ duricies vel mollicies in tactu: ⁊ sic de alijs signis humorꝫ peccātiū. Dolor etiā causat⁹ a solutione ꝯtinui est duplex. quidam ex vētositate extēdente qui est cōiter. Alter est qui causat̄ ex vlcere exñte in stō. Hic rasis ponit curā doloris stomaci exñtis cū mā siue cū apate siue non: ⁊ ita ponit curam doloris prouenientis a solutiōe continui causati a ventositate: ⁊ non ponit curam doloris sine materia: q2 p̄supponit curaz in ca. p̄cedēti: vbi docet cōfortare stōm p alterātia: nec ponit curā doloris stomaci ꝓueniētis ex vlcere: quia vlcus stomaci curat̄ sicut alia vlcera aliorꝫ mēbrorꝫ: sicut per ꝯsolidatiua ⁊ mūdificatiua.

Si cum dolore stomachi adsunt turbatio ⁊ āgustia ⁊ nausea: egro aqua tepida in potu est tribuenda ⁊ vt vomat precipiendum.

¶ Hoc est caplm in quo ponit curā doloris stomaci. p̄mo cū mā sine apate: ⁊ hoc qñ mā est calida ⁊ ꝺꝫ administrationē aque calide. ⁊ dicit: si cum dolore stomaci affuerit abhoīatio ⁊ nausea: egro aq̄ tepida est tribuēda in potu ⁊ vt vomat est p̄cipiēdū. cā est: q2 ista sunt signa ꝙ fe. est de co. q2 est ibi estuatio: q2 nausea de se nō est signū: sꝫ qñ ꝯiungit̄ cū calore forti ⁊ siccitate est forte signū ꝙ mā calida est. spāliter si añ cibū fit ardor. ⁊ in hoc differt estuatio que fit in mā flegmatica: q̄re post prādiuz apparet: ⁊ q2 aqua calida prouocat vomituz mobilitādo: iō dat̄: q2 co. est magis mobilis per superiora q̄ꝫ inferiora ꝺm Gal. 4°. afforis. estate quidē. ⁊ si nō ꝓuocaret vomitū cū aqua tunc ꝓuocet̄ per aliam medicinā vomitiuaz: ⁊ superius posita sunt multa de istis: ⁊ iste vomitus cum ista aqua lauat ⁊ mūdificat a materia mala. ideo valet.

¶ Et si hoc non suffecerit venter ex yerapigra soluatur. Quod. ℞. pulueris rosa. rub. spice masti. xilobalsami carpobalsami: cinamomi: xilocassie assari: omniuz añ. ʒ. v. aloes scotrensis duplum omniuz: qđ bene tritum misceas cum medicinis tritis ⁊ cum panno sericino subtilissime cribellatis: quarum trituratio cuz aloe secundo iteretur cuius dosis sit a pondere duorum aur. vsqꝫ ad. ʒ. ij.

¶ Ponit curā per medicinā laxatiuaz ista ꝺm auctores dicit̄ yerapigra: ⁊ ista solū euacuat a stōaco ⁊ nō transit venas meseraicas ꝺꝫ auctores: sꝫ alia cōposita euacuāt ab oībus partibus corporis: q2 ibi intrat collogntida ⁊ alie medicine fortes. ⁊ dicit ergo. ꝙ si hec nō suffecerint venter ex hyerapigra soluat̄. ℞. pul. roſ. rube. spice masticis: xilobalsami: carpobalsami: cinamomi: xilocassie: assari oīum. añ. ʒ. v. aloes scotrēsis dupluz oīuz: qđ bene trituz cū alijs misceat̄ medicinis ⁊ pāno serico subtilissimo cribelletur: quorꝫ trituratio cū aloe iteret̄. Secūdo iteret̄: cui⁹ doſ sit a pondere. ij. aur. vsqꝫ ad. ʒ. ij. cā est: q2 yerapigra pro maiori parte euacuat colerā ⁊ aloes flegma: sed p̄ncipal'r colerā citrinā. Sed anteq̄ꝫ administretur ista medicina debꝫ precedere sirupus ꝓ tota mā existēte in stō. ℞. ordei mūdi. ℥. ij. endiuie sarcocolle lactuce dulcis absinthij. añ. M. i. q̄tuor se. frigidorꝫ mūdatoruz. añ. ℥. i. florum viol. roſ. rub. añ. ℥. i. vini maloruz granatorꝫ. ℥. i. panis zuccari al. q̄rt. iij. fiat sirup⁹ clarificatus ad lib. i. Medicina laxatiua sit talis qua cōiter vtor. ℞. florꝫ viol. boraginis ⁊ buglose. añ. ℥. ß. pruno. dama. x. tamaridorꝫ electorꝫ. ℥. i. vuarꝫ passarꝫ. ʒ. v. corticis mirabolanorꝫ bene gūmosorꝫ īfusorꝫ per noctē in decoctiōe predictorꝫ. ℥. i. fricent̄ de mane fortiter ⁊ coletur ⁊ colature addat̄ cassiefi. mūđ. bñ p̄guis. ℥. i. ⁊ ministret̄ in aurora yerapigra. s. Gal. aloes scotrēsis. i. citrinū.

¶ Egro quoqꝫ quottidie detur panis in vino ⁊ succo maligranati infusus ⁊ in syrupo acetoso de citonijs.

¶ Ponit curam per cibum. ⁊ dicit: egro quoqꝫ quottidie detur panis ī vino ⁊ succo maligranati īfusis ⁊ in sirupo acetoso de citonijs. cā est: q2 ista acetosa stipticitatē hñt rōne sue frigiditatis alterātis mēbrū: vtputa calidū: q2 rōne stipticitatis remouent colerā ab orificio stomachi vt patuit in capitulo precedenti.

¶ Or si cum dolore fuerit ructuum multitudo ⁊ extensio atqꝫ singultus: egro electuariū dyaciminum ⁊ dyacalamentuz ⁊ alie confectiones que ventositatem dissoluunt: quas in cap. de colica nominauimus: danda erunt.

¶ Ponit curā doloris stomaci qñ ꝓuenit a mā frigida. ⁊ p̄mo per electuaria. ⁊ dicit. si cuz dolore fuerit ructuum multitudo ⁊ extēsio atqꝫ singult⁹ egro electuariū dyaciminū ⁊ dyacalamētū ⁊ alie ꝯfectiōes que vētositatē dissoluere ꝯsueuerunt noīata in ca. de colica dent̄. cā est: q2 ista signa significāt ꝙ dolor est ex mā frigida sicut eructuatio acetosa: ⁊ q2 electuaria vt dyaciminū dyagalāga sunt stiptica ⁊ resolutiua: ꝯfortāt stōm ⁊ vētositatē resoluunt: ⁊ possunt cōpetere silia: vt aq̄ ardēs ⁊ silia ꝯsumentia vētositatē ⁊ frequēter experior ego cū aqua ardenti. ¶ Scđo nota ꝙ anteq̄ꝫ dent̄ ista electuaria dꝫ euacuari mā peccās p̄cedēte ei⁹ digōne ⁊ syrupus digestiuus māe flegmatice peccātis in stō pōt esse talis. ℞. florꝫ boraginis viol. añ. ℥. i. mēte: ysopi: absinthij: capil. veñ. recē. añ. M. i. corticis radicis feniculi petrosilij. añ. q̄rt]. ß. i alijs M. ß. anisi ameos añ. q̄r. i. i alijs. ℥. i. ligri. raſ. vuarꝫ passarꝫ ⁊c. añ. ℥. i. aceti al. ℥. i. mellis electi: panis zucca. añ. li. ß. fiat syrupus clarificat⁹ ad q̄rt]. v. vel valet oximel diureticū vel squillicicū. Et pauperibus medicina laxatiua pōt esse talis. ℞. florꝫ boraginis viol. añ. ℥. i. anisi. ʒ. ij. ligri. rase: vuarꝫ passarꝫ añ. ʒ. v. polipodij q̄rcini. ℥. ß. corticis mirabola. kebulorꝫ bene gūmosorꝫ īfusorꝫ ꝑ noctē in decoctione p̄dictorꝫ. ℥. ß. fricent̄ de mane fortiter ⁊ colent̄ ⁊ colature addat̄ turbith bene gūmosi mūdi īterius. ʒ. i. ⁊ administret̄ in aurora vel ponat̄ loco turbith dyaturbith. ʒ. iij. ¶ Si v̄o peccet vtrūqꝫ. s. colera ⁊ flegma: tunc valet yerapigra cōis vel dyacartami quorꝫ dosis est. ℥. i. vel stomaci laxatiuū. Si v̄o dolor ꝓueniat a melia ꝯuenit talis syrupus. ℞. boraginis cū toto. buglose cuz toto. corticis radicis feniculi petrosi. añ. q̄rt]. ß. iterioris squille. ℥. i. mēte ysopi: scolopēdrie: capparis: capil. ve. añ. M. i. anisi: maratri: cuscute. añ. ℥. i. ligri. rase: vuarꝫ passarꝫ ⁊c. añ. ℥. i. aceti al. ℥. i. in alijs. ℥. ß. fiat syrupus clarificat⁹ ad quart]. v. similiter conuenit oximel diureticum ⁊ squilliticū administratū cū decoctiōe boraginis. ¶ Medici

na laxatiua pōt esse talis. ℞. floꝝ viol. z buglose. an. ℥. ß. liquiritie rase: vuaꝝ passaꝝ. an. ℥. i. thimi: epithimi: polipody quercini. an. ℥. ß. corticis mirabolanoꝝ idoꝝ bene gūmosoꝝ ifusoꝝ in decoctiōe p̄dictoꝝ per noctē. ℥. i. fricent de mane z colent z colature addat lapidis armoniaci nouies abluti. ʒ. i. z administret i aurora. Artificialia sunt ista. ¶ Si vo dolor cāret ex vētositate: tūc cōpetit sacculus de milio z sale torrefactis z vētosa sine scarificatione posita supra stōm. vel istud vnguētū. ℞. ruthe. M. i. castorei. ʒ. ij. anisi. ʒ. ij. radicis aristol. lō. q̄rtl. ij. vini rubei. ℈. ij. vel. iiij. olei laurini. ʒ. iiij. cōquassanda conquassentur z bulliant simul supra cineres calidos vsq; ad consumptionem vini coletur z colature addatur cere: quod sufficit z fiat vnguentum.

¶ Cibaria quoq; eius sint calagie z mutagenat cum se. Uini veteris puri parum bibat z vtatur motu z ingrediatur balneum.

¶ Ponit curā p dietā. z dicit: cibaria vo ei9 sint calagie z mutagenat cuz seminib9. veteris vini puri parū bibat z vtat motu z igrediat balneū: cā ptis: q̄re valēt ista cōdita facta ex seib9: cā est: q2 ista sunt ca. z hn̄t ꝯsumere ventositatē z remouere malā cōplōnē fridā. de vino veteri pz: q2 est calidū z siccū. Quare exercitiū: q2 fortiter calefacit. Quare balneū itellige remoto fastidio eadē de cā: q2 p hoc remouet istātiā quā facit Heraldus cremoneñ. in additionib9 supra rasim. ibi enī reprehēdit ipsum.

¶ Stomachus quoq; ex oleo de neriden vt diximus in pāno inuoluto vaporetur.

¶ Ponit curā per oleū z per vnguēta. z dicit: stomachus vo ex oleo de neridē: vt dixim9 in pāno iuoluto vaporet. cā est: q2 est multū calidum z stomaci ꝯfortatiuuz. z per ista intelligit omnia dicta in precedenti.

¶ Si aūt cū dolore stomaci fuerit fe. z apostema manifestum: z cuz tāgitur sentitur caliditas. eger prius ex basilica flobotometur z loco dolenti duo superponātur sandali z ro. z camphora cuz aqua rob. z succo citonioꝝ.

¶ Ponit curā doloris stomaci cū apate calido p flōmiā: z postea p epithimata. z dic: si aūt cū dolore stomaci fuerit febris z apa māifestū: z cū tāgit sentit caliditas. eger prius ex basilica flōmet z loco dolēti supponant sandali z rose z cāphora cū aq̄ rob. z succi citonioꝝ. Quare valet flōmia: q2 ista sunt signa q2 est de mā sanguiea: vt sanguine vel co. z si sit ex sanguine cōpetit flōmia directe. si ex co. idirecte: q2 refrigerat. silr q2 ꝓhibet fluxū humoꝝ ad apa: q2 ad locū dolorosuz fluūt humores. z iō siue sit de sanguie siue de co. cōpetit flōmia z itelligas in p̄n° vt ꝓhibeat fluxus eius. Ponit curā p epithimata z pōt sic poni etiā in forma. ℞. aq̄ rob. lib. ß. succi citonioꝝ q̄rtl. ß. sanda. al. z rubei: rob rube. oīuz. an. ʒ. iij. cāphore. ℈. i. pulueriзāda pulue. z misce oīa: z ꝯueniūt p̄dicta in. c. p̄cedēti ꝯfortātia stōm calidū. ¶ Nota q2 tale epithima valz: q2 est frigidū z stipticū. z iō ꝓhibet fluxū humoꝝ ad ipz apa: z q2 in p̄n° apatis cōpetūt refrigerātia. ¶ Nō z° q2 illud epithima rob. cōpetit in p̄n° apatis calidi: sz in augmēto apatis cōpetit istud emplz ad maturādū. ℞. foliorū malue: absinthy. an. M. ij. axūgie galline anatl. an. ℥. i. dactiloꝝ piguiū q̄r. ß. mucillagis se. lini: mucillagis se. fenugreci. cōquassanda ꝯquassent fortiter: z oīa misce.

¶ Nutrimētū vo ei9 nō sit nisi sola ordei aqua z custodiat a carne z vino z confectionibus que de melle fiunt: z bibat succū granatoꝝ muzorum z rob de fructibus frigidis.

¶ Ponit curā per dietā. z dicit: nutrimētū ei9 non sit nisi sola aq̄ ordei z custodiat a vino z carne z ꝯfectiōib9 que de melle fiunt: z bibat succū malorūgranatoꝝ muzoꝝ z rob de fructib9 fridis. cā est: q2 ifrigidat z laxat ventrē. z hoc est nečiū in tali apate. Quare nō ꝯueniūt carnes z vinū: cā est: q2 calefaciūt z addūt in mā apatis: q2 fe. est in isto apate stomaci. silr oēs ꝯfectōes que calefaciūt. Quare valēt succi fridi: cā est: q2 alterāt z rep̄mūt malā ꝯplōnē z ꝓhibēt fluxū māe apatl ad locū pp stipticitatē quā hn̄t. q̄re aq̄ ordei: q2 ifrigidat lenit z humectat.

¶ Cūq; caloris vehemētia sedata fuerit: egro cassiafistu. cuz succo endiuie dissoluta ac bullita z dispumata ad bibenduz detur.

¶ Ponit curā p medicinā laxatiuā. s. qn̄ mā est digesta. z dicit: cū caliditatl vehemētia sedata fuerit egro cassiafi. in succo endō. dissoluta z bullita dispumata ad bibēdū detur. cā est: q2 ista medicīa purgat māz peccātē: z cū sit lenitiua nō iducit dolorē: z nō ꝯuēit medicia acuta: q2 rōe maioris acuitatis facit maiorē locū: z multiplicaret multitudinē māe: z pp hoc ꝯuenit plus q̄ʒ alia medicina.

¶ Cū aūt egritudinis dies elōgati fuerint z calor oīno quieuerit si remāserit apostema cum duricie ex hoc emplastro epithimet locus qui ℞. viol. siccaꝝ. ʒ. x. ro. ru. ʒ. v. spice odorifere: masticis amboꝝ. an. ʒ. iij. ciperi squinanti calami aromatici oīuz. an. ʒ. ij. farine fenugreci. ʒ. xx. floꝝ camomille: seminis maluauisci al. farine ordei oīuz an. ʒ. x. ꝯspergant oīa ex mucillagine se. lini. deinde locus ex oleo de neridē tepefacto inunctus emplastret ex predictis per quattuor horas anteq̄ʒ comedat. Et postq̄ʒ cibus fuerit digestus z stomachus fuerit euacuatus ex oleo de neridē: cū lana: vt diximus: vaporet. Confectio olei nardini simplicis. ℞. olei de been. lib. j. spice. ℥. ß. masticis costi ciperi squinanti calami aromatici oīuz. an. octaua. ℥. j. oīa hec puluerizata in predicto oleo posita ad solem per hebdomadā vnaz vasis ore clauso dimittantur: deinde colent z exprimantur feces z scophe qui in manibus remāserint emplastris admisceantur: optime enim erunt.

¶ Ponit curā apatis calidi ꝯuersi in duriciē. z dicit: cuz aūt egritudinis dies elōgati fuerit z calor oīs q̄euerit: z remāserit apa cū duricie: ex h̄ emplō epithimet loc9. ℞. viol. siccaꝝ. ʒ. x. rob. rub. ʒ. v. spice odorifere masticis amboꝝ. an. ʒ. iij. cipi sq̄nāti calami aromatici oīum. an. ʒ. ij. farine fenugreci. ʒ. xx. floꝝ camo. se. maluauisci farie ordei oīuz an. ʒ. x. ꝯspgant oīa: ex mucillagie se. lini. Deide loc9 cū oleo de neridē tepefacto emplet inūct9 ex p̄dcis 4or horis anq̄ʒ cōedat. z postq̄ʒ fuerit digest9 z stōus fuerit euāt9 ex oleo de neridē cuz lana: vt dixim9 euaporet. Cōfectio olei de neridē hec ē. ℞. olei de beē lib. i. spice. ℥. ß. masticl corticl: costi cipi sq̄nāti calami aromatici oīuz an. octauā ptē. ℥. i. oīa hec puluerizata i p̄dicto oleo posita ad solē p vnā hebdomadā vasis ore clauso dimittāt: Deinde colent z exprimant feces que in manib9 remāserūt emplis admisceant: optime. n. erūt. ¶ Nota q2 il

lud apa pot ouerti i duriciē duplici de cā. Una est p ista que applicant ab ex: vt p calida resoluētia q subtile est in mā. τ iō remanet qd est magis grossuz. τ per hoc cessat se. remoto apate: qr mā subtilis resoluta est. Scda cā est etherogeneitas mae: qr aliqn sunt in apate magis subtiles τ mae magis grosse: cuius subtile dum resoluit remanet grossum. τ pp hoc remanet apa durū rōne grossaruz partiū. ¶ Scdo nota cāz qre ouenit illud emplz. cā est: qr est mollificatiuū. τ iō valz ad mūdificādū mām: τ loco ei⁹ pot cōpetere emplz supi⁹ dictū cōpetēs in augmēto apatis: cui⁹ recepta est supius posita. Cōfectio supple hec est: ospergant. i. sparsiz incorporent. Cā scdi dicti est Quare valet istud oleū: causa est: quia confortat stomachum τ resoluit materiam facientem dolorez. τ per hoc intelligit similia dicta in cap. precedenti. neridē. i. nardino: been. i. piper longum. scophe. i. feces.

¶ Cum aūt apostema in stomacho ueterauerit troci. de spica erūt dādi. Qui. ℞. floꝝ squināti xilocassie rauedseni chalami aromatici spice oium. añ. ʒ. iij. croci myr. anisi costi piperis oiuz. añ. ʒ. i. bdelij varij. ʒ. iij. masticis. ʒ. ij. armoniaci. ʒ. i. informentur troci. quoꝝ vnusquisqz ponderet aur. i. de quibus vnus quotidie cum vino cocto detur.

¶ Ponit curā apatis frigidi p trociscos ex eo q mā ē antiqua. τ dicit: cū aūt apa in stō ueterauerit trocisci de spica erūt dādi. τ sunt isti. ℞. floꝝ squināti xilocassie reub. ō se. chalami aromatici spice oiuz. añ. ʒ. iij. croci myrrhe anisi costi piperis oiuz. añ. ʒ. i. bdelij varij. ʒ. i. masticis. ʒ. ij. armoniaci. ʒ. i. iforment trocisci: quoꝝ vnusqsqz pōderet aureū vnū: ex qbus vnus cū vino cocto det. cā est: qr sunt calefactiui τ subtiliātes mām: τ eā mollificāt: vt pz in suis materialibus. τ datur cum vino ca. qr materia est frigida. τ si materia est multum frigida potest dari cum aqua ardenti: vel similibus. tarde. i. ieiuno stomacho.

¶ Emplastrum quoqz istud fiat. qd. ℞. bdelij mollis. ʒ. x. armoniaci. ʒ. v. se. been: se. apij amborum. añ. ʒ. x. spice masti. nigri amboꝝ. añ. ʒ. v. cere. ʒ. iij. olei de neridē. ʒ. xv. gūme in vino dissoluantur. Deinde omnia coniungantur τ fiat ex eis emplastrum.

¶ Ponit curā per emplm. τ dicit: emplm istud sic est. ℞. bdelij mollis. i. min⁹ sicci. ʒ. x. armoniaci. ʒ. v. croci. ʒ. iij. olei de neriden. ʒ. v. gūme in vino dissoluant. deinde oia oiūgant: τ fiat ex eis emplz loco isti⁹ pot valere emplm qd ē cōmune. ℞. emplastri ceronici quartl. i. τ. ß. malaxetur cum oleo amigd. diu: τ extendatur supra alutam ad quantitatem medie palme ex vtraqz parte.

¶ Ad dolorē tñ stomaci τ epatis curandū medicus valde eruditus est necessarius qui ipsoꝝ diligēter attēdat dispositiones. Nos tñ aggregationes τ summas ad hoc conferentes iam diximus. licet inquantuz potuimus in hoc abbreuiauerimus sermonem.

¶ Ponit qddā documētū. τ dic: ad dolorē stomaci τ epatis curādū medic⁹ valde erudit⁹ est necius: qui ipsoꝝ diligēter attēdat dispōnes. nos aūt aggregatiōes τ sūmas ad hoc ouenietes: lz inqstū potuimus in hoc abbreuiauimus sermonē. causa est: quia ad modicū errorē istoꝝ mēbroꝝ sequit magnus error alijs mēbris: cuz in istis duobus celebrentur digestiones: a quibus nutriuntur alia membra: ideo in ipsa est recte agendum.

¶ De singultu. Cap. LXVII.



Circa rubricam Nota pmo qdē singult⁹: dico q est mot⁹ expulsiue nālis icitate a vtute sensibili pp nocumētū expellēdū. τ est duplex singult⁹. Quidā ex repletiōe. ali⁹ ex inanitione. singult⁹ ex repletiōe causat a mala mā τ vētositate infixa in porrositatib⁹ villoꝝ stomaci. vñ vt⁹ sensibilis sentiēs suū nocumētū talis mae icitat nām ad expellēdū illā mām: τ talis mot⁹ vocat singult⁹: alter singult⁹ ex inanitione. s. ex siccitate stomaci: τ iō fit q icitat vtutē nālē ad expellēdū: cuius mot⁹ est singult⁹. τ pp hoc frustra talis mot⁹ fit: sicut apparet in tussi sicca: in qua est mot⁹ pulmonis. ¶ Scdo nota q spasm⁹ τ singult⁹ oueniūt τ differūt. oueniūt in duob⁹. pmo qr sicut spasmus pot causari ex repletiōe τ inanitiōe sic singult⁹. oueniūt etiā i alio qr sicut in spasmo fit ōctio nerui vsus suaz originē: ita in singultu est ōctio partiuz stomaci. qre in vtraqz fit ōctio vsus suā originē. sz differūt in duob⁹: qr spasm⁹ est passio nerui. singult⁹ nō: sz lacerti stomaci. scdo differunt: qr in spasmo ita est contractio: vt postea non est dilatatio nisi curetur. sed in singultu qzuis sit primo contractio: tamē fit postea dilatatio.



Quz singultus post grossi cibi comestionē aut vini valde tēperati bibitionem superuenerit aqua calida in qua ciminū τ mēta τ mētastrū τ paꝝ thuris bullierit multotiēs in potu est sumenda.

¶ Ponit caplm in quo determinat: pmo ponēdo curam singult⁹ ex repletiōe per aquā ca. τ alia que oueniūt: τ dicit: cū singult⁹ post grossi cibi comestionez aut vini tēperati: vbicūqz etiā supuenerit aqua calida in qua ciminū mēta τ mētastrū τ paruz thuris bullierint: multotiēs in potu erit sumenda. cā qre ouenit talis aq ca. est: qr est signū q singult⁹ puenit ex mā faciēte ebullitionē: ex qua ebullitiōe causat vētositas: que est cā imediata singult⁹. τ qr aqua ista est ca. τ vētositatū carminatiua: pp͠ter illa que ibi ponunt: iō valet. τ p istū potū itelligit alios q possunt cōpetere in hoc casu: vt syrupus dict⁹ in cap. pcedenti: vt aqua ardēs. τ iter alia est mihi vnū expertū: τ ē istd. ℞. diptami subtiliter puluerizati. ʒ. ß. tyriace electe. ʒ. i. vini rubei calidi. ℥. i. misceant τ mistrent i potu: τ valz i oi dolore stomaci fortissimo pueniēte a mā frā vētosa.

¶ Et egro vt dormiat est precipiendum τ uēter vaporandus est τ ieiunandum est ei.

¶ Ponit qddā qd ouenit vt sōn⁹. τ dic: τ egro vt dormiat est pcipiēdū τ vēter vaporādus est τ ieiuniū est ei iponēdū. cā qre ouenit sōnus est: qr calor nālis i sōno ofortat in iteriorib⁹: qr recludit magis τ osumit māz fridā vētosam faciētē singultū. qre talia q osumūt τ resoluūt vētositatē: vt sacculus τ emplz. τ i h casu mūdificatiuū factū cū aq ardēti valz. silr inūctio facta cū tyriaca: vel ēt vētose posite supra stōz. Quare ieiuniū: cā est: qr calor nō inueniēs nutrim agit i māz fraz ipaz osumēdo. iō flaticis ppetit ieiuniū. τ silr valz saccul⁹ de milio torrefact⁹ cū sale.

¶ Cū aūt per multos dies a comestione abstinuerit iubendū est balneū sepe ingredi. Deinde paucis cibis desiccantibus: tñ est alēdus sicut sunt galagie τ mutagenat cū seminibus τ vini parum puri in potu tribuenduz.

¶ Ponit curā per balneū ⁊ nutriētia. ⁊ dicit: cum aūt per
multos dies a comestione abstinuerit iubēdus est sepe
balneū īgredi: deinde paucis diebus cū desiccātibus est
alēdus: sicut sunt galagie ⁊ mutagenat cū seminibꝰ ⁊ vi/
ni puri parū in potu tribuēdum est. Cā q̄re valet bal. stu
phe: dico ꝙ ad resoluēduz residuū māe que remansit fa
cta abstinētia: qꝛ p̄supponit ꝙ mā peccās purget̄: aliter
multū noceret. Quare nutriētia sicca: causa est: qꝛ iuuāt
ad ꝯsumptionem materie humide. similiter vinum pu/
rum: quia calidum ⁊ stipticum est superfluitatū flegma/
ticarum consumptiuum ⁊ confortatiuū stomaci.

¶ Et si hec nō suffecerint trocisci isti dādi sunt
qui dicunt̄ de thure. ℞. thuris. ℥. v. enule. ℥. iij.
mētastri folioꝝ ruthe sicce amboꝝ. an̄. ℥. ij. seis
sisimbrij. ℥. iij. ⁊ ß. informentur trocisci ex eis
pondere aur̄. vnius: ex quibus vnus in die cū
apozimate cinamomi tribuatur.

¶ Ponit curā qn̄ hec nō sufficiūt. ⁊ dicit: ꝙ si hec nō suffe
cerint trocisci isti dādi sunt qui dicunt̄ trocisci de thure.
⁊ est talis. ℞. thuris. ℥. v. enule cāpane. ℥. iij. mentastri fo/
lioꝝ ruthe sicce amboꝝ. an̄. ℥. ij. seminis nemē. ℥. i. ⁊ ß. ⁊ i/
formen̄t ex eis trocisci pōderis aurei vniꝰ: ex q bus vnus
in die ex apozimate cinamomi tribuat̄. cā est: qꝛ oīa ista
sunt ca. ⁊ ꝯsumptiua vētositatū ⁊ subtiliatiua māe frigi/
de. ⁊ per ista ītelligit sibi silia. s. oīa electuaria cali. supra/
dicta: sicut dyagalanga dyatrion pipereum dyaciminuz
dyaolibani: verum est ꝙ in singultu sunt gariofili prepa
rati s̄m Auicen. nemen. i. maiorana.

¶ Qꝛ si singultꝰ post se. acciderit fueritqz cū eo
tribulatio: aut nausea: aut sitis: aut in ore sicci
tas. aqua calida egro multotiēs tribuēda erit:
non tamen repente: sed paulatim. Et si sedatꝰ
nō fuerit aqua ordei cū oleo de amigdalis dul
cibus det̄. spōdiles quoqz colli ⁊ dorsi ex oleo
tepido inūgant̄ ⁊ fricent̄. Et mucillago psilij
cū iulep ⁊ succo granati in potu tribuantur.

¶ Ponit curā singultꝰ ꝓueniētis ex inanitiōe cum oleo
humectatiuo vel alio liquore. ⁊ dicit: ꝙ si singultus post
se. acciderit: fueritqz cū eo abhoīatio aut nausea aut sitis
aut in ore siccitas: aqua cal. multotiēs egro dāda erit: nō
tn̄ repēte: sz paulatim. sz si sedatꝰ nō fuerit detur aqua or
dei: oleū amigd. dul. det̄. spōdiles colli quoqz ⁊ dorsi cuz
oleo tepido inungant̄ ⁊ fricent̄ ⁊ mucillagi. se. lini vel iu
lep: ⁊ succo granatoꝝ i potu tribuat̄. Causa est: qꝛ ista ha
bent signa ꝙ ꝓuenit ex siccitate: sicut vbi gr̄a si se. fit cō/
sumēs. ⁊ maxima siccitas oris ⁊ alia que ꝯtingūt ⁊ aqua
paulatiz trāsglutita: qꝛ potata subito lederet ⁊ nō hume
ctaret. sil̄r aqua ordei ⁊ amigd. dul. que habēt oīa hume/
ctare. sil̄r iunctio spondiliū habent humectare. sil̄r mu
cillago psilij sitim sedat inter omnia mūdi. specialiter si
administretur cuz aliquo humectatiuo. ⁊ valent omnia
que valent in ethica: vt potatio lactis ⁊ alia que ponun/
tur. vij. de ingenio sanitatis.

¶ Singultui preterea ⁊ sternutationi ꝯferunt
retinere anhelitum.

¶ Regredit̄ ponēdo curā singultꝰ causati ex repletione.
⁊ dicit: singultui p̄terea ⁊ sternutatiōi ꝯferūt retinere an
helitum. ¶ Nota quare valet motꝰ sternutationis: dico
ꝙ est fortior motꝰ qui in corpore pōt esse cū sit motꝰ pri/
mi sensus. ⁊ ꝓpter hoc valet in expulsiōe secūdine. Qua
re valet retētio anhelitꝰ: cā est: qꝛ tūc calefiunt oīa mē/
bra īteriora: iō iuuāt ad ꝯsumptionē ventositatis ⁊ māe
frigide. ⁊ per ista ītelligit silia: vt īducere timorē: qꝛ tunc
calor naturalis recluditur ad interiora: qui reclusus est
fortificatus ⁊ facit consumptionē materie ⁊ semper pre/
supponit purgationem materie cum vomitu: quia aliter
non posset curari vt dictum est prius.

¶ De canino appetitu. Cap. LXVIII.

Circa rubricam. Nota ꝙ quadru
plex est appetitꝰ
preter nām. Unus dr̄ caninus. Scd̄s bolismꝰ
Tertiꝰ fames sincopalis. Quartꝰ est appetitꝰ
corruptus. Caninus est fames insatiabilis: qꝛ
quāto hō magis comedit tāto magis appetit quousqz ve
nit ad vomitū: vel expellit̄ ꝑ supius: vt canes faciūt. cu/
ius cā est duplex. Una est si mā frigida aquosa existēs ī
stomacho que rōne frigiditatis ⁊ acetositatis īducit cō/
tinuam inanitionē: qꝛ cōprimit humiditatez orificij sto/
maci. ⁊ iō multū īducit famē. vt dicit Auic. p̄mo can̄. do.
4ª. de humoribꝰ. ꝙ vna portio melācolie missa ē ad ori/
ficiū stomaci ad excitāduz appetitū a sili est de isto: ⁊ ad
istum appetitū reducunt̄ serpētes ⁊ lūbrici ⁊ alia que at
trahūt cibū a stomacho. Alia cā est calor stomaci ⁊ alio/
rū mēbroꝝ: qꝛ lz stomachus calidus digerat solū cū cali
ditate oīuz mēbroꝝ est cā canini appetitꝰ. ⁊ cā est: qꝛ qn̄
mēbra sicut sunt ca. sunt multū inanita ⁊ attrahūt a ve/
nis paruis ⁊ parue a magnis ⁊ magne ab epate. ⁊ epar a
venis meseraycis. vene meserayce a fundo stomaci: fun
dus stomaci ab orificio. ⁊ iō est ꝯtinua inanitio. ⁊ hic ra/
sis ponit curā vtriusqz appetitꝰ. Bolismus est appetitꝰ q
cū vno bolo satiat̄. ⁊ hz plus fieri in tp̄e frigido q̄z i alio.
vt pz in istis itinerātibꝰ tp̄e frigido: qꝛ īmediate cū come
dunt īcipiūt ambulare ⁊ frigiditas subintrat ⁊ facit ina/
nitionē in orificio stomaci. ⁊ tūc appetit ⁊ curat̄ cuz vno
bolo. ⁊ iō dicūt ꝙ calcauerūt vnā herbā que hz istā pro/
prietatē: qd̄ tn̄ falsum est. ⁊ de isto nō determinat hic ras
cū de facili curet̄. Sed fames sincopalis ad quaz seqtur
sincop̄. cā est: qꝛ sensibilitas orificij stomaci ⁊ in corpori/
¶ Emplastrum ad duritiem ⁊ ventositatem que est sub splene. ℞.foliorũz ruthe.ʒ.i. baurach mentastri sicci amboruz.añ.ʒ.iii. armoniaci.ʒ.vij.armoniacum in vino veteri dissoluatur ex quo cetera conficiantur: ⁊ fiat ex eis emplastrum qd loco superponatur.

¶ Ponit empl'z ɔueniẽs duritiei splenis.⁊ dicit.empl'm ad duritiẽ ⁊ vẽtositatẽ splenis faciẽs sic. ℞.folio℞ rute ʒ.x.baurach mẽtastri sicci.añ.ʒ.iij.armõiaci.ʒ.vij.armoniacũ in vino veteri dissoluat ex quo cetera ɔficiant:⁊ fiat ex eis empl'z:qd loco supponat.cã est:q2 cũ h q ẽ calidũ est mollificatiuũ:⁊ p illud itelligit sibi silia empl'a ⁊ vnguẽta.Primũ ergo põt esse empl'm de sale armõiaco ĩfuso in aceto:⁊ q extẽdat supra alutã:⁊ ponat supra splenẽ:⁊ rõne aceti sua v'tus penetrat ad iteriora. Ul'sic ℞.emplastri ceronei q̃rt.i.⁊.s.malaxet cũ succo sqlle ⁊ extẽdat supra alutaz.Uel sic. ℞.armoniaci bdelij picis naualis.añ.q̃rt.s.corticis capparis se. sinapis sulphuris scordeon.i.allij agrestis stercoris vaccini ⁊ ouini exicca to℞.añ.ʒ.i.⁊.s.mucillagis se.psilij.pulueriʒãda puluerizent subtil'r.gũma in aceto fortissimo dissoluatur:misce oĩa malaxãdo cũ oleo laurino:⁊ fiat empl'z. Uel sic bulliatur rutha in aceto forti ⁊ pãnus de fustaneo in eo ĩfusus ⁊ bñ ɔpressus ponat calidũ supra splenez.vel ɔpetit tale vnguẽtũ in quo nũq3 defeci ĩ molliẽdo duritiẽ splenis. ℞.malue bismalue rad.lilij cepe squille.se.lini.se.fenugreci caricarũ pinguiũ vua℞ passarũ bñ pinguiũ.añ. ℥.s.ɔquassent fortiter ⁊ ĩfundant in aceto forti p noctẽ ⁊ post bulliãt in aq̃:⁊ ite℞ ɔquassent.Deide. ℞.vnguẽti dyaltee.℥.iij.assungie anatis medulle vituli butyri sine sale.añ.℥.i.olei amigdala℞ dul.ʒ.iiij.cere modicũ ⁊ valz multũ.Jtẽ lauet splen cũ vrina ppria ⁊ da sibi bibere. ℥.s.⁊ mirabilia videbis. ¶ Nota empl'z qd multũ valz in ĩflatiõe splenis de quo se iuuãt. ℞. oppoponacis lib. s.vel q̃rt.i.⁊.s.dissoluant in aceto ⁊ succo apij.añ.qd sufficit:⁊ extẽdat:⁊ fiat empl'z ad quantitatẽ splenis.

¶ De yliaca ⁊ colica passiõe. Cap. LXXIIII.

Circa rubricam. Nota q sex sunt intestina.s.tria subtilia ⁊ tria grossa.Primum itestinũ duodenuz dicitur: quia est ad quãtitatẽ duodeciz digito℞ s'm latitudinẽ: ⁊ ɔtinuat imediate fundo stõaci cui⁹ orificiuz portanari⁹ dr.Scdz intestinũ vocat ieiunũ:q2 cõiter sugitur ab eo hũiditas p venas meseraycas ab epate: ⁊ nõ est itestinũ in quo tot reuolutiões fiũt sicut in illo: vt pz in anothomia.Tertiũ itestinũ vocat subtile.al's.gracile ĩuolutũ:q2 in eo sunt multe reuolutões: vt feces stẽt ibidẽ:⁊ si fit ibi aliqd benignũ nõ põt attrahere p illas venas ab epate.Alia sunt tria itestina grossa: ⁊ sũt imediate sub istis subtilib⁹.Primũ imediate sub istis est vnuz itestinũ qd vocat orb⁹: ⁊ alio noĩe saccus. ⁊ nõ habz nisi vnũ foramẽ:⁊ pp hoc vocat orb⁹.Scdz itestinũ grossuz vocat colon:q2 in eo fit pncipal'r colica passio:in quo recludunt ⁊ retinent multe vẽtositates.Ultimũ itestinũ grossuz vocat lõgaon seu rectũ:qd ɔtinuat orificio ani. ⁊ in pmis trib⁹ itestinis supiorib⁹.s.in gracilib⁹ fit passio que dr yliaca:⁊ in trib⁹ iferioribus grossis fit passio q̃ dr colica.⁊ pncipal'r in isto intestino:qd dr colon. ¶ Scdo nota q colica passio ⁊ yliaca ɔueniũt ⁊ differũt.ɔueniũt in causis:q2 easdẽ hñt causas:⁊ pp hoc Ras. determiat de his sil' in vno cap.⁊ cãe ista℞ passionũ pncipal'r sunt v.⁊ trãsibo cãs pmitiuas.Una cã põt eẽ colerica mã cũ apate vel sine.cui⁹ signũ est dolor itestino℞ itẽsissimus pũgitiu⁹ siccus:⁊ si est cũ apate ⁊ cũ fe.⁊ iuuat a frigidis ⁊ ledit a calidis:⁊ sic de alijs signis colere q̃ dicta sunt: vt sit iuuenis coleric⁹ ⁊ estas.⁊ vtat regie multiplicante co.Scda cã est mã f'latica exñs in itestinis:spãl'r flegma vitreũ:qd est magis frigidũ in quo dolore vr hoi q pforet terabello rõne frigiditatis mãe:cui⁹ signũ est rugit⁹ vẽtris ⁊ corrosio ⁊ mutatio doloris de loco ad locuz. ac puatio sitis:⁊ iuuat a calido ⁊ ledit a frigido:⁊ sic d alijs signis frigidis f'laticis.Tertia cã est vẽtositas itestino℞ que iclusa in itestinis extẽdit pãniculos itestino℞: cui⁹ signuz est rugitus vẽtris ⁊ corrosio:⁊ mutatio dolo℞ de loco ad locũ.Quarta cã est retẽtio fecũ cui⁹ signuz est q diu est q nõ assellauit.Quĩta cã sunt vermes mordicãtes ⁊ pũgẽtes:quo℞ signa dicent ĩfra.Tamẽ in duobus

differunt.primo in situ doloris: qꝛ in colica est doloꝛ in intestinis grossis sub vmbilico:sed in yliaca passione est doloꝛ in itestinis superioꝛibus.s.supra vmbilicum.Secundo differũt in modo curãdi: qꝛ in passione iliaca nõ ꝓficiũt clisteria ⁊ suppositoꝛia ex eo ꝙ nõ possunt attingere partes superioꝛes quãtuȝ est de per se:sed in colica magis conueniunt illa que per inferius ministrantur.s. clisteria vel suppositoꝛia.

SI cum doloꝛe vẽtris fuerit ipsius cõstrictio ⁊ nausea:sed nec caloꝛ nec fe. affuerint ea egro danda sunt que vẽtreȝ sine vomendi desiderio soluant: vt est electuariũ de gallia:qđ. ℞.masticis gariof.zinziberis melanopiperis macropiperis cinamomi nucis mus.gallie musca.omnium:
i ꝯro sca. ʒ.iij. añ.ʒ.x.scamonee.ʒ.x. postea exprimantur citonia acetosa ⁊ recentia ⁊ succus eoꝛuȝ cum eiusdem quantitatis melle misceatur ⁊ coquatur vsqȝ ad spissitudinem paulatim ⁊ conficiatur ex eo medicamen: quod tamen eiusdem quantitatis sit cuius species sunt.cuius dosis sit a.ʒ.ii.vsqȝ ad.ii.⁊.ß.

¶ Hoc est caplm in quo ponit curã colice ⁊ yliace. ⁊ hoc qñ ꝓueniunt a materia flegmatica:⁊ primo per medicinas laxatiuas.s.qñ est cõstipatio ventris ⁊ nausea.⁊ dic. ꝙ si cum doloꝛe ventris fuerit ipsius ꝯstipatio ⁊ nausea: sed nec est fe.etiam nec caloꝛ affuerit.ea dãda sunt egro que ventrem vomendi desiderio soluunt:vt est electuariũ de gallia. ℞.masticis gariofiloꝝ çinçiberis melanopiperis macropiperis cinamomi nucis mus.gallie oĩuȝ añ.ʒ.x.scamonee.ʒ.iij.postea cõprimantur citonia acetosa ⁊ recẽtia:⁊ succus eoꝛuȝ cũ eadeȝ quãtitate mellis misceatur ⁊ coquant̃ vsqȝ ad spissitudineȝ paulatim: ⁊ conficiant̃ cũ eis medicine que eiusdẽ sunt quãtitatis: cui⁹ species sunt.⁊ dosis eius sit a.ʒ.ij.vsqȝ ad.ʒ.ij.⁊.ß. ¶ Nota quare competit medicina laxatiua quãdo est nausea ⁊ cõstipatio vẽtris.causa est:qꝛ ex eo ꝙ est nausea signũ est ꝙ est materia multa in partibus superioꝛibus: qꝛ est passio stomaci:⁊ ideo debet euacuari per medicinã que euacuat illam materiaȝ ⁊ calefacit membrũ:⁊ loco isti⁹ reuertẽdum est ad curaȝ doloꝛis stomaci ꝓuenientis a materia flegmatica:⁊ loco istius medicie potest competere bꝛodium galli antiqui in quo sit coctum polipodiũ cartamus seminis aneti:⁊ anisi ponantur in olla ad bulliendum vsqȝ ad carnium separationem.postea potetur ⁊ valet multum secundum sapientes:confectio hec.melanopiper.idest album piper.

¶ Qꝛ si nausee vehementia non fuerit nec eger medicinas vomuerit:pillule yliace sunt dãde Que. ℞.colloquintide serapini amboꝛũ. añ. ʒ.x.scamonee.ʒ.iii. ⁊ tertiaȝ.infoꝛmentur pillule de quibus vnius aurei pondus est dãdũ: velociter eniȝ passioneȝ dissoluunt yliacaȝ.

¶ Ponit curam quãdo nõ est nausea per medicinam laxatiuã.⁊ dicit.ꝙ si nausee vehemẽtia nõ fuerit nec eger medicinã vomuerit pillule yliace dande sunt.℞.colloquintide serapini amboꝛuȝ añ.ʒ.x.scamonee.ʒ.iij.infoꝛmentur pillule:de quibus vnius aurei pondus est dandum:velociter enim yliacam passionem dissoluit.causa partis est:qꝛ iste euacuant principaliter flegma:scamonea ponitur ibi ad acuenduȝ medicinas:⁊ bene dicit: ꝙ nõ sit ibi nausea:qꝛ ibi ponuntur quedaȝ que inducunt nauseã vt colloquintida:⁊ per ista intelligit similia:que conueniunt in doloꝛe stomachi pꝛoueniente a materia flegmatica vt frequenter dedi hyerepigre Gal.tertiam partem.ʒ.vnius.

¶ Si autẽ passio yliaca difficilis fuerit nec medicamina ventris solutiua eis cõtulerint hoc suppone colliriuȝ. Quod. ℞.salis panis.ʒ.x. colloquintide iterioꝛis scamonee:amboꝝ añ. ʒ.ii.⁊.ß.fiãt ex eis colliria lõga ⁊ supponãtur.

¶ Ponit curam quando medicina laxatiua non valet.⁊ dicit.si autem passio yliaca difficilis fuerit nec medicina ventris solutiua contulerit hoc suppone collirium. ℞.salis panis.ʒ.x. colloquintide interioꝛis scamonee. añ.ʒ.ij.⁊.ß.fiant ex eis colliria longa ⁊ supponantur.causa est:quia quando est constipatus medicina non potest transire:⁊ tunc valet suppositoꝛium ad moꝛdicandum ⁊ expellendum feces:quia materialia huiusmodi habẽt hoc facere:⁊ per istud suppositoꝛiuȝ intelligit similia:vt duo suppositoꝛia cõmunia:quibus cõmuniter vtimur: ⁊ scribimus apothecarijs sic. ℞.duo suppositoꝛia acuta cum modico yerepigre Gal.ʒ.ij. ⁊ debent esse longa vt melius attingant partes superioꝛes.

¶ Et si nõ contulerint ex enemate leni clisterizetur:qđ. ℞.ficus citrinas.v.furphuris quãtum vna manu capi potest maluauisci. M.i. hec in panno ligato ⁊ sicle folia.x.in duabus lib.aque coquantur donec ad vnam redeant: deinde coletur ⁊ ponatur super eaȝ baurach pondus vnius aur.olei sisamini.℥.i. ⁊ fiat clistere ex eo. Si auteȝ quis foꝛtius ⁊ acutius facere voluerit põdus aur.vnius de collirio qđ prius diximus admisceat.

¶ Ponit curam per clistere.et dicit. et si non contulerit euacuetur clisteri leni quod. ℞.ficus citrinas.v.furphuris quãtum vna manu capi potest maluauisci. M.i.hec enim in panno ligata ⁊ sicle folia.x.in duabus lib. aque decoquantur donec ad vnam redeant. Deinde coletur ⁊ ponatur super eam baurach pondus aurei vnius olei sisamini.℥.i.fiat clistere ex eo.si quis auteȝ foꝛtius facere voluerit põdus aurei vnius de collirio quod dixim⁹ admisceat. ¶ Nota quare melius valet clistere ꝙ̃ suppositoꝛium.causa est:quia melius habet liquefacere et expellere feces:⁊ magis tendit ad superioꝛa ꝙ̃ suppositoꝛium:et loco istius valet clistere.nam cõmuniter vtimur isto clisteri ⁊ specialiter quando est magna constipatio. ℞.malue bismalue:bꝛanche vꝛsine: mercurialis. añ.M.i.caricarum pinguium.x.numero.seminis fenugreci.seminis lini.seis aneti.añ.℥.i.furphuris pugillum vnũ mellis olei sisamini. añ. quartl.ß.salis gemme.ʒ.i. cassiefistu.bene pinguis.℥.i.hyerepigre Gal.ʒ.vi.fiat clistere ad quart.v.Uel si esset magna constipatio: ⁊ si sit materia ventosa. ℞.paritarie abrotani centauree minoꝛis calamenti oꝛigani mercurialis.añ. M.i. anisi cimini cartami mundati.añ.℥.i.polipodij quercini turbith bene gummosi serapini.añ.℥.ß. pulpe colloquintide.ʒ.ij.furphuris pugillum vnum mellis olei ruthe.añ. quartl.ß.salis gẽme ȝ succi sicle.℥.i. fiat clistere vsqȝ ad quartl.v.Uel sic si esset magna constipatio:⁊ si sit mate-

ria ventosa. ℞. paritarie abrotani centauree minoris calamenti origani mercurialis. añ. ℳ. i. anisi cimini granorũ lauri cartami mund. semis aneti seminis lini. añ. ℥. i. furfuris pugillũ vnũ mellis olei ruthe. añ. quartl. ß. salis cõmunis. ʒ. ij. yerepigre Gal. ℥. i. fiat clystere vsq; ad quartaria quinq;.

¶ Clystere vehemẽter soluens quo tunc vtendũ est cũ medicamina nõ cõferunt nec venter soluitur. ℞. colloquintide iterioris. ʒ. x. cẽtauree. ʒ. v. bucho2marie arthanite amboꝝ. añ. ʒ. ij. omnia in trib⁹ lib. aq̃ donec ad tertias duas redeant: coquãtur ⁊ colent̃: deinde dissoluantur in ea alchitrã mellis amboꝝ. añ. ʒ. iij. castorei: serapini oppoponaci colliry qđ ꝓdiximus oium. añ. ʒ. ij. misceãtur oia ⁊ dũ est tepidũ fiat ex eo enema ⁊ si squibale exierint iteret̃ clystere donec exire videt̃. hoc nãq; clystere administrari debet cũ res fortissima est ⁊ pessima ⁊ in colica mala: ⁊ est illa in qua sit nausea valde vehemens ⁊ infirmus nõ egerit.

¶ Ponit clystere. ⁊ dicit: clystere vehementer forte soluens quo tunc vtendum est si non cõferunt medicamĩa nec ventrẽ soluunt. ℞. colloquintide interioris. ʒ. x. centauree. ʒ. v. bucchormariẽ arthanite amboꝝ. añ. ʒ. ij. mẽtastri origani ruthe oium. añ. ℳ. i. omnia in trib⁹ libris aque bulliant donec redeant ad duas tertias vnius lib. coquãtur ⁊ colẽtur. deinde dissolue collogntide mellis amboꝝ. añ. ʒ. iij. castorei serapini oppopõacis colliry qđ diximus oium. añ. ʒ. ij. misce omnia ⁊ dũ tepidum est fiat ex eo enema: idest clystere. ⁊ si stercus nõ exierit iteretur clystere donec exire videt̃ clystere. hoc nãq; clystere fieri debet cũ res fortissima est: ⁊ pessima ⁊ in colica mala: ⁊ est in mã in qua fuerit nausea valde vehemẽs: ⁊ iferius ⁊ superius nihil egredit̃. cã partis est: q2 ista sunt cõsumptiua mãe flegmatice: ⁊ expulsiua. idẽ intelligẽdũ est de illis clysterib⁹ dictis qñ dolor est fortis.

¶ Huic preterea egritudini quãdoq; fetida superuenit eructuatio ⁊ plerũq; sterc⁹ ꝑ os egredit̃: qđ cũ accidit sepe mortẽ pretendit.

¶ Ponit signa mortis in passione colica ⁊ yliaca. ⁊ dicit: huic ꝑterea egritudini qñq; fetida supuenit eructuatio ⁊ plerũq; stercus per os egredit̃: ⁊ cũ accidit pretẽdit sepe mortẽ. cã est: q2 illud significat debilitatẽ virtutis magnã nõ potẽtis expellere feces per regiones cõueniẽtes ⁊ morbũ esse magnũ: ⁊ vt plurimũ ꝓuenit ex opilatione in intestino existente. Item claudunt̃ meatus ⁊ nõ pñt expelli per ꝑtes iferiores: ideo est mortale.

¶ Or si cũ dolore vẽtris nõ fuerit ipsius strictura: ꝫ inflatio ⁊ rugit⁹ ⁊ tensio in vẽtre existunt. Cõfectio de baccis lauri dãda est. que. ℞. foliorũ ruthe siccorum. ʒ. x. ameos cimini nigelle cheisim origani carui alexandri. amigdal. amararũ melanopiperis macropiperis mẽtastri dauci. acori baccarũ lauri castorei oium añ. ʒ. ij. serapini. ʒ. iiij. oppoponaci. ʒ. iij. conficiãtur cũ melle eiusdẽ ponderis: cuius dosis sit vt auellana vna nabacha. multis vicib⁹ cũ ℥. j. vini calefacti: aut cum apozimate de radicibus: huic confectioni in remouenda ventositate ⁊ dissoluenda nihil equiparatur.

¶ Ponit curã yliace ⁊ colice passionis: qñ ꝓuenit a ventositate. ⁊ ꝑmo qñ nõ est vẽtris ꝯstipatio per electuariũ. ⁊ dicit: ꝙ cũ ventris dolore nõ fuerit ipsius strictura sed inflatio ⁊ rugitus nec tensio in vẽtre existit: el'arium vel ꝯfectio de baccis lauri dãda est. ℞. folioꝝ ruthe siccoꝝ ʒ. x. ameos cimini nigelle keysim origani carui se. alexãdrini amigđ. amararũ melanopiperis macropiperis mẽtastri dauci acori baccarũ lauri tostoꝝ oiũ. añ. ʒ. v. serapini. ʒ. iiij. oppoponacis. ʒ. iij. cõficiãtur cũ melle eiusdẽ ponderis: cuius dosis sit vt auellana nabacha multis vicib⁹ cũ ℥. i. vini calefacti aut cũ apozimate de radicib⁹: huic eñi ꝯpositioni in remouenda vẽtositate ⁊ dissoluẽda nihil equiparat̃. cã ꝑtl est: q2 oia que ponunt̃ ibi sunt ca. ⁊ ventositatis resolutiua ⁊ carminatiua. ⁊ per ista itelligit sibi sil'ia: ⁊ iter oia valẽt dyaciminũ vel dyanisũ et dyatrionpipeon ⁊ oia el'aria q̃ dicta sunt. ⁊ inter oia sunt mihi duo spãlia q̃bus cõiter vtor in pinguibus ⁊ pauperib⁹. ⁊ certe habeo ea per experta. ℞. castorei puluerizati. ℥. ij. ⁊ incorporentur cum ydromelle facta cũ aqua cimini: ⁊ fiant pillule ad quantitatẽ cicerũ. ⁊ dentur due de nocte: vel comestio cimini torrefacti modicũ. s. vnũ coclear de mane ⁊ tria ante cenam. ⁊ est secretũ. ⁊ plus valet ceteris in consumendo ventositates thersim celidonia ad quãtitatem vnius castanee detur.

¶ Hoc ꝑterea suppositoriũ subijciat̃ qđ sit ventositatis dissolutiuũ. ℞. cimini folioꝝ ruthe viridis amboꝝ. añ. ℳ. j. bucchomariẽ arthemisie amboꝝ. añ. ʒ. iij. baurach. ʒ. j. cõficiantur ex melle ⁊ supponat̃ cũ spongia vel lana: hoc. n. dissoluit vẽtositatẽ ⁊ inferi⁹ expellit.

¶ Ponit curam per suppositoriũ. ⁊ dicit: hoc ꝑmo suppositoriũ subyciat̃: qđ tamẽ sit ventris dissolutiuũ. ℞. cimini foliorum lauri. añ. ℳ. ß. bucchomariẽ arthemisie amboꝝ. añ. ʒ. ij. baurach. ʒ. i. ꝯficiãtur ex melle. ⁊ supponatur cum lana vel spongia. hoc eniꝫ ventositatẽ dissoluit: ⁊ iferius expellit. bucchomariẽ. i. radix piretri. arthemisia. i. succus sicle. cã partis est: q2 mãlia istius suppository non solum sunt mordicatiua ⁊ fortia ad expellẽdũ. imo sunt ventositatis dissolutiua.

¶ Venter quoq; assidue ex pãno calido vaporandus est. ⁊ eger in tina mittendus.

¶ Ponit curã per epithimata ⁊ balnea. ⁊ dicit: vẽter assidue ex panno calido vaporandus est: ⁊ eger in tina mittendus. Causa quare valꝫ sacculus: quia est resolutiuus ventositatum. ⁊ valet bal. quia habꝫ resoluere residuũ. ⁊ valet magis cum decoctione herbarum appropriatarum vel aperitiuarum. vel valet bal. naturale vel extra aquam maris vel artificialis vt stupham multum calidam ⁊ siccam. ⁊ per ista intelligit similia: vt sacculus ex milio ⁊ sale torrefactis: vel vesica enea: cucurbita predicta impleta decoctione herbarum vt vnius vel pluriũ. ⁊ ponitur super ventrem: vel pãnus calidus desuper positus. vel spongia infusa in predicta aqua fortiter cõpressa. ⁊ supra ventrem posita. vel valet iste sacculus. ℞. seminis lini lib. ß. cimini modicum torrefacti. ℥. i. furfuris grossi par. i. conquassentur. ⁊ fiat sacculus ad quãtitatem vnius palme latus ab vtraq; parte ⁊ bulliãt in aqua vel vino albo. ⁊ fortiter compresso ponitur supra ventrẽ ⁊ debet coqui quousq; natet pinguedo supra.

¶ Si aũt hec nõ suffecerint ventosa cũ igne po

nenda est: ⁊ locus donec rubere iceperit fricādus. Post hoc iterato fieri ꝯuenit ex oleo ruthacco ⁊ ex alijs oleis calidis ⁊ ex eis clysterizādus est eger. postꝗ̄ eis admixta fuerint castorei euforbij amborum. añ. ʒ. ß.

¶ Ponit curam per ventosam fricationē ⁊ inunctionē. ⁊ dicit: si aūt ista nō sufficiunt ventosa cuz igne ponēda est ⁊ loc⁹ fricādus donec rubere icipiat. post hoc iterato fieri cōuenit ex oleo ruthe ⁊ alijs oleis calidis ⁊ de eis clysterizandus est eger postꝗ̄ eis admixta fuerit castorei: euforbij. amboꝝ. añ. ʒ. ß. causa partl est: qꝛ ventosa hꝫ resoluere ventositatē facientē dolorē ⁊ aquositatē intestinoꝝ. Quare valꝫ fricatio temperata. cā est: qꝛ calefacit ⁊ ventositatē resoluit: ſꝫ ista fricatio cū alijs preualeret ⁊ inunctio olei ruthe: qꝛ resoluit ⁊ ꝯsumit ventositatē. silr valꝫ clystere: qꝛ euacuat pncipalr mām peccantē. Item valꝫ inunctio cū pinguedine anatis vel galline: qꝛ resoluit ⁊ humectat ⁊ habilitat folliculos itestinoꝝ ad exeūdū ne sentiat̃ dolor ⁊ dꝫ eē sine sale: qꝛ cuz sale magis resolueret ⁊ exiccaret ⁊ possunt inijci per clysteria.

¶ Hanc vero solitus pati egritudinē dum sanus est caueat ne vinū aqua mixtū bibat: nec ēt sumat vinū nisi purū ⁊ forte: nec aquā multā bibat. ⁊ abstineat ab herb ⁊ lacte ⁊ oib⁹ iflatiuis.

¶ Ponit a qbus est cauenduꝫ. ⁊ dicit: hāc vo solitus pati egritudinē: caueat cū sanus sit ne vinū aq̄ mixtuꝫ bibat nec sumat nisi vinū purū et forte nec aquā multā bibat ⁊ abstineat ab herbis ⁊ lacte ⁊ oībus inflatiuis et gnāntib⁹ vētositatē. cā est: qꝛ ista vina desiccāt stōm ⁊ nō hūt gnāre ventositatē. iō valꝫ vinū purū: qđ cōsumit mām ⁊ ventositatem. ⁊ non potet aquā: qꝛ debilitat stomacum.

¶ Nota vinum est magis nociuū nature ꝙ̄ ꝓficuum ⁊ plures egritudines fiunt a vino ꝙ̄ ab aqua.

¶ Filoniū faciens iliasim cū maxio coartat̃ dolore: ⁊ timet̃ ne sincopis supueniat: ventositatē carminat ⁊ somnū ꝓuocat. ℞. piperis ameos folioꝝ ruthe mentastri castorei baccaꝝ lauri cimini oium. añ. ʒ. j. opij mandragore iusqami oium. añ. ʒ. s. cōficiantur cū melle eiusdem quātitatis detur ex eo pondus aur. vni⁹. huic quoqꝫ electuario additur plerūqꝫ scamōee. ʒ. j. ⁊ fit tūc medicamē ventris solutiuū.

¶ Ponit qđdā qđ ꝯtingit cū dolor est fortissimus. filonium faciēs yliasim cū maximo coartatur dolore: ⁊ timet̃ ne sincopis egro supueniat ⁊ somnuꝫ ꝓuocat. ℞. piperis ameos folioꝝ ruthe mentastri castorei baccarū lauri cimini oium. añ. ʒ. i. opij mandragore seīs iusqami baccarū lauri oīuꝫ. añ. ʒ. ß. cōficiant̃ cū melle eiusdē ꝙ̄titatis: detur ex eo pondus aur̃. vni⁹. huic quoqꝫ electuario additur plerūqꝫ scamonee. ʒ. i. ⁊ fit tūc medicamē ventris solutiuū. ¶ Cōfectio veri filonij. ℞. seīs iusqami al. papaueris nigri. añ. ʒ. x. opij. ʒ. iiij. mādrag. ʒ. v. spice piretri euforbij. añ. ʒ. i. mellis dispumati in duplo. cā est: qꝛ ista opiata resoluit ⁊ consumit mām. similr valꝫ stupefactio vt remoueatur passio membri: ſꝫ nō dꝫ fieri nisi in casu desperato. si alr tunc esset error peior priori: ⁊ illud faciunt ribaldi cursores: q ponunt primo stupefacientia.

¶ Si aūt cū dolore feb. affuerit cassiafistula in succo endiuie bullito ⁊ dispumato dissoluta egro est dāda: ⁊ sirup⁹ viol. in potu est tribuēdus: ⁊ nutriendus est ex taphea cum oleo de amigđ. dul. ꝯdita: ⁊ ex leui clisteri clisterizād⁹

¶ Ponit curā colice passiōis a mā ca. ꝓueniētis. ⁊ dic: si aūt cū dolore fe. affuerit ꝯpetit cassiafi. cū succo endiuie aut scariole ⁊ dispumato dissoluta egro danda ē: ⁊ sirup⁹ viol. i potu ē tribuēdus ex spinargijs cū oleo de amigđ. dulcib⁹ cōditis. ⁊ ex leui clysteri clysterizādus est. cā est: qꝛ ista euacuāt mām peccātē. ⁊ valꝫ sirup⁹ viol. qꝛ humectat ⁊ digerit. ¶ Istud clystere valꝫ in mā ca. colica. ℞. ordei mūdi. qrtl. iij. summitatuꝫ malue bismalue herbe viol. añ. M. i. prunoꝝ da. sebesten. añ. x. nuō. se. melonū mūd. se. portulace se. cucurbite. añ. ʒ. i. furfuris puri zucari al. rub. olei viol. añ. quartl. ß. cassiefistu. munde. ʒ. i. electuarij de succo roß. ʒ. v. fiat clystere vsqꝫ ad quartl. v. ⁊ detur in hora tertia diei.

¶ Cuz aūt locus doloris in ventre apparuerit grossus ⁊ habens apa eger in principio flobotomet̃: de cassiafi. cū succo herbarū sepe danda est. Et sit cib⁹ ei⁹ cui hic dolor ex consuetudine accidere solet taphea vnctuosa cū zuccaro ⁊ oleo sisamio: ⁊ abstineat a stipticis ⁊ acetosis ⁊ a cibis grossis: ⁊ ventrē stringētibus.

¶ Ponit curā colice ꝓueniētis ab apate. ⁊ dicit: cū aūt locus doloris in vētre apparuerit gssus ⁊ apa hñs: eger in pn⁹ flobotomet̃. Deide cassiafi. cū succo herbaꝝ sepe danda ē: ⁊ sit cib⁹ ei⁹ cui h dolor ex ꝯsuetudīe accidere solet. taphea vnctuosa cū zuccaro ⁊ oleo sisamino. ⁊ abstineat a reb⁹ stipticis ⁊ acetosis: ⁊ cibis grossis ⁊ vētrē stringentib⁹. Cā qre valet cassiafi. est. qꝛ ē lenitiua: ⁊ deopilatiua itestinoꝝ. ⁊ euacuat mām peccantē. Quare nō cōueniūt stiptica. cā est: qꝛ claudunt vias. Quare nō alia: qꝛ ampliant itestina ideoqꝫ augmētāt dolorēꝫ. ⁊ iter oia mūdi ad mūdificādū valꝫ istđ clystere. ℞. lactl vacce lib. i. cassie fi. mūda. ʒ. i. si bñ pōt potare post apa valet flōmia: qꝛ oi uidit māꝫ. ⁊ ꝓhibet fluxū māe. ⁊ recordor ꝙ fuit quedā dña q̄ stabat p. ix. dies sine assellatōe. ⁊ i fine decimi diei egerebat saniē: ⁊ qdā medic⁹ dedit ei illđ clystere. ⁊ multū valet ad mollificanduꝫ. ⁊ sibi etiā dabat quolibꝫ mane de lacte vaccino. Item de mane lac potabat. ⁊ cū ampliabat itestina in breui ista domina erat curata.

¶ Qui aūt cū hoc dolore ventositatē pati solitus est: cibet̃ cū calagie ⁊ mutagenat cōditum cū semibus ⁊ abstineat ab oleribus ⁊ lacte ⁊ oībus que inflāt. Et bibat vinū forte ⁊ nō vitiatū: aut ydromel cū spēbus q̄ pro cōdito ponent̃: vt pip: quas dicemus. Hec est cōfectio eius. ℞. mellis mundi. lib. j. aq̄. lib. vj. misceātur ⁊ coquātur diu ⁊ spument̃ bñ donec fiat ad spissitudinē iulep. Cūqꝫ hoc factū fuerit in vnaquaqꝫ lib. ex eo mittant̃. ʒ. ij. pulverizati piperis in pāno ligati donec appropiquet finis decoctionis eius: ⁊ cū infrigidat̃ extrahat̃ pānus ⁊ exprimat̃ ⁊ cū necesse fuerit ꝓpinet̃.

¶ Docet preseruare a dolore vētris qui causat̃ a ventositate. ⁊ dicit qui aūt cū hoc dolore pati solitus est ventositatē cibet̃ cū calagie mutagenat conditū cuꝫ spēbus vel semibus. ⁊ abstineat ab olerib⁹ ⁊ lacte. ⁊ oib⁹ q̄ inflant ⁊ vinū forte bibat. ⁊ nō vitiatū aut ydromel cuꝫ spēbus q̄ pro cōdimēto ponent̃ vt pip ⁊ alias quas dicemus. Con

fectio ydromellis. ℞. mellis munda. lib. i. aq̃ lib. vi. misce ⁊ coquant̃. ⁊ spument̃ bñ donec fiat ad spissitudinez iulep. cũq; hoc factũ fuerit in vnaq̃q; lib. ex eo mittãtur ʒ. ij. piperis pul. in pãno ligati donec appropinquent fini decoctiõis ei⁹ ⁊ infrigidat̃ ⁊ extrahatur pãnus ei⁹. ⁊ exp̃matur ⁊ cũ necesse fuerit ꝓpinet̃. cã ptis est: q: ista sunt ca. ⁊ confortant stomacũ. ⁊ cõsumunt ventositatẽ. ⁊ per ista intelligit sil'ia vt claretũ factũ ex spẽbus.

¶ Confert ẽt cui hec passio ex q̃dã ventositate ⁊ grossa sup̃fluitate accidere solet oleũ de kerua cũ apozimate de semĩb⁹ sumptũ. Cõfectio apozimatis de seminib⁹ hec ẽ. ℞. ameos cimini cheisim carui origani nigelle oĩuz. añ. pugillum vnuz. Istis aũt admisceant̃ libr. iij. aque. ⁊ coquant̃ donec ad lib. j. ⁊ ß. redeãt. de hoc itaq; apozimate sumãtur. ʒ. ij. qbus. ʒ. iij. olei de cherua addant̃ ⁊ multis dieb⁹ bibãtur.

¶ Ponit potũ vt potus aq̃ ardẽtis vel potus tyriace cuz modico aq̃ ardẽtis vel cũ vino dissoluta. ⁊ dicit: et iã cõfert cui hec passio ex quadã ventositate ⁊ grossa sup̃fluitate solet accidere oleũ de kerua cũ apozimate de semi. sumptũ. Confectio aũt apozimatis est. ℞. ameos cimini keysim carui origani nigelle oĩum. añ. ptl. i. aq̃ lib. iij. misce decoquãtur donec redeãt ad lib. i. ⁊ ß. de hoc aũt apozimate sumant̃. ʒ. ij. qbus. ʒ. iij. olei de kerua addantur. ⁊ multis dieb⁹ bibant̃ alkerua. i. palma christi.

¶ Sed si cui dolor iste cũ calore superuenerit prune. xx. ⁊ ficus citrine q̃nq; ⁊ vuaꝝ enucleatarũ. ʒ. v. sumant̃ ⁊ coquant̃ ⁊ colent̃. deinde cassiafi. in eo dissoluta colet̃ cui oleuz amigd. admisceat̃ ⁊ sumat̃ ex eo apozimate qđ in ca. de reumatismo diximus in potu tribuat̃. Uenter vero si multũ fuerit strictus predicto apozimati addant̃ polypodij ⁊ turbith amboruz añ. ʒ. ij. ⁊ coquantur cũ eo ⁊ detur donec venter soluatur. cum autem solutus fuerit remoueatur polipolipodium ⁊ turbith.

¶ Regredit̃ ad ponẽdũ curã istarũ passionũ. ⁊ hoc p̃mo per medicinas laxatiuas. ⁊ dicit: sȝ si cui dolor iste cũ calore sup̃uenerit prune. xx. ⁊ ficus citrine. v. ⁊ vuarũ enucleatarũ. ʒ. v. sumãtur coquãtur ⁊ colent̃. Deinde cassiafi. cũ ea dissoluta coletur cui oleũ amigđ. misceat̃ ⁊ sumatur ex eo apozimate: qđ in c°. de reumatismo diximus in potu tribuat̃. vẽter v̊o si multuz strictus fuerit predicto apozimati addãtur polipodij turbith amboꝝ. añ. ʒ. ij. coquãtur cuz eo ⁊ dent̃ donec vẽter soluat̃. cũ aũt solutus fuerit remoueat̃ polipodiũ ⁊ turbith. causa partis est: q: oĩa ista sunt laxatiua ⁊ recurres: vbi supra posite sunt recepte medicinarum laxatiuarum.

¶ Cõfectio electuarij qđ ventrẽ soluẽs destruit ventositatẽ ⁊ grauedinẽ. ℞. turbith albi fricati ⁊ puluerizati. ʒ. xx. zuccari. ʒ. xxx. zinz. ʒ. x. huius pulueris. ʒ. iij. ad bibendũ tribuãtur.

¶ Ponit aliaz medicinã. ⁊ dicit: electuariũ quidẽ vẽtris solutiuũ ⁊ grauedinis. ℞. turbith p̃dicti. ʒ. xx. ꝫꝫ. ʒ. x. zuccari. ʒ. xxx. cuius pul. dentur. ʒ. iij. ad bibenduȝ. cã est. q: ille pul. euacuat flegma subtile: sȝ admixtũ cũ. ꝫꝫ. ⁊ alijs euacuat grossuȝ: vt dicit iohannes hebemesue. vel loco istius valet dyaturbith.

¶ Pillule de qbus cũ quis ventrẽ soluere voluerit vnã sumere dȝ q̃ ⁊ appetitũ excitant ⁊ inflationez resoluunt grauedinẽ ⁊ cibũ digerũt. ℞. masticis. ꝫꝫ. ciamomi gar̃. doronici ⁊ melanopiperis macropiperis scamonee zuccari violaruz omniuz. añ. ʒ. j. fiant ex eis pillule ad magnitudinem ciceris ⁊ sumatur vna. mouebit eniȝ semel aut bis.

¶ Hic ostendit aliã medicinã laxatiuã. ⁊ dicit: pillule de qbus cũ aliquis ventrẽ soluere voluerit vnã accipe dȝ: que ⁊ appetitũ excitãt. ⁊ inflationẽ reprimũt ⁊ grauedinem ⁊ cibũ digerunt. ℞. masticis. ꝫꝫ. cinamomi gariofi. doronici ⁊ melanopiperis macropiperis scamonee viol̃. zuccari oĩum. añ. ʒ. i. fiant pill'e ad q̃titatẽ ciceꝝ. ⁊ sumatur vna ⁊ mouebit semel ac bis. cã ptl est: q: oĩa sunt ca. iõ valẽt. ¶ Nota q̃re valent in resoluẽdo vẽtositatẽ in yliaca passione ⁊ colica. ℞. ꝫꝫ. al. ʒ. ß. anisi. ʒ. ij. coriandri p̃parati. q̃rtl. ß. macis i alijs masticis galãge cubebe domestice nucis musca. subtil'r pul. añ. ʒ. i gariofiloꝝ i tres ptes diuisoꝝ. xxx. nũero. ligri. rase. ʒ. v. panis zuccari albi. ʒ. i. fiat drageta grossa illud cõfortat stomacuz ⁊ cerebrũ. ¶ Sȝ nota q coriãdrũ ꝯditũ nõ dȝ poni nisi sit diues. tñ sumit coriandrũ p̃paratũ: qđ tñ valet.

¶ De fluxu ventris. Cap. LXXV.

Circa rubricam. Nota q fluxus vẽtris ẽ triplex. quidã vocat̃ lyenteria. alius dyaria. 3⁹ dissinteria. ¶ Lyẽteria est expulsio cibi in ea q̃titate q̃ itrauit salti in eo nõ fcã magna digõne fm Hal. 4°. affo. ⁊ cã isti⁹ est duplex. Una ẽ hũor flegmatic⁹ viscosus adherẽs sup̃ficiei stõaci iterioris qui est ita lubric⁹: rõne cui⁹ debilitat̃ vtus retẽtiua stõaci. ⁊ ꝑpter h cib⁹ nõ põt adherere. iõq; cib⁹ descẽdit crudus. Scđa cã est. co. mordicatiua ⁊ pũgitiua causans nocumẽtuz in stomaco. rõne cui⁹ vtus sensibilis sentiens nocumentũ in corpore icitat vtutẽ stõaci ad expellendũ cibũ indigestũ. Tertia cã est vlceratio stõaci: q: qñ ab itra est vlcus cib⁹ ab ex̃ sup̃ueniẽs iducit mordicationẽ in vlcere. rõe cui⁹ vtus sentiẽs nocumẽtuȝ icitat virtutẽ expulsiuã ad expellẽdũ. istud pȝ in exteriorib⁹ vlcerib⁹ si ibi aliquid cadat. ¶ Alter est q vocat̃ dyaria: ⁊ est fluxus hũoralis: vt co. ⁊ mel'ia. ⁊ talis fluxus ꝑuenire põt a quinq; locis. Uno mõ a cerebro p viã reumatis ad stõm ⁊ itestina cuius signũ ẽ qñ venit post somnũ. ⁊ est maior de nocte ratione clausiõis nãlis caloris humores magis fluunt ad itra. ⁊ isto mõ loq̃tur hic: ⁊ cura ei⁹ est cura catarri: ⁊ vidisti ibi ꝑuocãtia reuma. Scđo mõ ꝑuenit a stõ ⁊ itestinis cui⁹ est g̃uitas stõi ⁊ intestinoꝝ. ⁊ est maior de die: q: fit maior ꝯmixtio in hũorib⁹ de die q̃ȝ de nocte. Tertio mõ ꝑuenit a splene: cui⁹ signũ est g̃uitas splenis ⁊ fluxus ei⁹ est mel'icus. ⁊ de isto nõ loq̃tur hic: q: euacuare fluxum ei⁹ est euacuare mel'iaȝ a splene: ⁊ ipm mortificare: vt dictũ ẽ in ca. de splene. 4°. mõ ab epe ⁊ ẽ duplex. Quidã ẽ ꝑueniẽs ab opil'one epis. ⁊ venaꝝ mesaycaꝝ. signũ isti⁹ ẽ: q: talis flux⁹ chilosus ẽ ad moduȝ aq̃ ordei. ⁊ chilus a stomaco nõ potest trãsire ad epar. ideo transmittitur ad intestina. Secũdus modus est qui prouenit a debilitate magna epatis. siue causatur a caliditate siue frigiditate. ratione cuius non potest cõtinere humores. ⁊ cõuertere rõne male qualitatis vel multitudinis cuius signuȝ est: q: vel fluxus est calidus ⁊ similis loture aque carnis: q: epar perfecte non potest segregare sanguinem ab humoribus. ⁊ aliquãdo iste fluxus est virulẽtus ⁊ saniosus p

pter saniem vel putrefactionē in concauitate venarū ge
nerata. Quinto modo potest prouenire a toto corpore. ꝛ
hoc fit tribus modis. Uno modo per viā mundificatio
nis: vt in bona crisi: cuius signuz est alleuiatio īfirmi: vl'
per viam sinthomatl. vt in mala crisi: cuius signū est ag/
grauatio. Secūdo modo pōt ꝓuenire a toto corpore ex
debilitate virtutis cōtentiue membroꝝ: vt in ptisicis ꝛ
ethicis: cuius signū est: qꝛ quādo ꝯtingit talis fluxus ap/
paret in eo pinguedo. ꝛ talis vtplurimū est mortalis. de
isto nō loquitur hic. Alius est qui ꝓuenit a toto corpore
rōne opilationis poroꝝ exterioꝝ. vnde quādo pori sunt
opilati superfluitates exire non possunt. ꝛ tunc redeunt
per vias ad interiora. s. ad epar. ꝛ postea ad ītestina. ꝛ tūc
causatur talis fluxus. Rasis aūt de tali fluxu nō loqtur
hic: qꝛ curatur per aperitiua. sicut per balneū vel vinuz
calidūz ꝛ silia. ꝛ notabiliter dixit de fluxu pestilētiali. i.
multuz violento: qꝛ vt frequenter rasis ponit ibi medi/
cinas laxatiuas siue vltimas in materys egritudini. ꝛ iō
solum ponit illud quod non est in fluxu vētris quādo est
in sui malicia: ꝛ certe est capm maxime vtilitatis.

Cum cibus in stomaco more solito
non moratur: imo citius egreditur
nō mutatus nisi paruz: ꝛ fuerit cum
hoc mordicatio ꝛ dolor in ventre ꝛ
sitis cuz quo etiam plerūq3 adest ventris flu/
xus in quo ante comestionez inuenitur puru/
lentus: detur egro rob de succo vue acerbe:
aut de succo ribes aut de succo granatoruz cū
spodij ꝛ rof. amboꝝ. añ. ℥. i.

℄ Hoc est caplm in quo ponit curā fluxus: ꝛ p̄mo lyente
rici. ꝛ dicit: cū cibi in stomaco more solito nō morantur:
imo citius egrediunt̄ nō mutati nisi parum: ꝛ fuerit cuz
hoc mordicatio ꝛ dolor in ventre ꝛ sitis: cuz quo etiā ple
rūq3 adest vomitus: fluxus a comestiōe nō digestus: de/
tur egro rob de succo ribes: aut de succo vue acerbe: aut
granatoꝝ cuz spody ꝛ rof. ambaruz. ℥. i. ℄ Nota quare
valet in lyenteria que dicta sunt. causa est: qꝛ tunc est si/
gnum ꝙ lyēteria prouenit a materia ca. mordicatiua in/
ducente nocumentū in stomaco: rōne cuius virtus sensi
tiua sentiens nocumentū incitat virtutem expulsiuaz: ꝛ
qꝛ ibi sunt frigida stiptica reprimētia malam qualitatez
co. sua stipticitate faciunt descendere co. ad intestina: qꝛ
remouent eam specialiter ad orificia stomaci: si euacuat
rōne qua illa co. inducit vlcus. cura perfecta est cuz illis
que euacuāt co. ꝛ cū medicinis dictis supra. caplo de cu/
ra doloris stomaci ꝛ cōsolidatiuis. ℄ Nota ꝙ si ex ista
co. proueniat vlcus in stomacho rōne istius co. tunc eua/
cuatiua istius co. cōueniunt. mundificatio ꝛ cōsolidatio
istius vlceris mūdificatiui: scz ydromel ꝛ sex partes aq̄
ordei. Consolidatiuum potest esse tale. ℞. dragagāti gū
mi arabici masticis thuris cacabre. añ. ℥. i. puluerizētur
subtiliter ꝛ ꝯficiant̄ cū succo absinthy: ꝛ fiāt pille ꝛ acci/
piant̄ due de istis stomaco ieiuno facta mūdificatione.

℄ Trocisci quoq3 de spodio constrictiui eidez
attribuantur.

℄ Ponit curam per trociscos de spodio confecti eidez at
tribuantur. causa est: qꝛ sunt frigidi ꝛ stiptici: ꝛ rōne frigi
ditatis debilitatur mala qualitas co. ꝛ rōne stipticitatis
cōstringit ventrem: ꝛ supponit̄ ꝙ sit subtiliata ꝛ euacua
ta: ꝛ est error cōmunis apud medicos: qui semper volūt
dare stiptica: quia nisi prius fuerit purgatus fiet maior
fluxus. prius ergo purgetur humor peccans: qꝛ non sem
per proficiunt stiptica ꝛ ad hoc attendentes dictū est in
4°. affo. quibuscunq3 aures surdescunt: nō mirꝝ si cessent
accidentia cū purgentur humores faciētes ea. ℄ Scdo
nota ꝙ de numero eoꝝ que restringunt fluxuz ventris.
quedā sunt simplicia. quedam composita. quedaz appli
cantur ab intra. quedam ab extra. Ab intra quāuis sint
multa sunt mihi tamē ista specialia. p̄mū est coagulum
leporis vel edi si detur cuz aqua plātaginis. ℥. i. ante prā
dium ꝛ cenaz. Scdm est caseus antiquus a quo tota hu/
tyrositas sit extracta ꝛ salsedo ꝛ potest remoueri cum. x.
aquis ꝛ ponit̄ in cibo: ꝛ qñq3 dat bonū saporē. Tertiū est
tyriacha recens si detur. ℥. i. cum aqua plantaginis. si nō
inueniatur recens misce cuz ea. ℈. i. opy: qꝛ ingrossat hu
mores. Quartum lentes cocte in tribus aquis ꝛ cocte in
patella cum modico aceti ꝛ pinguedine mutonis. idem
faciūt fabe excoriate cocte in aceto ꝛ torrefacte in patel
la. Quintū est se. nasturcy ꝛ intellige assatuz administra
tum cuz succo citonioꝝ. al's. sirupi citonioruz vel sirupi
mirtillorum. Sextuz est lac caprinū in quo lapides can
dentes sint extincti ꝛ specialiter si cuz eo bullierint aril
li vel sumach. naz s̄m Auerroym 5°. colliget sunt multū
iuuatiui in isto casu vel anthere. Septimū ꝛ vltimū est
caro citonioꝝ conditoꝝ cuz zuccaro sine speciebꝰ: debet
administrari ante cibum ꝛ post cibum stiptica ꝓuocant
fluxum. Simplicia que ab extra applicātur quāuis sint
multa: tamē sunt mihi tria specialia. Primū est ventosa
supra vmbilicuz posita. de qua dicit Auic. ꝙ si sit fluxus
per tres horas ꝛ si fuerit fluxus fortis ponantur sil' tres.
vna supra vmbilicū. alie due supra ambo latera. Scdm
est balneuz mirti: qꝛ confortat retentiuā multuz. ꝛ ideo
nullo modo in p̄ncipio competit. Tertiū est ablutio pe/
dum ꝛ tibiarū cuz decoctione cuiusdā herbe que dr̄ cal/
ca trepa: imo si fieret vsq3 ad coxas non minus valz: ꝛ lo
co istius valet radix salicis vel radix cardamomi. com/
posita dicentur inferius. vetule faciunt emplastrum de
istis. vnū ponunt ante: ꝛ aliud retro.

℄ Nutriatur vero ex adesia citrina ꝛ pullis cū
aceto coctis ꝛ assatis ꝛ cuz succo vue acerbe
positis. In potu vero sumat sumach cū aqua
ro. deinde nutriatur ex cibo cui admiscetur su
mach qui vocatur sumachia: totumq3 eius re
gimen ad hoc perducatur vt infrigidare pos/
sit ꝛ constringere.

℄ Ponit curā per nutrientia. ꝛ dicit: ꝛ eger nutriatur ex
adesia ꝛ pullis ēt assatis ꝛ in aceto coctis: ꝛ in succo vue
acerbe positis. in potu aūt sumat sumach cū aq̄ rof. ꝛ nu
triat̄ ex cibo cui admisceat̄ sumach: qui vocat̄ sumachia:
totūq3 eiꝰ regimē ad h̄ ꝑducat̄ vt īfridare possit ꝛ restri
gere. Cā ptl est. qꝛ ista alterāt malā q̄litatē faciētē fluxū
in ꝓposito. ꝛ faciūt descēdere ad ītestina. ꝛ per ista ītelli
gunt sibi silia vt electuaria vel lac amigd. cum aq̄ deco/
ctionis sumach q̄ mihi sunt experta. lac hz ꝓhibere ma/
lam mām. ꝛ sumach restringit. Uñ s̄m Auic. vnū gobel
luz valz ad potandū: in tm̄ ꝙ aliq ymaginant̄ ꝙ portare
in collo restringit. vel valz lac spissatū per multam deco
ctionē mixtū cū risi. ita ꝙ sit bñ spissatum: ꝛ nitrosuz re/
mouet̄. Dicit Auic. ꝙ cū risi torrefacto restrigit multū.
ꝛ qñ est fe. nō dz dari: qꝛ tunc non cōpetit lac: sed ordeuz
torrefactum cum ordeato vel cuz lacte amigd. quia tūc
non essem ausus dare carnes: ordeum datur ibi ad re/
stringendum. ꝛ valet ad feb. quandoq3 torrefactuz. quā/
doq3 administratur in ptisicis quando habent fluxum:
ordeatum. sumach a sumachia dictum. Ultimum re/

medium ab Auic.lib.p̄mo.fen.4.cap̄.7.est dare lyentericis.ʒ.ij.nasturcij torrefacti.i lacte cocti puluerizati prius administratis.

¶ Or si non fuerit cuз in eo in ventre mordicatio neqз quod egreditur pus habet admixtuз sed est viscosum ⁊ adest inflationis paucitas ⁊ ructus acidus ⁊ pauca sitis.egro sicla ⁊ sinapis ⁊ pisces saliti tribuant̄. Deinde cogat̄ ea vomere sumēdo salē ⁊ mel ⁊ anetū coctū.

¶ Ponit curā fluxus vētris lyenterici a flegmate. ⁊ hoc p̄mo anteqз euacuatio materie sit facta. ⁊ dicit: ꝙ si egro fuerit cū eo mordicatio in vētre: neqз qꝺ egreditur pus habet admixtuз:sed est viscosuз ⁊ adest inflationis paucitas: ⁊ pauca sitis ⁊ ruct⁹ acidus egro sicla ⁊ sinapis ⁊ pisces saliti tribuātur.deinde cogatur ea vomere sumēdo sal ⁊ mel ⁊ anetum coctuз.causa partis est:qꝛ est signum ꝙ venit a flegmate.ideo debз euacuari cū sinapi: ⁊ incidi cum allijs:postea debet vomere flegma vt mel sal et anetum sumendo mixtum.

¶ Que si nō suffecerint medicamen quod expellit flegma tribuat̄: quod. ℞.aloes.ʒ.j.colloquintide interioris.ʒ.iiij.salis indi.ʒ.iiij.turbith.ʒ.j.ex his fiant pillule ⁊ sufficiunt ad dosim.j. Uomitu preterea sepe vtatur. Et cibaria quibus vtitur in almuri per se intingantur ⁊ comedat sulcida que sale cōdiuntur ⁊ acrimoniā habēt que appetitū ꝓuocare ꝯsueuere.

¶ Ponit curaз quādo ista non sufficiunt. ⁊ dicit: ꝙ si ista non sufficiunt medicamē: qꝺ expellit flegma tribuatur qꝺ. ℞.aloes.ʒ.ij.colloquintide.ʒ.iiij.salis indi.ʒ.iiij.turbith.ʒ.ij.ex his fiāt pillule. ⁊ sufficit ad dosim vnam. vomitu quoqз sepe vtatur. ⁊ cibaria quibus vtitur in almuri sparso intingantur ⁊ comedat ea que salita sunt ⁊ que sale condiuntur ⁊ que acrimoniā habent que appetituз prouocare cōsueuere.causa est:qꝛ euacuant materiā peccantē facientē lubricitatē in stomaco:quare valet aloes epaticū colloquintida ⁊ turbith:quia euacuant flegma existens in orificio stomaci ⁊ in eius fundo.quare salsa: quia in ista passione est multuз prostratus appetitus:qꝛ illud flegma existens in orificio stomaci causat ibi prostrationem appetitus: ⁊ qꝛ salsa ⁊ acetosa incidunt materiam ⁊ prouocant appetituз.ideo valent: ⁊ per ista intelligit omnia euacuantia flegma dicta supra cap̄.de dolore stomaci ꝓueniente ex flegmate ad.i.s.pillulam.

¶ Si aūt cum hoc quod diximus nihil egreditur superfluum neqз quod expellitur aliquid puluerulentum vel flegmaticuз habet admixtum:egro vinum forte ⁊ puruз tribuendum est ⁊ dyaolibanum danduз. Quod. ℞.olibani.ʒ.x.piperis ameos spice cheisim anisi nigelle oiuз.aā.ʒ.ij.balaustie.ʒ.x.mellis dispumati.q.sufficit ad cōficienduз:detur ex hoc in potu qꝛ stomacum calefacit ⁊ vehementer desiccat. Apozima quoqз qꝺ i.c.coli.passiōis noiauim⁹ det̄ ⁊ assuescat i potu sumere vinū purū.

¶ Ponit curā quādo materia est euacuata. ⁊ dicit: si aūt cuз hoc qꝺ diximus nihil egredit̄ qꝺ sit superfluuз neqз qꝺ expellitur aliquid puluerulentū vł flegmaticū habз admixtum egro vinum purū etiā forte tribuenduз est ⁊ dyaolibanum dandum:qꝺ sic fit. ℞.olibani.ʒ.x.piperis ameos spice keysiз anisi nigelle omniū.aā.ʒ.ij.balaustie ʒ.x.mellis dispumati qꝺ sufficit ad ꝯficiendū. detur ex hoc in potu:quia stomacuз calefacit ⁊ vehemēter desiccat.apozima quoqз de seminib⁹ qꝺ in capł̄o de colica nominauimus detur: ⁊ assuescat sumere in potu vinum purum.causa est:quia confortat stomacum qui erat infrigidatus a flegmate: ⁊ ad hoc cōfortat virtutem retentiuā. quare troci.causa est:quia sunt calidi ⁊ stiptici.ideo confortant stomacū.quare valēt allia: eadem ratione ⁊ per istos trociscos ītelligit electuaria dicta in capł̄o de cura doloris stomaci vt dyamenta dyagalanga dyacitoniten cum speciebus valet in isto casu:qꝛ ca.est ⁊ stomaci confortatiuū: ⁊ loco hui⁹ valēt tria dicta supius vel tria ḡna olibani vel.iij.ḡna masticł. ⁊ h̄ in ītroitu lecti de nocte.

¶ Si vero cibus non egredietur: sed res subtilis alba ⁊ aquosa cum qua sunt ea que epatis significāt debilitatem:egro tribuatur id quod fit de scoria ⁊ de olibano. ⁊ electuarium dyacalamentū ⁊ trocisci calefacientes epar quos nominauimus ⁊ electuarium dyacalamentū: quod. ℞.foliorum ruthe foliorum calamenti siccorum ameos carui cheisim.ʒʒ.cinamomi macropiperis omniū partes eq̄les conficiantur cum melle cocto: ⁊ dentur alia medicamina que nominauimus in ca.epatis de his que ipsuз calefaciunt ⁊ confortant.

¶ Ponit curam fluxus humoralis ꝓuenientis ab epate. ⁊ dicit:si vero cibus nō egreditur:sed res subtilis alba ⁊ aquosa cū qua sūt que epatis significāt debilitatē: egro illud qꝺ fit de scoria ⁊ de olibano ⁊ trocisci calefaciētes epar quos nominauimus ⁊ electuariuз dyacalamentuз ꝙ sic fit. ℞.foliorum ruthe foliorum calamenti siccorum ameos mentastri cheisim zinzib.cinamomi macropiperis omnium partes equales.cōfice cū melle cocto: ⁊ dentur alie medicine quas nominauimus i capitulo epatis ex his que ipsum calefaciunt ⁊ cōfortant. ¶ Nota ꝙ lз posset esse multiplex causa fluxus prouenientis ab epate.hic soluз innuit causaз illius ꝓuenientis ab opilatione:per hoc ꝙ ponit calamentuз ⁊ alia aperitiua electuaria:in quo fluxu non conueniunt stiptica:qꝛ nō causarēt. ⁊ in hoc certe est magnus error:qꝛ medici nunqз dant nisi stiptica: ⁊ illa opilant; ⁊ sic inducūt maxime fluxū:sed magis cōueniunt aperitiua:vt aqua cicerum rubeorū. ⁊ petro. ⁊ similia ⁊ potus brodij ⁊ vinū debile: cōueniunt etiā ꝓuocantia vrinam:qꝛ aperiunt vias. Similiter ponit curam fluxus ventris causati ex debilitate v̄tutis cōtentiue:qꝛ ibi ponitur dyacalamentū ⁊ dyagalāga: ⁊ oppositū faciunt oēs.ideo quādo a co.ꝓuenit conueniunt vue acerbe: ⁊ alia electuaria frigida:vt triasanda. ⁊ dyarodon abbatis dyareubarbaꝝ ⁊ alia electuaria frigida.

¶ Scđo nota ꝙ illa cōstringunt ventrē.quedā sumuntur ab ītus.q̄daз sumūtur ab extra.medicine q̄ ab extra applicant̄ dicētur īferius vbi ponit curā per epithimata. Sз medicine ꝯposite q̄ ab intra applicant̄ restringētes fluxū ventris sunt tres.quedā ꝑ modū cibi. q̄dā per modū electuarij.q̄dā sunt cał̄a.q̄dā sunt frida.frida pn̄t eē ista. ℞.pul.puluerizati triasādali dyacodion.aā.ʒ.ij.coralli rubei coriandri preparati.aā.ʒ.ß.citoniorum se.acetose arilloruз.aā.℈.i.interioris cinamomi olibani.

añ.v.grana.cõserue roſ.rub.facte ⁊ roſ.ſiccis triaſand.
añ.quartl.i.dyacodion dyacitoniten ſine ſpeciebus con/
ditis cuȝ pane zuccari.añ.quartl.ß.⁊ ſi eſt delicatus ad/
dantur pãni aurei.xx.electuaria calida quibus raro vti/
mur ſunt tria tñ dyaolibanum dyagalãga dyacinamo/
mum. Jlla que adminiſtrantur in modũ potus ſunt tria
inter alia. Unũ eſt ſirupus miniſtratus cũ aq̃ pluuiali ⁊
aqua plantaginis.⁊ eſt bonũ remediuȝ certe. Scõm eſt
℞.aque plantaginis lib.ß.aque endiuie aque roſ.facte
de ſtipitib⁹.añ.q̃rtl.i.panis zuccari al.q̃rtl.ij.fiat iulep
vſq; ad lib.i. Tertium eſt. ℞.aque plãtaginis q̃rtl.ß.cũ
ʒ.i.pul.ſe.roſ.vel anthere qđ ideȝ eſt:qđ paupibus valet
q̃r dicit Auic.ꝙ bene valȝ ⁊ eſt bonũ ſe.anthere: paupe/
ribus facio potare aquã roſ.puram.⁊ confortat eos ⁊ in/
frigidat quãdo eſt cum fe.valet:⁊ ſi eſt de ſtipitibus pre/
ualet. ¶ Nota ꝙ mel crudũ laxat.⁊ coctũ reſtringit.

¶ Si autem cum predicta egritudine non fue/
rit ſignificatio debilitatis epatis: immo quod
egreditur ſubtile eſt ⁊ albuȝ ⁊ fuerit in ſtoma/
co grauitas: puluis de maliſgranatis ad tranſ/
glutienduȝ dandus eſt: cuius confectio. ℞.oſ/
ſium granatoruȝ acetoſorũ ⁊ tritorũ vt alco/
hol.ʒ.c.carui ſe.coriandri aceto acerrimo in/
fuſorum: ⁊ poſtea aſſatorum.añ.ʒ.xx.xiloca/
racte ſumach balauſtie omniũ.añ.ʒ.x.pulueri/
zentur optime ⁊ miſce ⁊ detˀ ad trãſglutiẽdũ.

¶ Ponit curam fluxus ventris flegmatici prouenientis
a ſtomaco.⁊ hoc primo per pul.⁊ dicit:ſi autem cum pre/
dicta egritudine nõ ſunt ſigna debilitatis epatis: immo
qđ egreditur cum fluxu eſt ſubtile ⁊ albũ.⁊ fuerit in ſto/
maco grauitas pul.de granatis dandus eſt ad tranſglu/
tiendum qui talis eſt. ℞.oſſium granatorum acetoſoꝝ
⁊ tritorũ vt alcohol.ʒ.c.carui ſe.coriandri aceto acerri/
mo infuſorum.⁊ poſtea aſſatorum.añ.ʒ.ij.xilocaracte ſu/
mach balauſtie omniũ.añ.ʒ.x.pul.optime ⁊ commiſce.den/
tur ex eis ad tranſglutiẽdum. ¶ Nota ꝙ iſte fluxus eſt
flegmaticus perˀ hoc ꝙ ſentitur grauitas.⁊ ſignuȝ eſt ꝙ
magis venit de nocte q̃ȝ de die:q̃r omnis flux⁹ proueni/
ens a cerebro propter aſcenſum vaporuȝ ad ipſuȝ eſt de
mane vel de die magis q̃ȝ de nocte. vñ iſte pul. veniens
ad ſtomacum cõfortat virtutem retentiuam.⁊ datur in
calida:quia materia eſt frigida ⁊ aquoſa. ¶ Scđo nota
ꝙ ſi iſta materia flegmatica aquoſa ſit multa:tũc oȝ eua/
cuari:q̃r quãto plus damus ſtiptica:tãto plus augmẽta/
mus fluxum ⁊ ad euacuandum ⁊ cõſtringendũ poſt eua/
cuationem:vt faciunt mirabolani.⁊ tũc poteſt eſſe talis
medicina. ℞.corticis mirabolanoruȝ kebuloruȝ modi/
cum combuſtorum ſupra tegulam calidam.ʒ.ij.cacabre
boli armenici.añ.ʒ.ß.dragagãti gummi arabici torrefa/
ctorũ.añ.℈.i.fiat pul.⁊ incorporetur cum ſirupo mirtil/
lorum vel aqua pluuiali.deinde fiat maſſa que diſtem/
peretur cum ſirupo mirtino limphato cum aqua pluuia/
li:⁊ aliquãdo miniſtretur quãdo eſt fluxus ſanguinis cũ
aqua plantaginis.⁊ ſi cũ flegmate mixto ponatur equis
partibus de mirabolanis kebulis de reub.ſ.ʒ.ij.

¶ Electuariũ quoq; quod dicitˀ chanzi detur:
quod. ℞.arillorum paſſarum tritorũ vt alco/
hol lib.j.mirtilloruȝ ſiccoruȝ pulueriȝatorum
vt alcohol lib.ß.xilocaracte nabati balauſtie
ſe.tamariſci ameos omniũ.añ.ʒ.x. conficiantˀ
cum melle de canna aut cuȝ melle apum opti/
me diſpumato ⁊ electuariuȝ ſumatur.

¶ Ponit curam cuȝ electuario.⁊ dicit:electuariũ quoq;
qđ detur ſic fit. ℞.arillorum paſſarum tritoruȝ vt alco/
hol lib.i.mirabolanorum ſiccoꝝ pul.vt alcohol lib.ß.xi/
locaracte nabati balauſtie ſe.thamariſci ameos omni/
um.añ.ʒ.x.cõficiãtur cũ melle de cãna aut cũ melle apũ
optime diſpumato.cauſa eſt:q̃r hȝ virtutẽ cõſtringendi
cuȝ ſit multe ſtipticitatis ⁊ ſiccitatis.⁊ hoc ĩtellige ſi ma/
teria ſit multa . al.melãcolica.⁊ pro maiori pte euacua/
ta.⁊ hoc intelligit ſimplˀr de cãna mellis ⁊ zuccari.

¶ Si auteȝ quod egreditur citrinum fuerit ⁊
anum mordicat eger quoq; ſitim patitur ⁊ fe/
bre: trociſci cõſtrictiui de ſpodio ⁊ aq̃ ſauich
⁊ ordei dentur. Trociſci conſtrictiui de ſpo/
dio. ℞.roſaꝝ ru.⁊ ſpodij.añ.ʒ.x.ſe.acetoſe ſu/
mach balauſtie gũmi arabici omniuȝ.añ.ʒ.v.
informẽtur troci.pondere.ʒ.ij.quoꝝ vnus cũ
℥.j.rob citoniorũ ſimplicis ſumatˀ. Aqua vo
ſauich ordei ita fit.ordeuȝ fractũ in aqua ipm
cooperiẽte bulliat donec aqua inſpiſſetur: de/
inde coletur ⁊ bibantur ex eo.℥.iiij.cum.ʒ.iij.
ſpodij ⁊ gũmi arabici eadem quãtitate.

¶ Ponit curaȝ fluxus colerici ſine ſanguine inteſtinoꝝ.
⁊ dicit:ſi autem qđ egreditur citrinum fuerit ⁊ anũ mor/
dicat.eger quoq; ſitim patitur ex fe.trociſci conſtrictiui
ſunt dãdi.⁊ aq̃ ſauich ⁊ ordei detˀ. Cõfectio trociſcoꝝ de
ſpodio talis eſt. ℞.roſ.ru.⁊ ſpodij amboꝝ.añ.ʒ.x.ſe.ace/
toſe ſumach balauſtie gummi arabici omniũ.añ.ʒ.v.in/
formentur trociſci.ʒ.ij.quoruȝ vnus cuȝ.℥.i.rob citonio/
ruȝ ſimplicis ſumatur.aqua ordei quã diximus.⁊ ſit fra/
ctum ordeum ſic fit. ℞.ordei fracti in aqua ipſaȝ coope/
riente bulliatur donec aqua ĩſpiſſetur. Deinde aqua co/
letur ⁊ bibantur ex ea.℥.iiij.cũ.ʒ.iij.ſpodij ⁊ gummi ara/
bici in eadeȝ quãtitate. ¶ Nota quare valent iſti troci/
ſci:quia ſunt infrigidatiui ⁊ conſtrictiui.⁊ fluxus proue/
nit a co.⁊ trociſci alterant ⁊ diſponunt ideo valent:qua/
re valet aqua ordei illo modo madefacta: quia nõ eſt le/
nitiua:quia eſt ex ordeo fracto ⁊ multuȝ conſumitur.et
ratione eius acquiritur terreſtreitas in ordeo que ſtipti/
cat ⁊ reſtringit.ideo controuerſia eſt inter raſim ⁊ auer/
roym:qui dicit.ꝙ ordeum laxat veruȝ eſt:ordeuȝ nõ fra/
ctum:⁊ ſic non debet frangi quãdo datur cauſa ſolutio/
nis ⁊ in fe.ſed quando eſt fluxus ⁊ ſine fe.debet frangi.
¶ Nota ſecũdo ꝙ ſi materia colerica fuerit multa: tũc
euacuari debet ante trociſcos ⁊ medicinas co.euacuati/
uas miniſtrare ad fluxum facientes ⁊ cõfert in diſſinte/
ria cauſata ex eo. ℞.corticis mirabolanoruȝ citrinoruȝ
gummoſorum reubarbari electi modicum combuſtoꝝ
ſupra tegulaȝ.añ.ʒ.i.cacabre boli armenici.añ.℈.ß.dra/
gaganti gummi arabici modicum torrefactoruȝ.añ.℈.
i.fiat pul.⁊ incorporentur cũ ſirupo mirtilloꝝ ⁊ fiat maſ/
ſa ⁊ adminiſtretur:vt predictuȝ eſt in alia medicina.

¶ Qr ſi ex fluxu vẽtris euenerit excoriatio pul/
uis de bolo ar.ad tranſglutiẽdũ detˀ. Qui. ℞.
pſilij.ʒ.xx.ſeis plantaginis.ʒ.x.gũmi arabi.bo/
li ar.ãboꝝ.añ.ʒ.iij.pſiliũ aſſetˀ ⁊ gũmi ⁊ boluȝ
pulueriȝẽtur ⁊ cõmiſceantˀ ⁊ ſumantur in po/
tu ex eo in mane.ʒ.iij.cũ rob de citonijs ⁊ cir/
ca noctem tantũdem. Cibus vero eius ſit pul/
mentũ factuȝ cũ granis granatoꝝ ⁊ paſſis cũ

aqua ⁊ aceto ⁊ cib⁹ factus cū succo vue acerbe ⁊ sumach ⁊ taphea cui admiscetur succus sumach ⁊ his similia cibaria.

¶ Ponit curam fluxus ventris cuz excoriatione per nutrientia. ⁊ dicit: ꝙ si ex fluxu ventris venerit excoriatio pul. de bolo armenico ad transglutienduz detur. ℞. psilij spodij seminis plantaginis omnium. añ. ʒ. x. gummi arabici boli armenici amborum. añ. ʒ. ij. psiliuz assetur. ⁊ gummi ⁊ bolū puluerizent̄ ⁊ commisceātur in potu ex eo in mane. ʒ. ij. cū rob de citonijs: ⁊ circa noctē sit tm̄ cibus ei⁹ pulmentū factū cū granis granatoꝝ vuis passis ⁊ cibis factis cū aqua ⁊ aceto cū succo vue acerbe ⁊ sumachia ⁊ taphea cui administret̄ succ⁹ sumach: ⁊ silia cibaria. ¶ Nota p̊ ꝙ excoriatio ītestinoꝝ vel est in ītestinis supioribus vel in inferiorib⁹. qñ est in supioribus tūc est dolor supra vmbilicuz ⁊ exit sanguis ⁊ sanies: sꝫ qñ est in īferiorib⁹ est fluxus ventris cū sanguine: ⁊ est dolor sub vmbilico. Et in excoriatione q̄ fit in intestinis supiorib⁹ ꝯueniunt ista q̄ accipiunt̄ per os vt trocisci. sꝫ qñ est in intestinis īferiorib⁹ excoriatio: tunc ꝯueniunt illa q̄ accipiuntur per īferiora: qꝛ illa que accipiunt̄ per os accipiunt magnā alterationē anteq̄ꝫ veniāt ad locū inferiorē: ⁊ tūc ꝯueniunt duo clysteria: qñ est fluxus ventris cū excoriatione intestinoꝝ inferioꝝ. quoꝝ p̄mū est mūdificatiuū. 2ᵐ ꝯsolidatiuū. Clystere mūdificatiuum in fluxu vētris cū excoriatione intestinoꝝ īferioꝝ. est istud. ℞. aque ordei lib. i. mellis electi. ʒ. iij. misce qͦd sufficit p duab⁹ vicibus: ita ꝙ q̄libꝫ die lib. i. inijciat̄. q̄re plus dātur mūdificatiua q̄ꝫ ꝯsolidatiua: qꝛ vulnera nō sanantur: nisi p̄us exiccētur per Gal. 5ͦ. affoꝛismoꝝ. Cōsolidatiuū dꝫ eē tale ℞. gallaꝝ nō perforataꝝ sumach boli armenici. añ. ʒ. ß. dragagāti gūmi arabici. añ. ʒ. ij. succi plantagi. facta residentia. ʒ. ij. sepi. renū caprarū recētiū q̄rt l. ß. vitella duorū ouoꝝ cocta fiat clystere cū aq̄ pluuiali ad lib. ß. ⁊ q̄ꝫto magis retinet tanto plus restringit. In excoriatione aūt facta ex mā valꝫ istud clystere factū ex. xxx. ʒ. butyri re. ⁊. ij. ʒ. sanguis draconis ⁊ est satis expertuꝫ. ¶ Scdo nota si est fluxus sanguis sine excoriatione ītestinoꝝ: vt qꝛ vena est rupta vel h⁹ si sit supfluus tunc illa q̄ cōueniūt dicta sunt in caͦ. de cura vomitus sanguis que est cā scdi dicti. q̄re ꝯueniunt sibi ista nutriētia: cā est: qꝛ habēt virtutē ꝯsolidādi ⁊ restringēdi materiam.

¶ Trocisci quoq̄ꝫ de balaustijs qui cuz nimie conferant diarie dandi sunt cū fluxus fuerit superfluus siue habeat sanguinē admixtuz siue non. ℞. gallarū siliquarū nabati semis tamarisci olibani balaustie oīuz partes equales. opij gūmi arabi. amboꝝ. añ. partem. ß. informent̄ trocisci pondere. ʒ. ij. ex q̄bus. j. cū vino sumatur. si neq̄ꝫ calor affuerit neq̄ꝫ febris. sed si feb. affuerit cū rob de citonijs acetosis sumat̄ qui tūc dandi sūt cū vētris fluxus supfluus fuerit.

¶ Ponit curā p trociscos qui idrn̄ter valēt in oī fluxu. ⁊ dicit: trocisci de balaustijs: qui tn̄ nimie cōferunt diarie dandi sunt cū fluxus fuerit supfluus siue habeat sanguinē admixtū siue nō. ℞. gallaꝝ siliquaꝝ nabati semis tamarisci olibani balaustie oīuz ptes eq̄les opij gūmi arabici amboꝝ. añ. ptē mediā. ⁊ iforment̄ trocisci pōdere. ʒ. ij. ex q̄bus vnus cū vino sumat̄ si nec calor affuerit nec fe. Sed si fe. affuerit cū rob de citonijs acetosis sumat̄ q tunc dandi sunt cū vētris fluxus supfluus fuerit. cā partis est: qꝛ trocisci sunt multū stiptici. ⁊ per istos trociscos intelligit alios quos ponit Joh. ebēme. in suis vl'ibus.

¶ De tenasmone. Cap. LXXVI.



Onfectio de trociscis ad tenasmonē qui tunc dandi sunt cū caloris absentia fuerit ⁊ vētositas erit nociua ⁊ sonitus. ℞. seīs iusquiami al. seīs aneti. seminis feniculi omniū. añ. ʒ. v. ameos. ʒ. ij. ⁊ ß. opij. ʒ. iij. semis apij. ʒ. x. fiāt trocisci de quibus pondus. j. aurei in potu sumatur.



Irca rubricam. Nota caᵐ de tenasmone: qꝛ ī superfluo fluxu vētris ꝓuenit tenasmō. hic igit̄ ponit curā tenasmonis ꝓueniētis ex ventositate. ⁊ hoc p̊ per trociscos. ⁊ dic̄: trocisci ad tenasmonē dandi sunt cū caloris absentia ⁊ vētositas fuerit nociua. ⁊ sonitus. ℞. semīs iusqami al. semīs aneti se. feniculi omniū. añ. ʒ. v. ameos. ʒ. ij. ⁊. ß. opij. ʒ. iij. seīs apij ʒ. xi. fiant trocisci. de q̄b⁹ pōdus aurei vni⁹ in potu sumatur. ¶ Nota ꝙ tenasmon communiter diffinitur sic. tenasmon est magna voluntas egerendi cum modico aut nullo effectu. ¶ Secūdo nota que est causa tenasmōis: dico ꝙ causa eius est omne illud qͦd inducit nocumentū in capite vltimi intestini. s. longaonis ⁊ virtus sensibilis intestinorū sentiens suuz nocumentū incitat v̄tutez expulsiuam membri ad expellenduz ac si emitteret feces. ⁊ iste sunt cause in generali. Prima est mala complexio frigida existens in intestinis causata. s. ex sessione longa super lapides frigidos vel herbas frigidas vt frequēter accidit. Secunda causa est ventositas existens in capite intestini: cuius signum est rugitus ⁊ inflatio. Tertia causa est humor calidus imbibitus in ipso ītestino: cuius signuz est dolor mordicatiuus ⁊ arsura: ⁊ ꝙ patiens iuuatur a frigidis ⁊ ledit̄ a calidis. Quarta causa est humor flegmaticus viscosus infixus siue imbibitus in porositatibus intestinoꝝ: cuius signum est: qꝛ expellitur humor īclusus grossus ⁊ mucillaginosus: ⁊ patiens iuuatur a calidis ⁊ leditur a frigidis. Quinta causa est vlcus intestini ⁊ post dissinteriam. cuius signuꝫ est saniei exitus ab intestinis. Sexta causa est apostema istius intestini vel emorroyde cuius signum est ad tactum. nam circa anum percipitur tumor notabilis. ¶ Tertio nota q̄re valent isti trocisci in tenasmone. causa est: qꝛ sunt compositi ex calidis medicinis ventositates resoluentib⁹ ⁊ carminantibus. similiter ponunt̄ medicine stupefactiue: vt remoueant sensum a membro vt iusquiamuꝫ anetum anisi: ⁊ quāuis valent isti trocisci ab intus recepti: ab extra tamen valet balneuꝫ factum ex spongia infusa in vino decoctionis ruthe ysopi maratri anisi furfuris cauliuꝫ rubeoꝝ fortiter compressa ⁊ ano apposita. ⁊ ꝙ patiētes sedeant super illam. hoc facimus cōmuniter.

¶ Cōfectio electuarij de storace q̄ antiquo fluxui ventris confert ac tenasmoni: cum neq̄ꝫ febris nꝫ calor affuerit: sꝫ si aderit vētositas nociua danda erit. ℞. castorei opij assari stora. liquide myrrhe se. iusquiami nigri thuris oīuꝫ partes equales mellis qͦd sufficit ad spēruꝫ cōfectionē cuius dosis sit. ʒ. ij. vel. iij.

¶ Ponit curam per electuaria. ⁊ dicit: ꝯfectio electuarij de storace antiquo fluxui ventris cōfert ⁊ ad tenasmonem cum nec febris nec calor fuerit. sed si adest vento-

sitas nociua danda est. ℞.castorei opij assari storacis liquide myrrhe se.iusquiami nigri thuris oĩuꝫ partes eq̃les mellis qđ sufficit ad spẽruꝫ confectionẽ cuiꝰ sit dosis ʒ.ij.vsq3 ad.iij.causa est de trociscis:qꝛ ꝯponunt̃ ex stipticis ⁊ resoluẽtibꝰ ventositatẽ:qꝛ in istis est maxima sensibilitas ĩtestinoꝝ.iõ cõueniunt stupefactiua ⁊ resolutiua rõne ventositatis:⁊ paꝝ ꝓficit accipere per os:qꝛ multũ est lõgiquũ.⁊ iõ loco electuarij ordinet̃ clystere euacuatiuũ ⁊ resolutiuũ ⁊ consumptiuuꝫ:sicut dictum est in colica ⁊ yliaca.parte aque:vt.ʒ.ij.vel.i.

¶ Si aũt postq̃ꝫ tenasmon.x.transierit dies nõ visa fuerint medicamina cõferre ⁊ eger super pectinẽ sentit dolorẽ redeunduꝫ est ad clystere.qđ.℞.panici excorticati rizi excorticati lentiuꝫ excorticatarũ ros.siccarũ balaustie cupularũ glandiuꝫ omniũ.añ.M.j.oĩa in tribus libris aque coquãtur donec ad.j.⁊.ß.redeant.deinde colẽtur:deinde sumãtur ceruse cineris papiri baby.ãbo.añ.ʒ.j.boliar.ʒ.ß.vitelli oui duri assati olei ros.ʒ.ß.ex his oĩbꝰ in predicto apozimate fricãdo dissolutis clysterizet̃ eger semel aut bis.

¶ Ponit curã per clystere.⁊ dicit:si aũt postq̃ꝫ decimum diẽ pertrãsierit:⁊ visa non fuerit medicamina ꝯferre:⁊ eger suꝑ pectinẽ sentit dolorẽ redeunduꝫ est ad clystere ꝯstrictiuũ.℞.panici excorticati risi excorticati lentium excorticataꝝ ros.siccaꝝ balaustie cupulaꝝ glandiũ oĩum.añ.M.i.oĩa in tribꝰ lib.aque coquãtur donec redeant ad lib.i.⁊.ß.⁊ colentur.⁊ deinde sumãtur ceruse cineris papiri babylonici amboꝝ.añ.ʒ.i.boli armenici.ʒ.ß.vitelli oui duri assati olei ros.añ.ʒ.ß.in his oĩbus in ꝑdicto apozimate fricando dissolutꝭ clysterizet̃ eger semel aut bis.¶ Nota q̃re illud clystere valet qñ est antiquꝰ:qꝛ ex quo medicamina nõ conferũt.signũ est ꝙ ista ventositas nõ remouet̃:qꝛ per illã ventositatẽ causatur illa relaxatio in ĩtestinis.⁊ ad illaꝫ relaxationẽ dꝫ admĩstrari ꝯsolidatiuũ ⁊ resolutiuuꝫ:⁊ qꝛ illud clystere est valde stipticũ vnitiuũ partiũ intestinoꝝ.ideo est multũ vtile:supposito ꝙ talis ventositas sit remota:qꝛ si nõ esset:nõ iuuaret.in hoc sumus decepti:qꝛ administramus stiptica vt syrupũ de ros ⁊ augmẽtamus morbũ.⁊ loco istius clysteris põt administrari sacculus de stipticis vt de sumach ⁊ de ros:⁊ alijs stipticis infusis in aceto ⁊ modico vini stiptici fortiter ꝯpssus ⁊ applicatꝰ ano ceruse.s.lote.

¶ Qꝛ si tenasmon fuerit lõgi tẽporis in quo nõ egredit̃ sanguis:ꝫ rasura alba mucillagini similis.medicamẽ putredinis qđ in.c.putridarũ gingiuaruꝫ noĩauimus dandum est ex quo in apozimate eorũ que nominauimus fricato ⁊ dissoluto clystere semel aut bis fiat. Qꝛ si ex ventris fluxu in ventre vehemẽs ꝓfictio secuta fuerit clystere fiat ex oleo ros.tepido.si autẽ nullo modo mordicat clystere ex illo medicamine addatur multotiẽs donec sanetur.

¶ Ponit hic curam tenasmonis cuꝫ exitu flegmatis.⁊ dicit:ꝙ si tenasmon fuerit longi temporis:in quo nõ egreditur sanguis:sed rasura alba mucillagini siĩis.medicamen putredinis:qđ in caᵒ.de cura gingiuarũ putridaruꝫ noĩauimus dandũ est:ex quo in apozimate eoꝝ que nominauimus fricatio aut dissolutio semel aut bis fiat.⁊ si ex ventris fluxu in ventre vehemẽs mordicatio secuta fuerit:clystere fiat ex oleo ros.tepido.si aũt nullo modo mordicat clystere ex illo medicamine multotiẽs addat̃ donec sanet̃.¶ Nota ꝙ duplex est causa exitꝰ rei saniose ⁊ mucillagĩ.in tenasmone. Una est humor mucillaginosus imbibitus siue inuiscatus in porositatibus itestini. Alia est causa rasure ĩtestini ⁊ exitus piguedinis eiꝰ.⁊ frequẽter ꝯtingit post dissinteriã:imo post magnã dissinteriã ꝯtingit exitus humoꝝ vel pinguedinis.⁊ de isto loquit̃ hic rasis cui in hoc casu exit:⁊ qꝛ illud est stipticum ⁊ ꝯsolidatiuũ ĩtestinoꝝ.⁊ si humor mucillaginosus nullo mõ valꝫ:⁊ mã per se euacuata ꝯpeteret istud clystere.⁊ qñ est ex rasura ĩtestini cõpetit clystere positũ in littera:⁊ alia ꝯsolidatiua ĩtestini facta mundificatiõe intestini si esset ibi sanies.¶ Scđo nota ꝙ si tenasmon causaret̃ ex humore inuiscato in ĩtestino.Primo dꝫ fieri euacuatio flegmatis:vt dcm̃ ẽ supra.in.cᵒ.de colica ⁊ yliaca.Postea filtrum bal.vel spongia infundat̃ in vino decoctionis se.fenugreci lini furfuris cauliũ rubeoꝝ fortiter cõpressoꝝ applicẽtur ano:vel ex his fiat sacculus super quẽ patiẽs sedeat.⁊ isto casu est vltima medicina fomẽtatio tapsi barbati vel eiꝰ cathaplasmatio:ita ꝙ bulliat̃ in aq̃.⁊ postea exprimat̃ ⁊ ponat̃ supra.Si võ tenasmon causat̃ ex humore ca.purget̃ cũ clysteri dicto supra.cap.de cura colice ⁊ yliace passionis.⁊ postea ĩfundat̃ filtruꝫ balneũ in aceto ⁊ fortiter ꝯpressuꝫ applicet̃ ano ⁊ circuitus ĩtestini vngat̃ cũ oleo ros.⁊ albumine oui. In tenasmone causato ex ventositate siue a flegmate valet suffumigatio cũ pinea cõq̃ssata posita supra carbones.¶ Si causet̃ ex vlcere mundificet̃ cũ vino ⁊ melle pᵒ.⁊ postea ꝯsolidet̃ cũ vnguento facto ex oleo ros.dragagãti gũmi arabici aloe loto masticis ⁊ thuris dcã supra.Si aũt causet̃ ab apate calido in pnᵒ.tenta de bombace:vel de panno molli infuso in oleo ros.⁊ albumine oui supponatur.sꝫ in augmento ad maturandũ fiat vnguẽtũ de assungia galline mucillag.se.lini olei amigđ.⁊ si causat̃ ab apate:tũc cõuenit istud medicamẽ.℞.succi apij succi caulium aũ.ʒ.i.olei ros.olei camomille misce ⁊ tẽta in ꝑdictis infusa supponatur in augmento.addatur istis ad maturandum mucillagi.seĩs fenugreci.seminis lini.aũ.ʒ.ß.

¶ Epithima de quo vẽter cũ fluxus vehemẽs est ⁊ virtus debilitata liniendus est.℞.gallie achatie ciperi mirte gallarũ cipressi thuris aũ.ex oĩbꝰ his vino veteri.aut succo citonioꝝ cõspersis liniatur venter.huic quoq3 quandoq3 additur panis coctus de syria.

¶ Ponit curã fluxus ventris per epithimata qñ ꝓuenit a friditate.⁊ dicit:epitima de quo venter cũ fluxus vehemẽs ẽ ⁊ qñ virtus debilitata est liniẽdus est.℞.galle acatie ciperi ros.gallarum cipressi oĩum aũ.partes equales vino veteri aut succo citonioꝝ compressoruꝫ liniat̃ venter.huic quoq3 quãdoq3 addit̃ panis bis coctꝰ de syria.id ẽ de illa terra:ita ꝙ fiat emplꝫ.loco istiꝰ valꝫ istđ emplastrũ in fluxu vẽtris cãto a friditate.℞.anisi cimini nasturcij assatoꝝ masticis olibani.aũ.ʒ.iij.succi absinthij lib.ß.aq̃ ros.q̃rtꝭ.i.aceti.ʒ.i.farine nucis cipssi qđ sufficit misce oĩa pulueriȝẽt̃:⁊ fiat emplꝫ mediocriter liqđũ

¶ Si aũt cũ hac egritudine fuerit calor.epithima fieri conuenit ex duobus sandalis ⁊ ros.⁊ boloar.⁊ faufel ⁊ gallꝭ.⁊ pane biscocto cũ succo macianoꝝ aut citonioꝝ aut mirtino.

⁋ Ponit curã qñ ꝓuenit a mã calida. ⁊ dicit. si aũt cum hac egritudine fuerit caliditas epithima fieri conuenit ex duobꝰ sandaliꝫ rof. ⁊ bolo armenico ⁊ faufel ⁊ galla ⁊ pane bis cocto cũ succo citõioꝝ ⁊ macianoꝝ: ⁊ mirtino. faufel est lignũ hñs virtutez sandali: cã partis est: qꝛ oĩa ista sunt frigida ⁊ stiptica ⁊ intestinoꝝ ⁊ partiũ circũstã-tiũ cõfortatiua. ⁊ loco istius põt ꝯpetere tale quo cõiter vtoꝛ. ℞. succi plantaginis ꝑtes. iiij. aq̃ rof. de stipitibus aceti. añ. ℥. ß. berberis sumach. añ. ℥. i. mirtilloꝛũ boli ar. añ. ʒ. ij. coꝛalli ru. sãdali al. ⁊ ru. ãthere arilloꝝ: masticis añ. ℥. ij. psidie: balaustie: gallaꝝ. añ. ℥. ß. farie lẽtiũ: qd̃ suf-ficit puluerizent̃ subtil'r misce oĩa: ⁊ fiat empl'm medio-criter liq̃dũ. Uel illud qd̃ ꝯuenit in vtroq; casu. ℞. lap-dani q̃rt. i. masticis. ℥. i. olibani. ʒ. ij. sumach berberis añ. ʒ. i. ⁊ ß. mirtilloꝝ boli armenici. añ. ℥. i. coꝛalli rubei: san-dali albi ⁊ rubei: anthere arilloꝝ: rof. rub. añ. ʒ. ß. terbẽ-bentine. ʒ. i. pulueriʒãda pulueriʒent̃ subtil'r. cõquassan-da cõquassent̃ cũ pistello calido: misce oĩa malaxando cũ oleo rof. vel mirtino: fiat empl'z ad modum scuti ad quãtitatẽ medie palme ex vtraq; ꝑte. extẽdat̃ supra alu-tã archeta facta ex epate poꝛci caulibꝰ ꝑbullitis: ouis co-ctis in aceto: ⁊ postea dꝫ accipi vitellũ oui carnium cito-nioꝝ. ʒ. iij. in modico cere cuꝫ modico cinamomi ⁊ coꝛiã-dri valet in fluxu ventris.

⁋ Qꝛ si eger vehementer patiatur tenasmon ⁊ sepe vadit ad sellam: ⁊ nihil tamen egreditur collirium istud subijciatur: est enim mirabile ad sedandum tenasmonem. Colliriũ. ℞. thu-ris licij croci gũmi arabici. añ. ʒ. i. ⁊ opij. ʒ. ij. infoꝛmentur colliria ⁊ supponantur.

⁋ Põit curã tenasmõis qñ nihil expellit̃. ⁊ dic̃. ꝙ si eger frequẽter patiat̃ tenasmonẽ ⁊ sepe vadat ad sellã ⁊ nihil egrediat̃. colliriũ istud subyciat̃: est. n. mirabile ad sedã-dũ tenasmonẽ. ℞. thuris licy arabici: croci gũmi. añ. ʒ. i. opy. ʒ. ij. ĩfoꝛment̃ colliria ⁊ supponant̃. cã ꝑtis est: qꝛ ex quo nihil expellit̃ signũ est ꝙ causat̃ ex relaxatiõe inte-stini ⁊ eius nimia subtiliatione: ⁊ qꝛ illud suppositoꝛiuꝫ est stipticũ: iõ valꝫ cũ periculũ est de hoc qd̃ dicit Auic. ꝙ q̃dã habẽt tenasmonẽ cũ fluxu vẽtris ⁊ ĩposuit opiuꝫ in ĩtestinũ ⁊ moꝛtuꝰ fuit. veꝝ est qd̃ idẽ dicit Raf.

⁋ De difficultate mingẽdi. Cap. LXXVII.

Circa rubꝛicaꝫ. Nota ꝙ emissio-nis vrine est tri-plex nocumẽtũ. s. actio lesa. actio coꝛrupta. di-minuta ⁊ ablata. vocat̃. n. actio diminuta vel actio coꝛrupta: qñ vrina nõ põt expelli nisi ꝑ ĩterualla ⁊ per tẽpoꝛa ⁊ cõiter tũc dr̃ dissuria. s. qñ hõ nõ põt mingere: sꝫ bñ vult. Sed vocat̃ actio ablata quãdo nullo mõ põt expelli ⁊ vocat̃ cõiter suria. Sed coꝛrupta vocat̃ qñ vrina ĩcõuenientẽr expellit̃. s. ĩuolũtarie ⁊ gut-tatim: ⁊ dr̃ cõiter strãguria. hic loq̃t̃ Raf. de p̃mis duo-bus nocumẽtis: qꝛ in illis est retẽtio vrĩe ĩuolũtaria. De actiõe aũt coꝛrupta dicet̃ ĩfra: qꝛ restat dicere ꝺ difficul-tate vrine ⁊ eiꝰ retẽtione. vñ actio dimĩuta ⁊ ablata eas-deꝫ hñt causas: ⁊ in vtraq; est ĩuolũtaria retẽtio. ⁋ Se-cundo nõ ꝙ cã difficultatis mingẽdi est triplex. s. extri-seca ⁊ est duplex. Una est friditas magna coartãs ⁊ opi-lans meatꝰ vrine: vt vẽtus boꝛealis ⁊ alia frigida supra pectinẽ posita ⁊ vesica. Scđa cã est casus ꝑcussio ꝯquas-sans lacertos lateris ⁊ vẽtris: q̃ q̃dẽ ĩtrãt ad expulsionẽ vrine: Cã ĩtrinseca est duplex. alia est ꝯiũcta. alia est pri-uata. ꝯiũcte cãe ꝑñt eẽ. vi. in gñali. Prima est passio ĩte-stinoꝝ: sicut qñ est aq̃a in ĩtestinis siue feces opilate idu-centes opilationẽ in vesica: ⁊ coartationeꝫ: qua ꝯp̃ssa eiꝰ meatus claudunt̃. Scđa est passio renũ: ⁊ qñ apostema est in renibꝰ vel lapis claudunt̃ vie per quas trãsit vrĩa ad vesicam. Tertia est passio epatis vt in ydropisi reti-nente aquositatẽ que mittebat̃ per viã que est ĩter epar ⁊ vmbilicũ. Quarta cã est passio cerebꝛi: vt pꝫ in frenesi ⁊ litargia: qꝛ obliuiscunt̃ mingere: ⁊ tñ ista expulsio vrĩe nõ põt fieri nisi a v̓tute sensibili q̃ a duabꝰ v̓tutibꝰ depẽ-det: vt pꝫ doc. 6. de v̓tutibꝰ. cap. vltĩo. Quĩta cã est passio totiꝰ coꝛꝑis vt in feb. ardẽtissima in qua ꝯsumit̃ aquosi-tas que dꝫ ire ad vesicã: ⁊ ꝑꝑ hoc dicimꝰ qñ mingũt paꝝ ꝙ fe. hoc facit. de ista nõ loq̃t̃ hic: qꝛ ista faciliter curat̃. Alia est pꝛiuata siue ꝓpꝛia difficultas migendi. ⁊ est du-plex. Una est v̓tus expulsiua lacertoꝝ pectinis ⁊ vẽtris: vt qñ villi latitudinales sunt debiles. ⁊ ꝑꝑ hoc aliq̃ faci-liter migunt vrinã ⁊ aliq̃ nõ. Scđa est opilatio existens in vesica siue illa sit ex lapide siue ex sanie. ⁊ de ista diffi-cultate mingendi loquitur hic.

⁋ Sequit̃ iã textꝰ capl'i. 77. qd̃ hic dr̃. 78. q̃uis nõ est vt videbit̃ in ꝓcessu ꝑꝑ numerũ capi. sequẽtium.

Cum vrina minuitur ⁊ ex toto reti-netur: nec tumoꝛ appet ĩ femoꝛe: nec grauitas: nec doloꝛ in renibus sentit̃: succurrenduꝫ est ex medicaminibus vrine pꝛouocatiuis que nominauimus: quo-rum vnius confectio. ℞. seminis apij nitri ru-bee tinctoꝛuꝫ: seminis olisatri: seminis iunipe-ri assari ameos spice amigdalaruꝫ amararuꝫ: añ. ʒ. xx. seminis melonis. ʒ. x. cantaridarum: quarum capita ⁊ ale abscisa fuerint. ʒ. j. armo-niaci. ʒ. iij. armoniacum in vino dissoluatur ⁊ alie species ex eo conspergantur: ex quibus fi-ant pillule magne: ex quibus sumatur ab. i. ʒ. vsq; ad tres. hoc enim medicamen valde con-fert coꝛpoꝛi cum dissolutionem ⁊ laxationeꝫ patitur ⁊ hyposarce ad expellenda omnia ac-cidentia causa quoꝝ coꝛpus desiccari opꝫ.

⁋ Hoc est capl'ꝫ in quo determiat de passionibꝰ renũ ⁊ ve-sice. Et p̃mo de passione que dr̃ difficultas migẽdi: ꝓut ꝓuenit ex debilitate v̓tutis expulsiue. ⁊ dicit. cũ vrĩa mi-nuitur aut total'r retinet̃: nec in femoꝛe apparet tumoꝛ grauitas: vel doloꝛ in renibꝰ sentit̃. succurrendum est ex medicaminibꝰ ꝓuocatiuis vrine que noĩauimus: quoꝝ vniꝰ ꝯfectio est. ℞. seĩs apy nitri rubee tinctoꝝ se. olisa-tri. se. iuniperi: se. assari ameos seĩs feniculi spice amigđ. amararũ oĩuꝫ añ. ʒ. xx. seĩs melonũ. ʒ. x. cãtaridaꝝ: q̃ruꝫ capita ⁊ ale abscise fuerĩt. ʒ. i. armoniaci. ʒ. iiij. armonia-cuꝫ in vino dissoluat̃ ⁊ alie spẽs ex eo ꝯficiant̃: ex q̃bꝰ pil-lule magne auellane sil'es de q̃bus sumat̃ ab. i. ʒ. vsq; ad iij. ʒ. hoc. n. medicamẽ cõfert valde coꝛpoꝛi dissoluto ad laxitatẽ ⁊ yposarce: ⁊ ad expellẽduꝫ oĩa accidẽtia quoꝛũ coꝛpus desiccari oꝫ: cã est: qꝛ ex quo oĩa ista aperiũt. sigm̃ est ꝙ ista debilitas nõ ꝓuenit ex opilatione aliq̃: qꝛ mã ĩducit grauitatẽ in mẽbꝛo: sꝫ solũ ex debilitate virtutis expulsiue: ⁊ qꝛ ista iuuãt ad expellẽdũ ⁊ ꝯferũt v̓tuti ad expellẽdũ ⁊ ꝓuocãt vrinã: iõ valẽt: ⁊ sup istud el'iuꝫ du-cis bibat̃ cũ modico bꝛody ciceꝝ: ⁊ valꝫ ad frãgendũ la-pidẽ: ⁊ hoc in ieiuno stõ cũ vino albo elixato. i. de se. ma-cedonie ⁊ spicenardi aspergant̃ ⁊ ĩcoꝛpoꝛent̃.

⁋ Qꝛ si contingat mingendi difficultas ex casu

vel percussione in femore vel in ano vel in eoruȝ circuitu eger ex basilica minuatur. deinde aqua calida loco sepe superfũdatur ⁊ vsqȝ ad spatiuȝ medij diei ex oleis fricetur. Egro quoqȝ precipiatur vt vrinam expellere nitatur.

¶ Ponit curã quãdo accidit ex casu ⁊ percussiõe. ⁊ dicit. vel in femore vel in ano: aut in eoꝝ circuitu eger ex basilica minuat̃ ⁊ deĩde aqua tepida loco ꝑcusso sepe supfundat̃ ⁊ vsqȝ ad spatiũ medij diei ex oleo fricetur. egro quoqȝ ꝑcipiat̃ vt vrinã expellere nitat̃: ⁊ si aliqs diceret q̃re nõ põt curari qñ ꝓuenit ex frigiditate. dico ꝙ ꝑ alterantia sola curat̃: ideo nõ curauit ponere. Cã ptis q̃re valȝ aq̃ calida supfusa: qꝛ rõne ꝑcussionis vel casus fcã est ꝯcussio in mẽbro ⁊ patiẽs est debilitat᷒ dolore ⁊ loco denigrato rõne illi᷒ sanguis: ⁊ hoc per aquã calidã resoluitur: supposito ꝙ corp᷒ sit plenuȝ ⁊ fcã flõmia posito ꝙ luna sit in plenilunio vel nouilunio statiȝ dȝ fieri flobotomia qñ aliqs est ꝑcussus ⁊ si patiẽs est ꝯstipat᷒ primo dȝ dari clistere ne vesica ꝯp̄rimat̃. Quare valȝ iunctio: cã est: ad ꝯfortãdũ illã virtutẽ: qꝛ electuariũ est in ꝑte stipticũ. ⁊ loco illi᷒. 4. ca. de myrrha ⁊ mastice. posita supra locũ vel empl̃m de mumia dissoluta in vino: vel sacculus de absinthio abluto vl̃ bullito in vino ꝯpresso fortiter supꝑ locũ ponit̃. femore. i. iter iguina.

¶ Si autẽ mingendi difficultas contingat vesica existẽte plena ⁊ extensa. ⁊ sit hoc post sanguinis vel puris mictũ. medicamina que trũbos sanguinis vel puris quod in vesica generatur soluere ⁊ eliquare consueuerunt danda sunt. Cõfectio medicaminis sanguinis vel puris trumbos qui in vesica fiunt dissoluẽtis. ℞. cordumeni myrrhe rubee de qua tingitur. seminis iuniperi armoniaci asse fetide añ. armoniacum dissoluatur ⁊ informentur pillule ex alijs speciebus ex eo confectis de quibus quater in die sumatur cum apozimate de seminibus quod nominauimus.

¶ Ponit curã qñ ꝓuenit ex opilatiõe. ꝑmo ꝑ pillas. ⁊ dicit. si aũt mingẽdi difficultas ꝯtingat. vesica existẽte plena ⁊ extẽsa: ⁊ hoc fit post sanguinis vel saniei mictũ medicamina que ꝯsueuerunt dissoluere trũbos aut pus generatũ in vesica dãda sunt: medicamẽ võ sit tale. ℞. cordumeni rubee de qua tingit̃. se. iuniperi armoniaci asse oĩuȝ ꝑtes eq̃les armoniacũ dissoluat̃ ⁊ informent̃ pill̃e ex alijs spẽb᷒ ex eo ꝯfectis: de qb᷒ grana. iiij. in die sumãtur cũ apozimate de seminib᷒ qđ noĩauim᷒. ¶ Nota ꝙ vesica põt ĩpleri ex trib᷒. Uno mõ ex vrina qñ moratur ĩter nobiles ⁊ tũc preualet ꝙ hõ decũbet supra pectineȝ ⁊ ꝙ fricet̃ ꝙ vrina vadat superi᷒ ⁊ ꝙ vie dilatent̃: qꝛ tũc porrus aperit̃ ⁊ vrina vadit ad ĩferius. Scđo mõ ex humorib᷒. s. flegmate vel sanguine: ⁊ vtpl̃m ex hũore flegmatico ⁊ in isto casu valȝ illud remediũ: qꝛ est subtiliatiuũ ⁊ aperitiuũ vie ⁊ vrine ꝓuocatiuuȝ. Tertio mõ ex lapide ⁊ de isto in fine capituli ponit curaȝ difficultatis mingendi ex lapide.

¶ Syrupus etiam acetosus ex forti aceto factus multotiens detur.

¶ Ponit curã per sirupũ sumptũ cũ brodio cicerũ. ⁊ dic̃. ꝙ valȝ sirup᷒ acetosus cũ aq̃ melonũ ⁊ cicerum: ⁊ hoc ex forti aceto multotiẽs det̃. cã est: qꝛ est cõpositus ex trib᷒ aperitiuis ⁊ subtiliatiuis que hñt vias apire ⁊ vrinã ꝓuocare. ⁊ ꝑ istũ sirupũ intelligit alios potus ꝓuocatiuos vrine ⁊ vn᷒ põt esse ꝭȝ Auer. oximel sq̃lliticũ ministratũ cũ brodio ciceꝝ rub. vel se. melonum vel iste quo cõiter vtor. ℞. piloꝝ spicenar. ʒ. ß. cãtaridũ abscissis capitib᷒ ⁊ alis. ℈. i. fiat pul. subtilis ⁊ ministret̃ cũ decoctiõe ciceꝝ rub. ⁊ se. melonũ. vel sic. sil̃r valȝ aqua raphani distillata si potet̃: sil̃r valẽt oẽs pot᷒ q valent in fractione lapidis qui dicentur in sequenti capitulo.

¶ Per siringã preterea imittat̃ aqua in vesicã in qua dissolutus fuerit sal aut aqua cineris. Et ista est cõfectio aque que fit de cinere. ℞. cinerem de salice cinerem de vitibus cali. calcem his omnibus admisceat̃ tantũ aque vt ex ea coopiri possint: ⁊ dimittant̃ sic ꝑ tres dies: deinde colent̃ ⁊ ꝑ siringã inijciant̃ in vesicaȝ.

¶ Ponit curã ꝑ iniectionẽ. ⁊ dicit. ꝑ siringam inijciat̃ in virga aq̃ in qua dissolutuȝ sit sal vel aq̃ cineris: ⁊ ista est ꝯfectio aq̃ que fit de cinere. ℞. cineres de salice: cineres de vitib᷒ cali. calcẽ cineres clauellat᷒: ⁊ fit de q̃dã herba salsa de qua vtunt̃ tinctores. his oĩb᷒ misce tm̃. de aq̃ vt ea oẽs coopiri possint ⁊ dimittant̃ sic ꝑ tres dies: deinde colent̃ ⁊ ꝑ siringã in virga inijciant̃. ¶ Nota q̃re valet aq̃ cineris cribellati: cã est. qꝛ aq̃ salsa est mordicatiua ⁊ ĩcitat virtutẽ expulsiuã: vt dictũ est de illis in qb᷒ ponit sal per clistere: ĩcitat. n. ⁊ mordicat ⁊ loco isti᷒ cõiter operant̃ ⁊ mittim᷒ oleũ scorpionũ per siringam in quo cineres sunt dissolute ⁊ colate ⁊ valet multũ.

¶ Herba quoqȝ croci hortulani: ⁊ sula cocta supponantur. Tinam preterea assidue ingrediatur ĩ qua sit aqua in qua cocta sit camomilla sticados arabicus sansucus sisimbriuȝ: vl̃ in qua extremitates cauliũ ⁊ sula ⁊ fimus columbinus cocta fuerint ⁊ sedeat ĩ ea q̃diu poterit. Et ex herbis istis sic coctis fiet emplastrum siue epithima super femur ⁊ partes ei circũadiacentes. Et dum in tina moratur sumat ea in potu que vrinã prouocãt. Et si hec oĩa nõ profuerint ad instrumẽtum quo vrina prouocatur redeundum est.

¶ Ponit curaȝ per emplastra balnea ⁊ epithimata. ⁊ dicit. herba croci oriẽtalis. al̃s. hortulani ⁊ sula cocta supponat̃: tinã ꝑterea assidue ĩgrediat̃ in qua sit aqua in q̃ cocta sit camomilla: sticados arabici: sansuci: zinziberis añ. vel in qua extremitates cauliũ: sula est herba arthetica ⁊ est ꝓuocatiua vrine ĩter oĩa mũdi ⁊ fimus colũbinus fuerit: in decoctione earuȝ sedeat ⁊ ex herbis simil̃r coctis fiat empl̃m supra femur ⁊ ꝑtes circũadiacentes: ⁊ cum in tina moratur sumat ea in potu que ꝓuocatiua vrine sunt: ⁊ si hec oĩa nõ sunt ꝓficientia ad ĩstrumẽtuȝ quo vrina ꝓuocatur est currẽdum: emplastra: idest herba in qua sit cartamus. cã partis est: qꝛ illa ex qbus fiũt sunt ꝓuocatiua vrine ⁊ aperitiua: ⁊ per ista ĩtelligit sibi similia. ¶ Et valet istud emplastrũ quo cõiter vtor precedente clistere. ℞. foliorũ crete marine. M. ij. cõquassentur ⁊ torrefiant modicũ in sartagine cũ oleo amigdalarum amararũ: ⁊ fiat emplastrũ supra pectineȝ: vel fiat tale vnguentum de paritaria: vt sit. ℞. armoniaci. ʒ. iiij. malaxentur cũ oleo scorpionuȝ ⁊ extẽdatur supra alutã ⁊ fiat emplastrum. vel fiat tale vnguentum quo cõiter

vtor. ℞.assungie cameli asini assungie catti.añ.ʒ.i. cere modicum:fiat vnguẽtũ cũ quo vngat̃ pecten ⁊ loca circũstantia:simil'r valet si impleatur sacculus de cinerib⁹ cõquassatis ⁊ iduat̃ virga virilis ei:vel ꝙ illi cineres cõquassent̃ ⁊ ponant̃ in capite virge iter pellẽ ⁊ carnẽ.balneũ ꝯpetẽs in ꝓuocatione vrine est cõiter bal.decoctionis petro.apy paritarie crete marine oĩa ista debent precedere clistere ⁊ si corpus est plenũ precedat flõmia vel medicina vel benedicta audacter sine sirupo.

¶ Si autez mingendi difficultas post lapidis signa affuerit eger supinus iaceat ⁊ pedes ei⁹ diu ⁊ diuersis modis ⁊ fortiter quatiẽdi sunt. Et si vrina nõ egressa fuerit oportebit vt cum instrumento curetur per quod membro imissum sit impulsio.cauendum tamen est ne virge imittatur cuz est apostema.

¶ Ponit curã difficultatis mingẽdi quãdo ꝓuenit a lapide.⁊ dicit:si aũt mingẽdi difficultas post lapidis signa fuerit supinus iaceat:⁊ pedes eius diu ⁊ diuersis modis ꝯquassandi sunt siue erigẽdi:⁊ si vrina nõ egressa fuerit opz ꝙ cũ ĩstrumẽto curet̃ per qđ mẽbro ĩmissuz fit ĩpulsio:cauẽdũ est tñ ne virge ĩmittatur cũ ibi sit apostema.

¶ Nota ꝙ lapis facit difficultatem mingẽdi quãdo est mediocris quãtitatis:⁊ ita quãdo nõ nimis magn⁹:quia claudit tunc plus foramen sube vesice. vnde quãdo est paruus tunc opilat ex toto:quando mediocris claudit. Et in isto casu sunt tria iuuatiua q̃bus 'Ras.nisi duo valẽt vt dicit Gal.ꝙ digitus lõgus ponatur in ano:⁊ cõprimatur vesica cũ digito.vt lapis q est in illa vesica eradicetur a collo ⁊ vadat interius.Secũduz est ꝙ ponit ras.pat.iaceat supin⁹ ⁊ leuent̃ crura ⁊ cõstringant̃ ante ⁊ retro vsq₃quo descẽderit lapis ad funduz vesice.Tertiuz remediũ qđ ponit 'Ras.est ꝙ siringa vngatur cum oleo vt de lilio vel de ros.vel amgd.dul. ⁊ cũ illis nõ iducat̃ dolor in virga:pungatur ⁊ ĩpellatur lapis ad ĩtra:⁊ sunt multũ bona.s.cuz ĩtromissione siringe: vt dicit 'Ras.ꝙ aliqualiter inducit dolorẽ:⁊ per cõsequens fluerent humores ⁊ augerent humores.

¶ Ad difficultatem vero vrine valde confert sepe ingredi tinam ⁊ vngere locum ex oleo:⁊ medicamina vrinam prouocantia in potu sumere ⁊ abstinere a nutrientibus acetosis ⁊ ponticis grossis.

¶ Ostendit que cõueniunt in difficultate mingendi vel nõ.⁊ dicit.ad difficultatẽ mingẽdi valde confert sepe ingredi tinã ⁊ vngere loca ex oleis: ⁊ medicamina vrinaz ꝓuocantia in potu sumere:⁊ abstinere a nutrientib⁹ acetosis ponticis ⁊ grossis.causa est:q₂ aqua illa dilatat poros vesice:⁊ ꝓuocat vrinaz ⁊ subtiliat materiã. vel iungatur cuz oleo:q₂ aperit ⁊ cõfortat vesicaz vt oleum de scorpione ⁊ amigd.dulcibus:⁊ de lilio.Quare prouocantia vrine:q₂ aperiunt vias ⁊ digerunt humores grossos: ⁊ cõmitto eis vt comedant de petro.in magna quãtitate:⁊ coquantur in brodio carnis:⁊ facio ꝙ comedat pat.caules ⁊ est vltimuz remedium.

¶ De lapide renũ ⁊ vesice. Cap. LXXIX.

Circa rubricam Nota ꝙ duplex est causa lapidis renũ ⁊ vesice:quedã est materialis:⁊ quedaz est efficiẽs.m̃alis:sunt humores grossi existẽtes in renibus vel in vesica vel humores flegmatici ⁊ viscosi.Causa efficiẽs est duplex.quedã mediata.quedam ĩmediata:ĩmediata est calor renuz cõgelans humores grossos:⁊ qđ subtile est resoluitur.⁊ ꝙ grossuz est induratur siue putrefit.Mediata est duplex.ĩtrinseca.⁊ extrinseca.intrinseca est debilitas stomaci ⁊ epatis que est causa congelans humores grossos:q₂ calor debilis humorez flegmaticũ generat:⁊ magis in comedentibus gulose.Causa intrinseca sunt res nõ naturales generantes humores grossos. ¶ Et nota ꝙ differẽtia est inter lapidem renum ⁊ vesice:q₂ lapis vesice est durior ⁊ albior q̃₃ renũ:⁊ frequẽter generãtur in pueris rõne fortis virtutis expulsiue que euacuat nocumẽtum ad ꝑtes inferiores longinquiores.lapis renuz mollior ⁊ rubicũdior est:q₂ mẽbruz carneuz est:⁊ rõne sanguinis rubeus est:⁊ frequẽter generatur in senib⁹ rõne debilitatis virtutis expellentis que est in eis nõ potẽtis expellere materiam ad partem longinquam.

Qum eger virgam sepe fricat ⁊ manu tractat ipsa quoq₃ frequenter erigitur ⁊ subtiliatur ⁊ vrina difficulter ⁊ cum dolore egreditur in qua egritudine fortasse ⁊ longaon exit: lapis in vesica esse significatur.

¶ Hoc est capl'm in quo terminat de lapide renum ⁊ vesice ponẽdo signa lapidis renũ ⁊ vesice.⁊ dicit.cum eger virgam sepe fricat:⁊ manu tractat ipsa quoq₃ erigitur ⁊ crescit ⁊ vrina difficulter ⁊ cum dolore egreditur in qua egritudine forsan longaon exit.lapidez in vesica esse significat.cã est:q₂ lapis inducit pruritũ ⁊ titillationem partis in collo vesice cũ sit asper:s₃ virga erigitur ꝓpter titillationez.Alia causa est:q₂ calor debilis qui generat ventositatez que est causa erectionis virge:quare dolor est in pectine:q₂ grauat illa loca. Quare lõgaon exit qñ assellat:cã est:ꝓpter cõpressionẽ ⁊ nocumẽtuz qđ ĩcitat: ⁊ natura vellet expellere:⁊ ideo expellit longaonez.

¶ Si autem eger cũ difficultate mingendi sentit vehementem dolorem in renibus ⁊ in inguinibus ⁊ nauseam ⁊ ventris constrictionẽ: in renibus lapis esse monstratur.

¶ Ponit signũ lapidis renuz.⁊ dicit.si eger sentiret cum difficultate mingẽdi dolorẽ in renibus.⁊ in emũctorys ⁊ nauseam ⁊ vẽtris cõstrictionem: in renibus lapis esse dignoscitur.causa est:ꝓpter opilationem de aliquo alio ꝓpter mordicationez lapidis ⁊ acuitatis.⁊ si est in rene dextro ascendit dolor vsq₃ ad epar.si in sinistro vsq₃ ad vesicaz:q₂ ren dexter calidior est q̃₃ sinister:⁊ nausea est ratione plenitudinis:⁊ constipatio est si constrictio intestinorum precesserit.

¶ Lapidi vero qui est in vesica confectio hec vtilis existit: ⁊ est optima ad frangendum lapidem cum fuerit vetustus. Ego quoq₃ iam fregi cum eo magnum lapidem in minori spatio q̃₃.xl.dierum. Quod. ℞.carpobalsami seminis raphani seminis olixatri corticis radicis oppoponaci:corticum radicum capparis amigdalaruz amararum dãnochie squinanti ciperi spice inde cassie lignee sacculo cõdrion: harmel: gentiane aristologie rotunde assari cordumeni armoniaci serapini bdelij piperis achori añ.gũme dissolute sufficienti balsamo

malaxentur ⁊ ex eis alie species conspergãtur ex quibus informentur pillule ⁊ sumatur ex eis indi. ʒ.i. cũ apozimate de seminibus. Quãdoqꝫ septima pars vnius. ʒ. de cinere scorpionum cum eis datur. Cinis vero de scorpionibus hoc modo fit. scorpiones sumantur ⁊ in ollam nouam positi os habentez opilatum super laterculum in furno mittantur in quo nõ sit nimius calor neqꝫ vehemens ⁊ sint in. vj. horarum spatio: deinde extracti puluerizentur ⁊ reponantur.

¶ Ponit curaz lapidis. pᵐo per pillulas. ⁊ dicit: lapis vo qui est in vesica. cõfectio ista est sibi vtilis ⁊ optima ad frãgenduz lapidem cum est vetus. ego qdem iam fregi magnũ lapidẽ in eo ĩfra. xl. dies. ℞. carpobalsami semĩs raphani dauci olixatri corticis se. radicis capparis radicis oppoponacis amigd. amararũ dãnochie squinãti ciperi spice indice cassie lignee sacculo cõdrion assari cardamomi armoniaci harmel gentiane aristolo. ro. serapini bdelij piperis achori oĩuz partes equales gũme sufficienti balsamo dissolute malaxẽtur: ⁊ ex eis alie spẽs cõficiãtur ex qbus ĩformentur pillule. ⁊ sumatur ex eis in die. ʒ.i. cũ apozimate de seminibus: qñqꝫ etiam. vi. pars ʒ.i. de cinere scorpionis simul cum eis detur. Cinis vero scorpiõis hoc modo fit: sumãtur scorpiones: ⁊ in olla noua ponãtur ⁊ opilet̃ os olle. ⁊ in furno mittat̃ in quo sit vehemẽs calor. deĩde extrahant̃ ⁊ reponant̃. Nota cãz ptis: q2 oĩa ista sunt ĩcisiua ⁊ subtiliatiua medicamia: iõ digerunt lapidẽ ⁊ diuidũt: ⁊ p ista ĩtelligit sĩl'ia ministra ta ieiuno stõaco in dura suba: ⁊ valet illud qð dictuz est ℞. crete marine milij solis siccoꝝ añ. ʒ.i. ⁊. ß. sanguis yrci bñ ppati. ʒ.ij. lapidis spongie lapidis iudaici anisi añ. ʒ.i. se. melonũ idoꝝ. ℥.i. saxifragie. s. aq̃. ℥. ß. panis zuccari al. lib.i. fiat el'uz. Ul'sic. ℞. litõtripereõ el'uz ducis. añ. ℥.i. ⁊. ß. al's. q̃rt.i. misce: sil'r valz si comedant̃ quolibz mane duo boli de folijs crete marine madefactis in modico aceti in quo sit medietas vini al. sil'r valz si comedantur quolibet mane duo boli radicis raphani siluestris. Similiter valz comestio auis tremule que vocatur cauda tremula quocũqꝫ modo sumpta vel in pul. vl' assa vel elixata vel pastillata.

¶ Eger vero nutriatur ex aqua cicerum ⁊ calagie ⁊ mutagenat: abstineat a lacte ⁊ caseo ⁊ ab alijs nutriẽtibus grossis.

¶ Ponit curã per dietaz. ⁊ dicit. eger vero nutriat̃ ex aq̃ cicerũ ⁊ calagie: ⁊ mutagenat: ⁊ abstineat a lacte ⁊ caseo. ⁊ ab alijs cibis grossis ⁊ siccis. Iste sunt ꝯfectiões facte ex spẽbus. ¶ Nota q̃re valet aqua ciceꝝ rubeoꝝ spãl'r: q2 ĩcisiua ⁊ subtiliatiua ⁊ paꝝ aperitiua est. Quare valẽt ista ꝯdita cũ spẽbus: cã est. q2 sunt ca. ⁊ subtiliatiua ⁊ ĩcisiua humoꝝ ⁊ aperitiua poroꝝ. quare nocent cibaria vt fabe lentes: q2 multiplicãt mãz flegmaticã: ⁊ q̃uis videtur de lacte: tñ stõaco debili nõ bene digerit̃: ⁊ tũc generatur flegma qð d̃r in secũdo regi. ð illo qui comedebat castaneas inuentus est pilus in renibus eius ad quantitatem vnius cubiti.

¶ Et ingrediatur tinam vbi sit aqua in qua cocta sint folia cauliuz ⁊ sula cheregiofos ⁊ mẽtastrum ⁊ fimus columbinus ⁊ medulla croci hortulani.

¶ Ponit curã per bal. intelligo stomaco vacuo cauliuz. s. rubeoꝝ. ⁊ dicit. ꝙ ĩgrediat̃ tinã in qua sit aq̃ ⁊ folia caulium cocta ⁊ sula ⁊ keregiofos: ⁊ est vna spẽs abrotani. ⁊ mentastrũ ⁊ fimus colũbinus ⁊ medulla se. croci hortulani. cã ptis est: q2 rõne humiditatl aque mollitur lapis ⁊ dilatant̃ vie: ⁊ rõne virtutũ herbaꝝ subtiliatur ⁊ inciditur lapis. ⁊ per illud bal. intelligit similia: sicut bal. in frãgendo lapidẽ aque decoctionis malue bismalue paritarie abrotani crete marine se. altee fenugreci ⁊ se. lini illð bal. remouet dolores ⁊ mũdificat ⁊ subtiliat. ĩcidit ⁊ aperit vias ⁊ frãgit vere. croci hortulani. s. cartami.

¶ Femur etiam sepe inungatur ex oleo scorpionis ⁊ ĩmittatur virge. Quod. ℞. aristolo. ro. gentiane ciperi corticis radicis capparis: añ. ℥.i. hec oĩa in lib.i. olei de amigdalis amaris posita ad solem per hebdomadam vnam dimittantur ⁊ colentur ⁊ pro vnaquaqꝫ libr. ex eo adiungantur ei scorpiones. x. ⁊ totuz in vas cuius os opilatuz fuerit missuz ad solem per duas septimanas moretur. deinde colatũ reponatur. Est enim optimuz ⁊ mirabile de quo guttatim quotidie in virga mittenduz est postq̃ꝫ eger egreditur de tina.

¶ Ponit curã p iunctionẽ femoris. i. pectinis. ⁊ dicit. femur ĩungatur cũ oleo scorpiõis ⁊ distilletur ex eo in virga. oleũ de scorpione. ℞. aristo. ro. gẽtiane ciperi corticis radicis capparis oĩuz. añ. ℥.i. hec oĩa in lib.i. olei amigð. amararũ posita ad solẽ per hebdomadã dimittant̃: ⁊ ponantur ⁊ exprimant̃: ⁊ pro qualibz lib. ex eo adiungant̃ eidẽ scorpiões decẽ: ⁊ totũ in vas cuiꝰ os opilatũ sit missuz ad solẽ p duas septimanas moret̃: deĩde colatura reponatur: ⁊ post colet̃: est eniz optimũ ⁊ mirabile. de quo ꝯtinue ĩungatur guttatim mittẽduz ⁊ ĩfundẽduz. postq̃ꝫ egrediatur eger de tina. ¶ Nota illud oleũ multuz laudat̃ in fractione lapidis: quare valz: q2 in frangẽdo lapidem oleum scorpionis valet a tota ꝓprietate: ĩmo dicit Auic. in capl'o vl'i: ꝙ sicut peonia a tota ꝓprietate valet in epilepsia: ita illud oleũ ad frangẽdum lapidẽ: ⁊ spãl'r post bal. q2 tũc vie sunt aperte. Itẽ valet oleum amigð. cũ oleo scorpionis. ¶ Nota secundo ꝙ anteq̃ꝫ fiat iunctio cũ oleo scorpionis vtile est mollificare lapidem cũ vnguẽto vel emplastro: ⁊ in hoc est magnus error in fractione lapidis: q2 superponimus ĩcidẽtia: ⁊ ista que sunt ca. ⁊ tamẽ in quacũqꝫ mã dura ⁊ grossa semp mollificatiua requirunt̃. Emplastruz mollificatiuũ vel vnguentuz. ℞. malue bismalue se. altee se. lini caricarũ pinguiũ butyri re. añ. q̃rt. ß. olei amigd. dul. q̃rt. ij. ꝯquassanda cõq̃sent̃ fortiter misce oĩa: post ĩungat̃ cuz oleo scorpiõis.

¶ Or si lapis magnus fuerit nõ inuenitur aliud remediũ nisi vt cuz ĩcisione extrahatur. de hoc tamen loqui huius nostri libri modũ excedit.

¶ Ponit aliud remedium. ⁊ dicit. si lapis fuerit multuz magnus ĩcidat̃ pa. ⁊ extrahat̃: ⁊ talis ĩcisio semper fit in collo vesice inter anuz ⁊ virgam: q2 locus est ibi carnosus: ⁊ potest bene cõsolidari.

¶ Cuz autẽ in renibus fuerit lapis eger frequẽter ingrediatur balneuz. Et renes ⁊ ilia ex oleis inungantur ⁊ ea que calefaciunt locum desup cũ pãno ponant̃: vt sunt ea que noiauimꝰ In potu quoqꝫ sumãtur ea q̃ lapidẽ frangũt.

¶ Ponit curā lapidis renū cū est in ipsis. ⁊ dicit. cuꝫ aūt in renibus fuerit lapis eger frequēter tinā igrediat̄: ⁊ renes ⁊ ylia īungant̄ ex oleis: ⁊ ea que loca calefaciūt desuper cū pāno supponant̄: ⁊ ea que noīauim⁹ in potu sumātur. s. ea que lapidē frāgūt. Cā ptis est: q̄ꝛ bal. ꝓpter vtutez aque mollificat lapidē ⁊ vias dilatat: ⁊ rōne herbaꝝ icidit aperit ⁊ subtiliat. iunctio olei valꝫ vt dictū est. vel emplm̄ positū. vel ponant̄ calida sup locum vt sacculus quē dixi: vel mollificatiuū: vel icisiuū: ⁊ q̄uis illa que lapidē frāgunt sunt multa: tn̄ mihi iter alia tn̄ sunt q̄tuoꝛ spālia. Primū. ℞. corrigiole marine. ℥. i. ciceꝝ ru. q̄rt. ß. se. melonū nō mūdatoꝝ. ℥. ß. bulliant̄ ⁊ cōquassent̄ in. ℥. iiij. aq̄ dulcis donec redeāt ad. ℥. ij. colent̄ ⁊ colatura cuꝫ modico zuccari administret̄ in potu. mirabil̄r expellit arenulas a renib⁹. Scd̄ꝫ est istud. ℞. aque clauellate aq̄ limonū an̄. lib. ß. misce ⁊ administret̄ de ista aq̄. ℥. i. ⁊ ista aq̄ multū hꝫ ꝓprietatē: vt pꝫ experiētia: vn̄ si qs laminā auri vel argēti ponat in succo limonū total̄r dissoluetur Tertiū est aq̄ gallitrici. Quartū est istud. ℞. brusci sparagi graminis radicis. an̄. q̄rt. ß. scolopē. cū radice capil. ve. re. crete marie tribuli marini saxifragie pimpinelle mily solis leuistici endiuie. an̄. M. i. ciceꝝ rub. ℥. ij. se. siseleos. se. altee. se. fen. se. saxifragie. an̄. ℥. ß. se. melonū nō mūdatoꝝ q̄rt. ß. ligr. rase vuaꝝ passaꝝ. an̄. ℥. i. spicenar. ʒ. iij. aceti sqllitici. ℥. i. mellis electi panis zuccari. an̄. lib. ß. fiat sirup⁹ clarificat⁹ vsq̄ ad q̄rt. v. sil̄r valꝫ pul. sanguinis yrci bn̄ ꝑpati si ministret̄ cū pul. ciceruꝫ rub. brodio ʒ. ß. vel. ℈. i. ⁊. ß. ⁊ ſm alios dꝫ yrcus nutriri cum herbis aperitiuis ⁊ subtiliatiuis vt saxifragia pīpinella ⁊ se. melonū mily solis ⁊ vbene. ⁊ dꝫ decolari ⁊ remoueri prim⁹ sanguis in vna scutella. ⁊ dꝫ eyci post alter sanguis valꝫ: sil̄r ad frāgēdū lapidē valēt clistere ⁊ vomitus.

¶ Si autem lapis ceciderit ⁊ in virga obstaculum fecerit aqua calida ab alto distillando ei superfundatur donec rubere videatur: deinde oleum tepidum guttatiꝫ superinijciatur. ⁊ si necesse fuerit sugatur ⁊ ex hoc mouebitur lapis ⁊ exibit. Sed si magnus ⁊ angulosus fuerit necesse est vt virga iferi⁹ icidat̄ ⁊ extrahat̄.

¶ Ponit curā qn̄ lapis ceciderit in virga īducēs in intestinis dolorē. ⁊ dicit. ad frāgēdū lapidē multū valꝫ clistere. Si aūt lapis ceciderit: ⁊ in virgā obstaculū fecerit aq̄ ca. ab alto distillāda desup fundat̄ donec rubere videatur. Deīde oleū tepidū guttatiꝫ desup fundat̄ vl' mittat̄ ⁊ fricet̄: ⁊ si necesse fuerit ad exterioꝛa sugat̄: hec. n. mouent lapidē ⁊ exire faciūt. Sed si magn⁹ fuerit ⁊ difficilis necesse est vt virga īferi⁹ icidat̄ ⁊ extrahat̄. cā partis est: q̄ꝛ aq̄ ca. aperit vias ⁊ dilatat: iō meli⁹ pōt lapis expelli. Sil̄r valꝫ iunctio olei: q̄ꝛ dilatat ⁊ sedat dolorem: ⁊ sic ēt sugatio est cā extractiōis lapidis: ⁊ dꝫ iungi cum oleo de lilio: ⁊ oleo amigda. dul. ad molliēdum.

¶ De apostemate renū. Cap. LXXX.

Circa rubricaꝫ. Nota ꝙ differentia est iter apa renū ⁊ vesice: q̄ꝛ qn̄ apa est in vesica tunc appet tumoꝛ notabilis i pectine ⁊ doloꝛ in itestinis imo est doloꝛ sicut mulieris ꝑturiētis: cū mēbruꝫ pāniculosuꝫ sit maxīe sit apostematuꝫ spāl̄r de mā ca. declarat hoc fe. itensa. ⁊ doloꝛ acutus: sil̄r difficultas mingēdi. Sꝫ qn̄ apostema est in renib⁹ tunc nō appet tumoꝛ in dorso nisi eēt apa in dorso exteriori pāniculo circūdāte renes. q̄ꝛ renes sunt mēbra īsensibilia nisi rōne pāniculi circūdātis ipsos: ⁊ si sit in rene dextro tūc magi cubat supra ptē sinistraꝫ: ⁊ eꝫ. si doloꝛ magis sentit̄ in sinistro sentit magnū dolorē in dextro. cā ptis est: q̄ꝛ apodiat̄ supra apa: sil̄r idē est in pleuresi: vt superi⁹ dictū est: ⁊ in vtroq̄ apate renū dr̄ fe. ⁊ statim affligit: tn̄ qn̄ est de mā ca. fe. est itēsissima. Si vo mā fuerit frigida fe. est magis remissa. ¶ Scd̄o nota ꝙ apa renū vel vesice pōt terminari trib⁹ modis vt alia apata. Uno mō per resol'onē īsensibileꝫ: vt qn̄ mā est pauca ⁊ facta flōmia. Scd̄o mō per ꝯuersionē ei⁹ in saniē cui⁹ signū est: tūc q̄ꝛ est fe. ⁊ doloꝛ fortissim⁹ ſm Hypo. z. affo. circa gnōneꝫ saniei. Tertio mō per ꝯuersionē eius in duritiē: vt qn̄ ꝑ medicinas resolutiuas totū qd̄ est subtile resoluit̄: ⁊ qd̄ est grossū remanet: cui⁹ signū est cessatio fe. apate iā remanēte.



Ad apostema quod fit in renib⁹ ⁊ vesica ꝯcomitatur febris permixta que nō est vehementis caloris cum qua est horripilatio ⁊ rigoꝛ ⁊ frequēs mictus ⁊ doloꝛ in inferiorib⁹ costis ⁊ grauitas. ⁊ cū īpellitur videt̄ ꝙ aliqd ibi sit suspēsuꝫ.

¶ Hoc est capl'ꝫ in quo ponit curā apatis renum. ⁊ dicit. apa qd̄ est in renib⁹ ⁊ vesica ꝯcomitat̄ fe. cōmixta q̄ nō ē vehemētis caloris cuꝫ qua est horripilatio ⁊ rigoꝛ ⁊ frequēs mictus: ⁊ doloꝛ in īferiorib⁹ dorsi ⁊ pectine: ⁊ cū impellit̄ vrina videt̄ ꝙ aliqd sit ibi suspēsuꝫ. Cā ptis est: q̄ꝛ ibi est putrefactio humoꝝ: qua remota remouet̄ ēt feb. q̄re est iterpolata: q̄ꝛ mēbra sunt lōgiqua a corde. Quare grauitas ⁊ doloꝛ: q̄ꝛ vbi doloꝛ ibi egritudo. 4°. affoꝛis. Quare sentit̄ rigoꝛ: ꝑꝑ multitudinē māe trahētis renes īfra: ⁊ trahit ad se panniculū: ita sil̄r vesica cū sit mēbrū neruosuꝫ ⁊ pāniculosum trahit̄ īferi⁹: q̄re est rigoꝛ: rōne malitiei māe pūgitiue: q̄re doloꝛ: ꝑꝑ saniē.

¶ Cum itaq̄ꝫ hec signa visa fuerint eger ex basilica minuatur eius partis in qua grauedineꝫ ⁊ doloreꝫ sentit. Loco quoq̄ꝫ emplastri infrigidantia superponantur.

¶ Ponit curā apatis renuꝫ ⁊ vesice an̄q̄ ꝯuertant̄ in saniē: ⁊ hoc ꝑ flōmiā ⁊ empl'a. ⁊ dicit: cum hec itaq̄ signa fuerint visa eger ex basilica est flobotomādus in eadeꝫ pte in q̄ dolorē sentit. loco quoq̄ empl'i īfrigidātia supponant̄. Quare valꝫ flōmia: q̄ꝛ ꝓhibꝫ fluxuꝫ hūoꝝ ⁊ distrahit māꝫ ⁊ euacuat: sꝫ q̄re de eadē pte. cā est: q̄ꝛ in flōmia faciēda nō est trāseūdū vltra vnā dyametrū. ꝑ. can̄. fen. 4. z. ca. ⁊ sufficit superi⁹ a vesica ad brachiū. ¶ Nota dictū Raß. hꝫ veꝝ qn̄ apa est de mā ca. ⁊ est in sui pn̄° q̄ꝛ p̊ opꝫ ꝙ alteret̄ mēbꝝ a sui mala q̄litate. Quare valꝫ empl'ꝫ īfrigidatiuū ⁊ pōt eē tale. ℞. roß. rub. ℥. ß. se. papaueris al. se. portul'. an̄. ℥. ß. mucillagi. se. psily citōioꝝ. an̄. ℥. ij. olei roß. q̄rt. ij. aq̄ ordei lib. ß. pulueriz̄āda pulue. misce oīa: ⁊ fiat empl'ꝫ mediocriter liqduꝫ. Sꝫ si apa sit de mā frigida ꝯpetit istud empl'ꝫ ad repcutiendū. ℞. succi absinthy lib. ß. olei roß. olei camomille. an̄. q̄rt. ß. aceti. ʒ. ij. farine ordei: qd̄ sufficit. misce oīa: ⁊ fiat emplastrum mediocriter liquidum.

¶ Et si egritudo sic dissoluta fuerit bonū erit. Si autem febris ⁊ doloꝛ ⁊ grauitas perseuerauerint ⁊ vrina nimiuꝫ ⁊ frequēter egrediatur. significatur ibi pus colligi.

¶ Ponit signa qn̄ sanies est gn̄āta. ēt ponit curā. ⁊ dicit: ⁊ si egritudo dissoluta fuerit bonum erit. si aūt doloꝛ ⁊ grauitas ⁊ fe. ꝑseuerauerint ⁊ vrina minutim ⁊ frequenter egreditur signat ibi pus colligi. cā est: quam reddit

Gal. z. affo. ibi. circa gñõnez saniei. ꝛ dicit: ꝙ calor icipit digerere mãz iducẽdo ebullitionẽ in ea. ꝛ in ista ebullitione fe. augmẽtat: ꝛ fit solutio ꝯtinui ꝑꝑ rarefactionez mãe: ꝛ sic auget dolor. Quare frequens mictus: qꝛ sicut aggregat sic expellit vrĩa. cã est rõne acuitatis mãe.

¶ Emplastrum igitur est tunc super dorsum ponendum ex camomilla semine lini furfure oleo sisamino conspersis. Est ergo precipiendum vt in tina sedeat. Si autez eger minxerit pus semina que nominabimus in capitulo de ardore vrine sunt danda donec pus minuatur deinde trocisci dentur quos in capitulo de mictu sanguinis ꝛ puris nominabimus.

¶ Ponit curã qñ sanies est gñãta. ꝛ dicit: est ꝙ supra dorsuz emplꝫ ponẽdum. s. ex camomilla se. lini: furfure oleo sisamino cõspersis supponẽdũ: ꝛ est egro ĩ tina vt sedeat ꝓcipiẽdũ. Si aũt eger minxerit pus semina que noĩabimus in ca.º de ardore vrine sunt dãda dõec pus minuat. Deinde dent trocisci q in cap.º de mictu sanguis ꝛ saniei mõstrabim⁹. cã est: qꝛ est mollificatiuũ ꝛ maturatiuũ. similꝛ valꝫ illð qð ponit: qꝛ mũdificat ꝛ aperit. Sꝫ q̃re sanie expulsa valꝫ emplꝫ: cã est: ad ꝯsolidãdũ locũ ex quo sanies exiuit. ꝛ qꝛ ibi necia est ꝯsolidatio: iõ valꝫ ꝛ ꝑ illð emplꝫ itelligit silia. Emplm maturatiuũ eiusdez apatis põt esse tale. ℞. malue bismalue. añ. M. ß. caricarũ pinguiũ. q̃rt. ß. medulle cerui ꝛ vituli. añ. ʒ. ß. olei sisamini ʒ. ij. aq̃ ordei. libr. ß. mellis electi q̃rt. ß. farine tritici: qð sufficit cõquassent fortiter. misce oĩa: fiat emplm maturatiuũ: vñ nota ꝙ malua ꝛ bismalua debẽt bulliri. Emplastꝝ maturatiuũ frigidi apostematis põt esse tale. ℞. caricarũ pinguiũ. ʒ. ij. radicis lilij. q̃rt. ß. mucillag. se. lini ʒ. ß. olei sisamini q̃rt. ij. ydromellis pauce cõmixtionis. quart. i. ꝛ. ß. farine tritici: quod sufficit. cõquassentur fortiter: ꝛ fiat emplastrum.

¶ Apostema vero quod fit in vesica debet cõcomitari feb. conclusa ꝛ difficultas mingendi ꝛ dissuria ꝛ femoris ꝛ virge dolor.

¶ Ponit signa apatis sanguinei. ꝛ dicit. flegmon vꝉ apostema ṽo qð in vesica fit debꝫ cõcomitari fe. acuta ꝛ difficultas mingẽdi dissuria ꝛ virge ꝛ femoris dolor. cã est qꝛ mã ẽ ca. ꝛ qñ mã ẽ ca. lꝫ attrahat ꝑ putrefactõez seqt ide ebullitio: ꝛ est ibi sinoch⁹ q est fe. de sanguĩe. Quare est difficultas mingẽdi rõne opilatiõis: q̃re dolor in ṽga ꝛ pectine. quia ibi est materia doloris. ꝛ causa doloris est mala complexio ꝛ solutio cõtinuitatis que est in apostemate. ꝛ vbi dolor ibi egritudo.

¶ Et tunc eger ex basilica minuẽdus est ꝛ fiat huius egritudinis cura queadmodũ ꝓdixim⁹.

¶ Ponit curam. ꝛ dicit. ꝛ tũc eger ex basilica est flobotomandus: ꝛ fiat hꝰ egritudinis cura queadmodũ prediximus. s. in casu isto. cã ptis est: qꝛ flõmia ꝓhibet fluxum mãe ad apostema: ꝛ ideo plus ꝯuenit ꝛ melius euacuat mãz de directo: qꝛ sanguinẽ: silꝛ valꝫ in cura quã dixim⁹ si in saniẽ cõuertat. ¶ Scðo nota ꝙ nũq̃ in magno dolore renuz ꝛ apate administrent aperitiua vsq̃ in declinatione: qꝛ tũc fieret maior attractio humoꝝ ad locum ꝛ magis augmẽtaret dolor ꝛ apostema. nec medicĩa fortis tũc ꝯuenit: ideo errãt illi q dant benedictã in pn.º sed debꝫ administrari cassiaf. cũ sero caprino: euacuato corpore per illa opilatiua ad mũdificãdũ apa renũ ꝛ vesice: ꝛ iõ nõ posuit sirupũ in isto casu: qꝛ oẽs sirupi sunt aperitiui: vt dictũ est: ꝛ nocẽt. Et iõ nota ꝙ nũq̃ in dolore renuz magno ꝛ apostemate cõpetũt diuretica nec medicina fortis: sed cassiaf. cũ sero caprino nisi in declinatione: qꝛ tũc bene ꝯpetunt aperitiua: ideo nõ miremini si nullum sirupũ dedi vobis in isto capitulo.

¶ Est autez quandoq̃ ꝙ renuz apostema nõ peruenit ad saniem: imo transit in duritiez cuius grauitas in renibus sine febre perseuerat. Est ergo clisterizandus ex mucillagine fenugreci ꝛ seminis lini ꝛ apozimate camomille ꝛ cauliuz ꝛ melliloti ꝛ maluauisci ꝛ furfuris Et vomat frequẽter. Renibus quoqꝫ superponatur emplastruz ex his que nominauim⁹ ꝛ si vrina minui videtur vrinam prouocantia dentur. Hoc quoq̃ pro paruo nõ est habẽdũ: qꝛ ex eo peruenitur ad hydropisim.

quitur: maxime si in membris sit sensibilibus:
sicut in yleos videmus: he sunt sincopis cau-
se ⁊ signatiões sue. cuius vnaqueqȝ species su-
as medicinas habere videt̃. vl'r sua medicina
taliter erit facieuda. sed vnde fiat morb⁹ in pri
mis videatur: quo viso itẽdimus quid facere
debeamus. ¶ Si sit ex plenitudine mitigãdo
sincopim aquam mittimus frigidam in faciez
infirmi. stomacus perfricet̃: nares teneamus:
crura ligemus: pẽnam vel digitũ in os mitta-
mus: vt vomitus prouocetur. Cum defectio
finierit h modo medenduz erit. Si plenitudo
in corpore sit catarticuz danduz erit: ⁊ pill'. ⁊
omne qd habundantiã illaz sentiatur depone
re. Dabit̃ oximel ⁊ mellicratuz. oximel laxa-
tiuũ. tyriaca. selite. socugene cum succo aneti
⁊ apij. Cibi dãdi leuiores sicut iura ciceris cũ
aneto. vinum subtile ⁊ clarum ⁊ purum. Si
plenitudo sit in stomaco: dandus est vomitus
dyatrion pipereon. ⁊ dyaciminũ. si ex calidis
sit humoribus refrigeremus cũ sirupo ⁊ suc-
cis refrigerantibus. si plenitudo sit in intesti-
nis maxime in inferioribus clistere faciamus
sepe. ¶ Si sincopis ex inanitione sit. aqua re-
frigeretur in facie nares teneantur: stomacuz
perfricemus: manus ⁊ pedes ligemus. Si ex
superioribus sit membris: sicut ex sanguine e
naribus ⁊ vomitu. inferiora mẽbra plus erũt
ligãda: sicut crura. si in inferioribus sicut mẽ-
strua ⁊ emorroydes. superiora mẽbra ligent̃:
sicut manus: deinde vinuz subtile detur ⁊ cla-
ruz cuz aqua frigida mixtuz: vnde. G. omnez
inquit defectionez ex inanitione mitigat vinũ
aque frigide mixtũ maxime si ex acutis sit hu-
moribus a stomaco ⁊ a sui pertinentia descẽ-
dentibus. si infirmus doleat caput vel nimiaz
febrez habeat: vel calidũ sit apostema i visceri
bus: vel mens sua alienetur. vinuz nullatenus
h detur: multuz eniz nocet. Item sincopis ex
inanitione iuuat odorifera in naribus habere:
sicut ro. mirta. mala citonia. vinuz mixtuz cuz
sandal'. ⁊ aqua ro. Sincopi transeunte ⁊ ĩfir-
mo in vigorez pristinuz redeunte causam sin-
copis laborem⁹ curare. Medicabimur ergo
medicaminibus que suo loco quibusdaz iam
dedimus ⁊ quibusdaz iaz dabimus suo loco.
Precipienduz est ex inanitione sanguinis nõ
balneari. similiter ⁊ in sudore. Intẽtio nostra
est poros cõstipari ⁊ opilari ⁊ non rarificari.
⁊ mollificari. moliendũ est in loco vbi iacent
stipticuz ⁊ frigiduz aerem curare vel attrahe-
re: vt in domo aspergãtur salices. mirte. vitiũ
extremitates. rose. ⁊ silia. vngamus cum oleo
mirtino. ro. precipiatur quiescere ĩ pace. Ni-
hil horuz iuuat hos omnes quibus in stõ acu
ti currunt hũores: augmentatur eoruz dissolu
tio. quãto magis eoruz claudimus poros. In
huiusmodi dispõne sincopi subueniendũz est
ex inanitõe. ¶ Sincopis si ex calore sit nimio.
vel ex mora in balneo. vel ex aere ĩterclusõ: aq̃
frigida ponenda est in facie. Sunt etiaz iniu-
be dande in aqua frigida. vinuz leue ⁊ subtile
cuz aqua eadez facies euoluenda in parte illa:
vnde ventus fiat. ante faciez eius cuz flabello
faciamus ventuz. frigida ⁊ odorifera odorẽ-
tur. demus mala gra. ⁊ medullas cucumeris.
Dyascor. odores inqt cucumex sincopi vtilis
simi sũt. ¶ Si ex nimio sit frigore oportet ca-
lefacere quãtũ plus possumus: cũ vino musca
taz demus. tyriacã maiorẽ: demus ⁊ mellicra
tuz aro. balnea odorifera ⁊ calida ⁊ aromati-
ca adhibeamus. ¶ Si sincopis ex accñtibus
anĩe sit odorifera sibi faciamus odorare. cãm
morbi ingeniemur auferre ⁊ mẽtẽ ⁊ intentio-
nez suaz in balneis occupare atqȝ in vinis odo
riferis: ⁊ musicis instrumẽtis ⁊ similibus.

¶ Diffinitionem essentialem huius passionis ponamus
sicut dicit Auic̃. Sincopis est defectio virtutis motiue
⁊ sensibilis ̃sm maiorez sui partez. ¶ Huius aũt passio-
nis cã propinqua ⁊ ĩmediata cordis est debilitatio: vel
propter causam priuatam in ipso corde existentem: vel
propter causam aliunde venientez. ex h pz q sincopis
aliquãdo est a cã antecedẽte vel primitiua a causa p̃mi-
tiua sicut a forb⁹ anime accidẽtib⁹: vt a gaudio sup̃fluo
⁊ tristitia ⁊ dolore: ⁊ ab horribili fetore: sicut a cadaueri-
bus mortuoruz ⁊ lacunis: vel a loco ⁊ pestilentia aeris ⁊
similibus. Cause antecedẽtes sunt opilatio ⁊ ea que po-
nit viaticus: ⁊ vermes ad stomacũ ascendentes: ⁊ subita
mutatio de loco ad locuz materie: vt in squinantia pleu
resi. ⁊ peripleumonia: quãdo mãe transferunt̃ circa cor.
Itez ꝑpter repl'onẽ cerebri: vt in appoplexia. Item pro-
pter superfluã repletionem ciborum vel potuum: vel ꝑ-
pter superfluam euacuationem: vel propter puncturam
⁊ morsum venenosorum animalium. Sed talia magis
ad causam primitiuam sicut timor in flobothomia. vel
aspectus rei terribilis. ¶ Quibus autem facilius acci-
dit sincopis sunt ĩfantes ⁊ decrepiti ⁊ cõualeṡcẽ. ¶ Sin-
copis aũt ꝯfirmata curari nõ põt: q signat viri⁹ faciei

⁊ conuersio ⁊ distorsio: quãto aũt diutius perseuerat sin
copis tãto deterior est ⁊ magis pniciosa: imo talis sinco-
pis ꝓprie est mors: q̃ mors nihil aliud est q̃z sincopis ꝑ-
petua. Dicit̃ aũt sincopis a sin ꝙ est cõ. ⁊ copos ꝙ est sci-
sio: quasi cõscisio vite. ¶ Tremor aũt cordis de quo di
ctuz est ⁊ sincopis in crisib⁹ frequẽter accidũt: ꝑꝑ resolu
tionẽ fumoruz ⁊ mãe dispersionez: vñ si virtus nãlis sit
fortis nõ est timẽdũ. alioquin nõ est sine ꝑiculo. Signa
autez tremoris ⁊ sincopis eadẽ sunt i genere. In sincopi
autẽ multo fortiora: q̃ tremor cũ fortificat̃ sincopiz fa-
cit. Sincopis aũt diuturna mortẽ infert. ¶ Sciẽdũ au
tez ꝙ sincopis sine cã primitiua: vel antecedente cũ tre-
more cordis existẽs ex cã priuata est cordis: ⁊ ꝑcipue si
in stomaco vel in alijs mẽbris nullũ precipuũ fuerit no-
cumẽtũ. Sincopis vero cũ nausea ⁊ abhominatõe ⁊ pũ-
ctione in ore stõi ex stomaco gnãtur. ¶ Sincopis autẽ
aliquãdo paulatiz aduenit ⁊ aliquãdo repẽte. In paula-
tina vero paulatiz minuit̃ pulsus ⁊ paulatim infrigidã-
tur extrema. In repẽtina vero repẽte. ¶ Sincopis aũt
alia curabilis alia incurabilis: incurabilis est illa que ẽ
fortis. diuturna. ꝑseuerabil'. cuius cã est malitia cõplo-
nis vl'is. Curã autez curabilis ꝓsequamur: tales aũt pa
tiẽtes aut sunt sine sincopi in actu: aut sunt in sincopi in
actu. Al'r. aut sũt in media dispõne existẽtes: aut i dispo-
sitione ipsius sincopis in effectu: nõ est possibile vt con-
tra cãz sincopis curaz recipiãt: sed sufficit ꝙ ꝯtra accñs
laboret̃: fiat ergo tũc fricatio extremitatũ ⁊ fortis liga-
tio cubitoꝝ ⁊ assellaruz ⁊ sonitus ⁊ clamor coram ipso ⁊
apponant̃ diuerse res aromatice: vt eaꝝ ordinatiõe vir
tus ꝯfortet̃: aromatica aũt narib⁹ sunt apponẽda semꝑ
preter q̃z in sincopi ꝓueniẽte vitio matricis. In suffoca-
tione ergo illius res fetide naribus apponant̃: aromati-
ce vero inferius circa os matricis. ¶ Ante aũt aduentũ
sincopis cõtra eius cãm est laborãdũ. Si sit ex repletio-
ne euacuando ⁊ eꝫ. Si sit ex mala ꝯplone alterando: ⁊ h
omnia fiãt moderate ⁊ nõ repẽte. Et sciẽduz ꝙ in pluri-
ma sincopi necessaria est poroꝝ cõstrictio. ⁊ spũum ꝯser
uatio. sicut vbicũq̃z nimia sit dissolutio. ⁊ euãtio. vbi tñ
est frigus vehemẽs: aut superflua ventris solo. istud nõ
fiat: cũ magis humores ⁊ spũs sint spargẽdi ad exterio-
ra. Mãsiones g̊ taliuz sint in loco frigido: sicut habẽtes
ethicã vbi sincopis fit ex cã frigida vel ex suꝑflua ven-
tris solone. In sincopi autez ex nimia inanitiõe exhibe-
antur iura carniuz ad potandũ: ⁊ aqua pl'ima cuz pauco
vino: vinuz autez in talibus rõnez permiscet ⁊ spasmuz
generat: ⁊ apponant̃ odores aromatici rorales: sicut in
sincopi ex suꝑflua calefactione. ¶ In sincopi aũt ex su-
perfluo motu. vel vomitu: vel clisteri. vel flõmia. calefi-
ant extremitates ⁊ fricent̃ ⁊ inungant̃ cuz oleis calidis
aromaticis ⁊ ligentur extremitates. ¶ In sincopi autẽ
propter sudorez ꝓdest odor mirtilloꝝ ⁊ puluis terre ar
menice ⁊ chimolee ⁊ cortex granatorum supra pectus ⁊
furcellaz emplẽtur. ¶ In sincopi autẽ ex fame paucus
detur cibus: ⁊ exercitiuz breue: ⁊ leuis fricatio mẽbrorũ
⁊ caue ipsos a replone nimia. ne calor nãlis suffocetur.
¶ In sincopi autez ex opilatõe fricãda sunt crura ⁊ dã-
duz est oximel diureticũ ⁊ vinũ subtile ⁊ aromatica ca.
¶ In sincopi ab accñtibus aie ꝯferũt odores boni ⁊ cõ-
fortatio virtutis anialis ⁊ vitalis: ⁊ vomitus ⁊ fricatio
extremitatuz. ¶ Et sil'r in sincopi ex dolore. ¶ In sin-
copi autem ex flõmia detur ante flõmiaz aliq̃s syrupus
ꝯfortatiuus: vt syrupus ro. cũ aqua frigida: aut cũ aqua
ro. aut syrupus de abscinth. ro. l'ra satis pꝫ per predicta.
¶ (Sincopis absolutẽ) Ista ẽ descriptio ꝑ cãz efficiẽtẽ.
h est. n. cã efficiens corruptionis motiue virtutis ꝙ pro-
prie ẽ sincopis: fit aũt h vr̃ solũ ponere diuisionẽ ꝫ cãz
antecedẽtem: licz alie multe vñr esse cãe: (mel'icis) de
mel'ica mã pati⁹ (grauitas sine inflatione flegmatis:)
h vr̃ esse falsuz cũ ex flegmate multa iflatio generet̃. q̃
cum inflatio est de subtili fumo ⁊ cito ꝯsumptibili. ideo
dicit sine inflatione: re^u. s. mãe mel'ice vbi fumositas est
valde grossa. (Aliqñ sincopiz ex accñtibus aie) h videt̃
addere causas primitiuas. (Si sit ex plenitudie) h inci
pit curã cõtra sinthõ. ⁊ nõ cõtra cãm. (Si plenitudo.) h
est cura cõtra cãm: (det̃ oximel') precipue si sit opilatio.
(Ex inanitione) iaz vitiuz multiplex est: ⁊ iõ eius cura
erit multiplex sicut ꝑ predicta ⁊ sequentia patet.

¶ De apostematibus mãmillarum. Cap. XV

In mãmillis aliquando nascunt̃ apo
stemata siue tumor que diuersis fiũt
modis: vel ex corrupto ⁊ putrefacto
sanguine: vel ex quolibet alio humo-
re: vel ex lactis coagulatione ⁊ eius putredi-
ne. ¶ Ex colore saniei vnde fit apostema põt
intelligi. si eniz albuz est ⁊ liuiduz ex coagula-
tione lactis fit: cui oportet subuenire cum me-
dicina ne sanies se ibi colligat. ¶ Si ex sangui
ne sit. vel co. locus rubet ⁊ calet. tunc fortiter
gallia muscata. al'. tũc frons galle vel quercus
pistata. cum oleo ro. desuper est ponenda: vl'
fabe cuz albugine oui diu pistate: vel cuz suc-
co solatri: vel memite: vel boluz ⁊ succuz co-
riandri ⁊ oleuz ro. ¶ Si ex frigiditate sit: mi-
ca panis supponatur cuz apij fronde vel ster-
cus bouis: vel fenugre. ⁊ mellilotuz cuz sisa-
mileon: vel crocus cum lacte mulieris. ¶ Si
durum sit apostema feces aceti superpone vl'
feces ferramentorũ molendini. ¶ Si ex coa-
gulatione lactis. lentes. ⁊ seminis lini farinaz
⁊ oleuz ro. ⁊. cc. superponas atq̃z oua cũ cor-
ticibus suis in oleo ro. insimul pistata ⁊ cimi-
nuz cuz melle pistatuz ⁊ tẽperatum. caulium
radices: menta. fabarum farina. h apostemata
dissoluunt ⁊ lac constringunt. sil'r facit sal ⁊ fa
ba. Itez oportet in desiccando lacte siue extra
hendo allaborare. spongia africana vel mari-
na infusa in aqua ⁊ aceto contra omnia valet
vitia. ¶ Aliud. dolorem vel tumorem mãmil
laruz sanat. enule folia superligata prius pa-
ruz contusa. ¶ Aliud. farina fabaruz cribrata
⁊ oui vitello cõmixta omnes dolores ⁊ tumo
res omniuz locorum superimposita mitigat.
¶ Aliud. album marubiũ cuz assungia vete-
ri tritũ dolorẽ sedat superimpositũ. ¶ Aliud.
stercus columbinuz cum melle ⁊ cera resolu-
tum ⁊ tritum dolorem mãmillaruz ⁊ inflatio
nez dissoluit: ⁊ ꝙ ille non crescant idem facit.
¶ Aliđ. maratrũ tritũ cũ assungia veteri ⁊ cuz
lintheo suppositũ lactis coagl'atiõez dissoluit

¶ Istud caplm est de passionibus mãmillarum: que multiplices sunt ⁊ diuerse: aduenit. n. aliquãdo passio in mãmillis: vt apa. nodi. glãdule. durities. corrosiões. ⁊ vlcera: ⁊ insup nimia magnitudo ⁊ inflatio ⁊ dolor. Sepius est ex lacte supabundante: apa vero ab humoribus putrefactis: nodi ⁊ glãdule ex flegmate acetoso. vel melia. corrosio vo ex sanguine adusto vel colera. Magnitudo vero ⁊ augmentũ ex supfluitate mᶜ nutrimẽtum. ¶ In dolore vero vel inflatiõe ex lacte superfluo extrahat hꝰ mulgẽdo vel cõprimẽdo. Itẽ prouocent mẽstrua nisi sit impedimentũ lactationis vel ipregnatiõis. Super mãmillas vero ponat emplastruz de succo apy. farina frumenti ad resoluẽdũ inflationẽ. In pncipio tñ cũ incipit aggregari leuia ponant repcussiua. cũ paucis subtiliatiuis: vt est embrocatio cũ aceto vel aqua ca. vl in oximelle ponat farina fabaꝝ: ⁊ paruz de oleo ro. ⁊ superponat: h autez repcutit suauiter leuiter resoluẽdo: h silr in pncipio apatum calidoꝝ possunt fieri: qbus etiã prosunt folia solatri cõtrita cũ oleo ro. Si autẽ apata calida sint in augmẽto. valz panis triticeus cũ farina fabaꝝ: ⁊ ordeuz ⁊ fenugre. distẽperata cũ oleo comuni. Itez decoquatur radix bismalue. decocta pistet: deinde appositis duobꝰ vitell ouoꝝ crocuz ⁊ mirra fiat emplm: prodest ẽt semẽ lini cũ aceto. cauẽda semp sunt repcussiua fortia ne per hec mã repcutiat ad spũalia ⁊ fiat pleuresis: vel pipleumonia. Itẽ cauẽdũ est ne p nimis exiccatiua subtili resoluto residuuz ingrosset ⁊ induret. ¶ In apatibus vo fridis cõfert apiũ. mellilotũ. camomilla cũ farina tritici ⁊ melle. ¶ In nodis vero ⁊ glãdulis ⁊ duritie mãmillaruz. Auic. iubet apponi rizi cõtritũ cũ vino. vl admisceatur rizi cũ oleo viol. ⁊ vitel. ouoꝝ. ⁊ puluere dragagan. ⁊ superponat. Si aũt durities sit fortis. resoluat pix ⁊ cera in oleo ro. ⁊ aqua superponat apposito modico d felle bouis. fex etiã vini veteris aut aceti prodest si illiniatur. In nodis ⁊ glãdulis spãle est si fiat emplm de folys rute ⁊ de folys persici recẽtibus. ¶ In vlceribꝰ vo ponamus in vino nuces cypressi. sumac. sella. cassialig. ⁊ sic maneãt per. x. dies: deĩde coquãtur ad medietatez. colẽtur: ⁊ iteꝝ decoquant donec inspissent: h valet in oibus vlceribꝰ. ¶ Cõtra vero nimiuz augmẽtũ mãmillaꝝ distẽperet cerusa ⁊ chimolea cuz succo apy: vel papaueris al. vel iusquiami. apposito pauco oleo mastic. vbi pãnus infundat: ⁊ sup mãmillas ponat. Aliud. opiũ iusquiam. terant ⁊ cũ aceto distẽperata superponant: siue acacia ⁊ cerusa ⁊ terra armenica cũ succo iusquiami. vel aq psily cuz pauco aceto: vl spõgia infusa in aqua ⁊ aceto. ¶ In mãmil.) paucas ponit passiões. sed frequẽtius contingẽtes (ex colore) suple saniei in pncipio apparẽte: quoniã est albus vel liuidus. (Si de sanguie) qr tũc rubet. ⁊ sic de alys hũoribus (vel fabe) nõ q fabe in aceto cocte in principio debẽt apponi: sed in augmento cocte in vino. (Si ex ꝯgelatione) h pmo mulgeat. postea mica panis cũ aceto ⁊ succo apy distẽperata superponat: vel ẽt cum vino. q etiã valz cõtra tumorez brachy cũ inflat in flõmia: ad h quidez multũ valz pes colũbinus cõtritus cũ vino distẽperatus (feces ferramẽtoꝝ) per h signat pul. qui iacet circa molã qñ ꝯfundat ⁊ cũ bis acuto vel martello q idẽ ẽ aspat puis lapill. ꝯmixtis. iste pluis cũ aceto distemperet ⁊ cuz vino. talis puluis ca. est ⁊ sic. vnde dissoluit durum apostema mãmillarum.

¶ De fetore asselarum. Cap. XVI.



Multi patiunt in calore vl coytu assellarũ fetorẽ: vnde humores in corpore significantur putridi esse. Cõuenit ergo prius purgare corpus: deinde litargir. accipiamus tẽperatuz cuz succo solatri. vl cuz sola aqua. vel aqua ros. ⁊ inde vngamus. Silr facit ro. cuz aqua. Iterũ alumẽ siue mirra: siue yreos qdcũq horuz cuz aqua tẽperet: ⁊ locus ille vnctus adiuuatur. ¶ Aliud. ℞. litargi. ʒ. ij. aluminis. ʒ. i. rose. mirte. añ. exagi. i. mirre. exagi. sufficit fac pul. laua assellaz cum vino ⁊ pul. hũc inijcito. idez fac mirta ⁊ puluerizata ⁊ sicca.

¶ Istud caplm est de fetore assellaruz: asselle autez sunt emũctoria cordis: qr cor cõtinue sufflat versus illas ad modũ foll. fabroruz: vnde ex vaporibus insufflatis i eis sudor efficitur qui humoruz qualitati attestatur: q si sudor sit acetosus signat melicos humores. Si multus sit ⁊ ligdus ⁊ insipidus flegmaticos. Si acutus colericos. Si aũt sit fetidus corrosionẽ signat vlem in humoribꝰ: vnde est signũ ad lepram: necesse erit ergo corpus bene purgari: deinde sequãtur remedia que ponit auc. q sunt valde laudabilia.

¶ Incipit quartus liber de difficultate trãsglutiendi in gutture. Caplm. I.



Quoniam in tertio libro superiori morbos ⁊ medicinas diximꝰ mẽbroruz suientiũ spiritui. ꝯsequẽs ordo expetit tractare de mbris attinẽtibus cibarijs: ⁊ eorũ medicinis. ¶ Incipiamꝰ ergo a meri qd ab ore cibũ ad stõm ducit: est autez totus liber iste. xx. capituloruz. Istud meri magnũ iuuamentũ est corporis cũ portet cibuz ad stõm ⁊ potum. h autez patit tribus modis: vel ex mutatione cõplexionis: vel ex apate: vel vulnere: vnde eius actio mutatur ⁊ trãsglutiendi vsus aufertur. ¶ Si ex mutatatione contingat complexiõis paulatiz ⁊ cũ mora aliq transglutit. ⁊ h cuz labore: cuz nec grauet: nec clausuz sit. Si ex calida cõplexione sit. sitim ⁊ asperitatem patitur cuz fumositate. Si ex frigiditate: neq sitit: neq est aspera. Si apa sit causa apatis loco dolor sentitur ⁊ angustia cuz cibum transglutit. In apostemate cuz dolore fit transglutio cibi sed cũ transierit dolor ⁊ angustia quiescit. Si apostema sit caliduz cũ dolore sitiz ⁊ calorez

sentit nimiuz. Si frigidū grauitatez ⁊ sine pul
satione ⁊ siti sentit dolorez. ¶ Si in gula sint
vulnera puncturaz cum dolore sentit: ⁊ ma-
xime si salsa ⁊ acida comederit: quapropter i-
tellecta causa: opz vt subsequatur cito medici
na. ¶ Si ex mutatione cōplexionis sit cuz so-
lo dolore vel calore ⁊ siccitate opz medicum
intelligere: post solutio est procurāda ⁊ cum
frigida causa: sicut cuz sirupo viol. prunoruz
sirupo. cucurb. succo. cū zucca. ⁊ amigdaleo
Nutriatur cuz portul. cucur. crisolocāna bli-
ti: lactuc. ⁊ similibus. Dande sunt pillule ad
h valentes dolorez ⁊ siccitatem in meri ⁊ pe-
ctore mitigantes. ℞. gūmi arab. dragagan. se.
portul. ⁊ malue. se. citonioruz. añ. ʒ. x. liquiri.
succi. exag. i. se. lactuce: gummi cerasoruz. añ.
ʒ. ß. fac pul. ⁊ cuz sirupo viol. tempera in mo
duz fabe faciens pill. ⁊ sub lingua ponat que
cuz dissoluuntur transglutiat: trociscos cam-
phoratos ⁊ trociscos valentes cōtra calorem
stomaci in libro stomaci īuenies. ¶ Si impe
dimentuz transglutiēdi sit ex frigore ⁊ frigidi-
tate cōplexionis dētur succi scariole ⁊ apij be-
ne cocti cū melle ro. detur etiā dyanisuz ⁊ pill.
quas in frigida tussi diximus. Nutriatur cum
calidis ⁊ mollescētibus siue carne siue alia re.
dētur iura cicerina bene cōdita. ¶ Si aposte-
ma transglutiendi moraz fecerit an calidus sit
videamus: ⁊ si sit calidū tunc cassiā fist. ⁊ mā-
naz cuz oleo viol. demus ⁊ succū solatri bene
coctuz ⁊ colatum. demus etiaz pill. quas sub
lingua diximus tenēdas. Nutriamus cuz cuz
iusculis ⁊ refrigerātibus: sicut cuz ptisano cu
curb. portul. crisolocāna cū amigdaleo. ¶ Si
ex frigido sit apostemate demus ysopum co-
ctuz cū melle prassicū syrupuz: ⁊ pill. quas fe-
cimus in frigida tussi. si crepuerint interiꝰ apo
stemata ⁊ infirmus febriat detur ptisana cuz
amigdaleo ⁊ zucca. si cibuz medicinalez que-
rimus calamentū ptisane cuz zuccaro demus
⁊ amigdaleo: si virtus deficiat detur lac capri
nuz in quo petra inijtiatur calidissima. ¶ Si
apostema sit exterius ⁊ calidū eē videatur ca-
thaplasma de psilio faciamus: ⁊ lini se. cuz la-
cte caprino temperato: ⁊ si nō sit ex calore fe-
nugrecuz ⁊ se. bōbicinuz demus. ¶ Si sit ex
vulneribus demus quibus vulnera solidētur:
sicut succuz arnoglo. cuz bolo ⁊ terebentinaz
cuz melle: ⁊ maxie si vulnera sint vetera. Nu-
triamus cuz scariola ⁊ mica panis. si sit sine fe
bribus mellicratuz demus. si sit cuz febribus
ptisanaz demus: ⁊ vulnera meri medicentur

⁊ cannaliuz pulmonis atqz gutturis. ¶ Que
cūqz in his membris nascitur infirmitas nō su
bito: sz paulatiz dāda est medicina: non. n. his
damꝰ vt maneat: sed vt trāseundo subueniat.
¶ Scōm ordinez pretaxatū ab initio in h. 4.° lib.° īcipit
auc. agere de causis ⁊ signis ⁊ curis passionuz in mēbris
nutritiuis frequēter accidētiū: nō tamē multū exqsite ⁊
subtilr: sz ad modū breuiary: vt in libris supradictis. In
cipiēs ġ a pte supiori stōi: que dr̄ meri pcedit ɔti ad ptē
īferiorē q̄ dr̄ anꝰ hm ꝙ stō ɔtinuat. ¶ Dicimꝰ ġ ꝙ stōus
diuisus est in duas ptes. pa dr̄ os stōi. i. meri siue ysofagꝰ.
scda vo est īferior eiꝰ ɔcauitas. he aūt ptes differūt inter
se. s. in suba ⁊ actiōe: in suba qm̄ stōi os. i. suba meri magi
est lacertosuz ⁊ neruosuz. ɔcauitas vo stōi est magis car-
nosa ⁊ minꝰ neruosa. h sic intellige: qr in meri minꝰ est de
carne ⁊ plus de neruo ⁊ ligamento ex qbꝰ est lacertꝰ. In
ɔcauitate vo stōi minꝰ est de ligamētis ⁊ neruis: ⁊ plus d
carne: ⁊ q̄to plus dscēdit tāto plus caro augmētat pp di
gestionē. In actiōe aūt differūt: qr q̄uis vtraqz ps digō-
nez efficiat ⁊ appetitū. ps vo supior plus hz de appetitu
⁊ minꝰ de digōne. ɔcauitas eo. ¶ Sciēdū aūt qm̄ lacer-
ti q mouēt meri ad attrahēdū ortū hñt a pmis spondili-
bus colli ⁊ dñr lōgitudiales: qr p eos fit attractio ⁊ actio
trāsglutiēdi que est nālis actio ipsiꝰ stōi. vomitꝰ aūt non
est actio nālis: imo fit p quosdā lacertos q nō sunt intra
subaz meri: sz sunt in q̄dā pellicula exteriꝰ ipz īuoluente
⁊ dñr latitudiales: p illos. n. fit expulsio supflui illuc de-
currētis. ¶ Cū ġ vtraqz ps stōi diuersas passiones īcur-
rat. p pseq̄mur passionē meri: qr ipsa pa est in ordīe loca-
li ⁊ aptiōe seu opōne. Incurrit ġ meri morbos ɔsiles et
officiales ⁊ cōes: sicut oīa gnā apatū ⁊ opilōes: qm̄ coar-
tat a spōdilibꝰ colli dislocatis: sicut diximꝰ in squinātia:
aut pp apa mēbri circūstātis: aut pp supfluum fluxū san
guinis: h. n. oīa īpediūt offm̄ trāsglutiēdi. ⁊ īsup nocumē
tū accidit in lacertis latitudinalibꝰ: q̄ ēt adiuuāt illā eā-
dē opōnē ex eo ꝙ lōgitudinales attrahūt supiꝰ. latitudi
nales vo īferiꝰ ɔpmūt. ¶ Haꝝ igit passionū cāe p sua si-
gna īuestigant. Signa aūt morboꝝ ɔsiliū p se patēt pp
accñtia malaꝝ ɔplonū. Apata vo tactu vl visu cognoscū
tur: vl p sua signa q̄ ponit ɔstātinꝰ. Coartatio aūt ppter
dislocationē spōdiliū p dolorē colli māifestat: ⁊ p h ite-
rū ꝙ ɔstrictio ⁊ dolor augmētat duz patiēs iacet supinꝰ
¶ Si ġ mala ɔplo sit cā passiōis īsistat cuz alteratiuis.
In cala ġ ⁊ sicca ɔplone illinias frido ⁊ hūido sup spatu
las ⁊ ɔsilia empla ponas. Sorbeat lac acetosuz ⁊ butyꝝ
recēs cū succis fridis ⁊ hūidis. In ɔplone frida ⁊ hūida
apponant ɔria: sicut emplz rafaninū: muscellinuz: costi-
nū: fiāt gargarismata cala dissolutiua ⁊ ɔsūptiua ⁊ i apa
tibꝰ apponant maturatiua. ⁊ fiant que dicit auc. ¶ Qm̄
in 3.° li.°) trāsitu vtit seipz ɔtinuās. spūi. i. anhelitui. (at-
tinētibꝰ) mēbris in qbꝰ cibaria digerunt: ⁊ p q̄ trāseunt
sicut h de qbꝰ ītēdit: (⁊ cū mora trāsglutiēdi) fac. n. mo-
rā eq̄lr in q̄lz pte cū q̄lz ps moueat ⁊ patiat eq̄lr. (h cū
labore.) qr multū est debilitatū. (cū nā grauet) cū. n. in
eo hūores nō sint nō grauant pp coartationē nō multū
dolet (nec clausū sit). i. nō opilat. (sz ex cala ɔplone) h
valz sirupꝰ de psilio cū dragg. ⁊ gūmi ara. talia. n. sua vis-
cositate alterāt malā ɔplonē ⁊ ɔsolidāt vlcera cū cibus:
qr cū tāgit a cibario ɔprimitur ⁊ ex ɔpressione fit dolor
(⁊ angustia quiescit:) qr tūc nō cōprimitur. (℞. gūmi
arab.) pill. iste valēt in h casu ⁊ in passione spūaliū. ⁊ in
ca. ⁊ sic. cā. (Si apa trās.) in hoc casu fiat emplm cuz rā-
dice malue bismalue. senetion. decoctōis apposita faria
frumenti. facta autez prius inunctione cum oleo viol. ⁊

butyro recēti in cā ca. vel apponatur fariā ordei: qđ me-
lius est. In frigida vero cā. fiat iunctio cuꝫ oleo laurino
Si ex frigido apate h̄ fiat gargarismꝰ cū decoctione yso
pi: prassij: ficus ligri. se. lini: ⁊ psiliuꝫ. id. n. remollit māꝫ
⁊ generat saniē si fiat pluries in die. In oī autē apate: an̄
oīa debꝫ fieri clistere si sit neciuꝫ. (de psilio) qꝛ psilium
est nimis frigiduꝫ: apponat̄ se. lini: ⁊ lac vt sic tēperet̄: qꝛ
in oī apate dꝫ fieri clistere si sit neciuꝫ. (Si sit ex vulne-
ribus) vulnꝰ si sit vetꝰ semꝑ est cū sanie: ꝑꝑ hoc nō ꝑter-
mittēda sunt mūdificatiua cuꝫ aqua decoctionis herbe
roberti apij: ysopi cū melle (terebētina) liquor ē cuius-
daꝫ arboris mūdificatiua est (mellicratum) de melle ⁊
aqua. mūdificatiuū est (nō. n. his damꝰ vt maneat) sup.
qꝛ ibi nō pōt manere: ⁊ ꝑꝑ h̄ in his q̄ dant̄ in passionibꝰ
mēbroꝝ supioꝝ nō dꝫ seq potꝰ: qꝛ v̄tus medicine per po
tuꝫ extinguit̄: ⁊ total'r trahit̄ ad iferiora. Meliꝰ ḡ erit vt
per longuꝫ transitū: ⁊ paulatim trāsglutiatur: ⁊ ideo dic̄
nō damus vt maneat in ore stomaci: qꝛ non pōt fieri: sed
in suo trāsitu succurrat̄ patiēti trāsglutiēdo.

¶ De defectione appetitus. Cap. II.

Desiderium cibi ⁊ potus esse intelligi
mus sensum stomaci exinaniti in ve-
nis recepta suggentibus. ¶ Corru-
ptio desiderij fit tribꝰ modis. Ex hu-
moribus crudis: vel colericis ori stomaci do-
minantibus vel ex ablatione virtutis deside-
rabilis ⁊ sensibilis mortificatiōe sui vel ex cor
ruptione mentis appetituꝫ nullius cibi neces-
sariuꝫ intelligētis. ¶ Si ex crudis sit humori-
bus acida ructuatio sequitur ⁊ stomacus sine
siti inflatur ⁊ parum digerit: si ex colericis sit
humoribus fumositatem sentit ructuationis
cum ardore stomaci ⁊ siti: ⁊ cum velocitate
grossum cibuꝫ digerēdi ⁊ difficultate subtileꝫ
cibū emittendi. al'. immutandi. si ex defectione
desiderabilis virtutis sit ⁊ mortificatione sui
infirmus cibum prius appetituꝫ ⁊ amatū ab-
horret saporanduꝫ: neq̄ꝫ vult accipere eum: ⁊
qđ peius est nullum ciborū habet desideriuꝫ.
¶ Ablatio enim desiderij ciborū in omnibus
morbis diuturnis pessima est: maxime in dis-
sinterijs. ¶ Or si sit ex corruptione mentis pa
lam fit visui cuius medicina mentis tātuꝫ mo
do erit cura. ¶ Si ex humoribꝰ sit crudis opꝫ
cum vomitu ⁊ solutione purgare. si nō humo
res mali in bonas qualitates mutādi sunt. dā-
dus est cibus ⁊ potus quibus humores clau
si purificentur. ¶ Trifera. S. stomacuꝫ con-
fortans digestionem ⁊ appetitum adiuuans
ventositatem dissoluens colorē maluꝫ ꝑpter
frigiditatem stomaci siue emorroydarū existē
tem emendās. ℞. mirab. ci. chebul'. indo. em-
bli. belli. an̄. ʒ. x. fac pul. cū amigdaleo frican-
dū: deinde mixtis pulueribus zinzib. masticis
cinamomi ciperi gariof. an̄. ʒ. vi. galange: apij
maratri anisi ameos assari: spice. c̄c̄. an̄. ʒ. vij.
costi piperis nig. ⁊ lon. tapsie. ana. ʒ. iij. nucis
musca. macis peni đ. cardamomi: tantūdē. ad-
datur mel qđ sufficit. in modū auellane detur
ieiunis cum aqua ca. ¶ Aliud valens ad ideꝫ
℞. mirabol'. ido. belli. embli. an̄. ℥. ß. h̄ trita cū
amigdaleo fricabis. deinde puluerizatis anisi
cimini: cinamomi gariof. galange carui masti
cis zinzib. an̄. ʒ. iij. absinth. myrte. se. ro. an̄. ʒ.
iiij. calamēti orig. folij amidi. an̄. ʒ. iij. acori: sti
gui. i. morelle: yringorum radic̄. aristol'. ro. sti
cados. c̄c̄. an̄. ʒ. ij. mel. quātum sufficit. in mo-
dum auell'. vel castanee cum aqua cal'. ieiunis
detur. ¶ Trifera magna det̄ his qui defectuꝫ
patiuntur ⁊ incēdium siue calorem in stoma-
co. ℞. mirabo. ci. ʒ. x. chebul'. embli. an̄. ʒ. v. h̄
puluerizata cum aqua ro. tēperentur. deinde
puluerizatis ro. spodij. an̄. ʒ. iiij. sandali albi ⁊
rub. se. myrte. se. portul'. galle liquir. ana. ʒ. ij.
croci mastic̄. cacabre. al'. karabe cāphore an̄. ʒ.
j. priori confectioni admisce. ʒ. iij. cum sirupo
ro. detur. ¶ Si ex defectione sit virtutis dya
trion pip. valet ad dissoluendum humiditatē
stomaci flegma calefacit ⁊ desiccat: ⁊ omnes
frigidas pas. viscerū curat. ℞. piperis al. ni. ⁊
lon. zinzib. cimini maratri apij. c̄c̄. gariofi. co-
sti masti. an̄. ℥. iij. assari. ℥. i. xilobalsami carpo
bal. cassie spice amomi. an̄. ℥. ß. mellis quantū
sufficit. ¶ Valet etiam oleum lētiscinum ad
punctionē ⁊ caliditatē stomaci: ⁊ incensionē
que fit de colera rubea. ℞. rosarū sandali albi
⁊ rub. an̄. ʒ. iiij. spodij: gallarū mastic̄. an̄. ʒ. i.
oīa ista trita coq̄ i lib. i. succi solatri vsq̄ꝫ ad me
dietatem: quo colato mitte. ʒ. iiij. olei ro. Iteꝫ
coquātur quousq̄ꝫ solum oleū remaneat: de-
inde stomacū vnge. ¶ ℞. rodostomatis. i. aq̄
ro. succi solatri vue agrestis: succi myrthe. an̄.
℥. i. olei ro. violati. an̄. ℥. ij. sandali alb. gall. an̄.
exag. i. omnia coque dōec solū remaneat oleū.
¶ Si ex colericis sit humoribus res frigida ⁊
stiptica detur ⁊ acida postq̄ꝫ purgabit̄: omne
enim refrigerans confortat appetitum. calefa
ciens ecōtra: qꝛ frigiditas adiuuat ⁊ ꝑtes san-
guinis dispersas per stomacum: ⁊ venas coa
gulat ⁊ inanit loca ātea plena: que duꝫ natura
implere querat appetitum generat replentiuꝫ
ciborum. calor enim facit econtra: cum enim
calefaciat ⁊ dispergendo calefacta loca ipleat
exinanita necesse est vt fastidium faciat. Iteꝫ
frigor pungit stomacū dum exiccat eum sicut
superius dictum est. ¶ Si sit ex defectiōe vir
tutis appetitiue queramus ex qua sit comple-
xione membro appetitiuo ⁊ deficiente domi-

nante: ꝙ ex contrarijs medicari contingit: oīs enīz defectio virtutis nālis ex mala est ꝯplōne mēbꝝ cuiꝰ virtꝰ est dn̄ante ⁊ superante ipsuz.

¶ Istud caplm̄ nō est de fastidio: sed de corruptione desidery.i.defectu appetitus sensibilis: qui est in ore stōaci. ¶ Passiones aūt meri siue oris stōi vt habemus a Constātino in pātegni ⁊ in libro stomaci: multe sunt ⁊ diuerse. pᵃ est defectio trāsglutiēdi de qua dictū est. de alys āt ꝓseqtur que sunt corruptio appetitꝰ vl' desidery: caninꝰ appetitꝰ. bolismꝰ. ablatio appetitus. vel irrōnalis: dolor ꝑcordioꝝ: sitis: singultꝰ. vomitꝰ. eructuatio. natatio cibi in ore stōaci. appellatur ḡ corruptio desidery: qn̄ adhuc est modicū desiderium in ore stōaci: ꝫ cibi desiderati in stōaco paꝝ recepti bn̄ digerūt. fastidiū.n. alia est passio inferiꝰ dōa. ¶ Corruptio vō desidery.i. īmoratio vel minoratio appetitꝰ. Aliqn̄ est ex sola mala ꝯplōne. aliqn̄ ex cā māli: aliqn̄ ꝑꝑ apa ⁊ tumorem ꝑter nām. aliqn̄ fit in mulieribꝰ ꝯcipiētibꝰ. ⁊ aliqn̄ ꝑꝑ vulnera supueniētia: vl' ꝑꝑ fumos meri īficiētes: ⁊ ꝑꝑ passionē neruoꝝ: sic ꝯtigit ꝙ capite dolēte cetera mēbra dolēt.i. si cōpatiat̄ vt totꝰ stōus pellicule: ⁊ oēs nerui. Ista ḡ dimiūtio desidery frequētiꝰ accidit ex caliditate: quā cām designāt sua accidētia.i. sitis oris amaritudo appetitꝰ frigidoꝝ. vl' plīma in eis delectatio. ¶ Si aūt mā sit colica vomitꝰ erit colericus: ⁊ pūctio cuz replōne stōaci colica. Si aūt adsit cā frida stōi ꝯplō que sensuz dimiuat. pua erit sitis. calida iuuabūt. Et scias ꝙ frigiditas raro dbilitat appetitū. qd si cōtingat valde malū est: qr signat mortificationē. Itē fe. pestilētialis debilitat appetitū. Itē fluxꝰ catarri a capite descēdētes. Itē fluxus vētris qn̄ virtus incipit prosterni: ⁊ nō an̄. Itez paucitas sanguis laudabilis debilitat appetitū. Itē plīma repletio cū paucitate resolōnis: qr cibꝰ nō ē nisi ad restaurādū: ⁊ si nihil resoluat̄ nihil restaurat̄: vnde mēbra nihil appetunt. Itez opilatio viaꝝ ipedit ne exsugatur ⁊ retrahatur a stomaco vl' ab epate. Itez ablatio melie acris que solet appetituz excitare in stomaco. Itez mortificatio virtutis sensibilis. Itē ascensus vermiū. Itē expō ad calorē superfluū aeris: vnde calor īnatus resoluitur ⁊ humores currunt ad loca vacua replentes: silr facit superflua frigiditas aeris: vnde stupefiunt mēbra: ⁊ virtus sensibilis: ⁊ membra stupefacta retrahūt. Itez accidētia aīe: sicut timor: ira: tristitia: sollicitudo: ⁊ cetere occupatiōes. Itez exercitiū: vnde calor superfluus excitat̄: vel quādo humores plm̄ mouentur vel spargunt̄ anteꝗ̄ resoluant̄ ⁊ cōsumant̄: qr tunc seqt̄ fortis appetitꝰ. H aūt est in pn̄ᵒ fortis exercity ꝙ mouet: sed nō resoluit. oēs autē iste cāe duz sunt debiles adhuc debilitāt appetitū. duz autez sunt fortes ⁊ vltimate. destruūt vel auferunt oio. vnde pꝫ ꝙ eedez sunt cāe in spē debilitātes ⁊ auferētes. ¶ Et scias ꝙ aliquis in pn̄ᵒ prādy nō esurit: sed quādo īcipit comedere excitatur appetitus cuiꝰ cā duplex est. vna est qr cibus excitat virtutez attractiuā. Altera vero est qr cibus receptus actu minꝰ calidus alterat stomacū calidiorē actu: ꝓpter vapores: vel ꝑꝑ aliud. Itē ꝙ aliqs appetat pᵒ ⁊ post nō appetat cibo nō accepto: cōtingit ꝓpter vapores vel hūores aliūde attractos stomacū inficiētes. ¶ Signa autē cāꝝ primitiuaꝝ per indicia patiētis possunt haberi: vt est ipregnatio ascensus vermiū. subita alteratio a calore vel frigiditate vel accidētia anie. Signa aūt cōplexionis superius sunt prelibata. Signa autē pauce resolutionis sunt spissitudo cutis: quies: ociū: trāquillitas: ⁊ qr post exercitiū appetitus cōfortat̄. Signa aūt vlcerū in meri sūt dolor ⁊ mordicatio in trāsitu acetosi vel acuti humoris vl' cibary. ⁊ aliquādo excreatur sputū saniosum. Signa āt corruptoꝝ humoꝝ sunt nausea ⁊ fetor oris aliquando. Signa autē ablationis melie acris vel absentis sunt: qn̄ durities splenis ⁊ reditus appetitus ꝓpter vsum acetosorū ⁊ ponticoꝝ. Signa aūt paucitatis sanguinis sumūtur a morbis precedētibus. Signa corruptionis virtutis sensibilis sumunt̄ per remotionez alioꝝ signoꝝ: ⁊ quia acuta acetosa ⁊ amara paꝝ sentiunt̄. ¶ In curatione ḡ causa per sua signa inuestiget̄. Si ergo debilitet̄ vel destruatur appetitus ꝓpter caliditatez solā sine mā vel cū mā: multuz iuuat potus aque frigidissime in parua ꝗ̄titate. Itez iuuant oēs succi acetosi ⁊ malagra. Item vsus istius cōfectionis iuuat. ℞. ro. ʒ. x. sumach. ʒ. y. cardamomi. ʒ. i. fiant trocisci: vel sumatur pondus. y. ʒ. cum aqua frigida vel cū succo granatoꝝ vel acedule. Si aūt adsit colera ⁊ humor ca. sumat̄ sirupus acetosus ⁊ euacuetur cū mirab. ⁊ raubar. ⁊ nō scamonea: qr nō valz in hac passione. Itē ꝓuocet̄ vomitus. humoribꝰ purgatis fiāt emplastra frigida: ⁊ fiat cura iā dicta in caliditate. ¶ Si āt deficiat appetitus ꝓpter frigiditatē sine mā iuuat dyatrion pipereon. dyacalamentū. tyriaca: gariofil'. cinamomū: ⁊ cōsimilia: vel melius cū gariofilata ⁊ sil'ia. Si aūt adsunt humores frigidi viscosi oximel ⁊ mel iuuat ⁊ vomitus. mā vero incisa ⁊ diuisa per comestionez raphani ⁊ rad. educatur. Si autez fit ꝓpter nocumētū a cerebro veniēs cerebrū cōfortetur per el'ia. per iunctiones: ꝑ curationes catarroꝝ. ¶ Si aūt adsit ꝓpter priuationē resolutionis rarificet̄ cutis cū balneo exercitio: fricatiōe: ꝓuocatione sudoris. ¶ Sed ꝓpter ꝑuationē acris melācolie: ⁊ cā sit in splene. curet̄ splen per dyacostū ⁊ dyacapparis: per vaporatiōes ⁊ īunctiones. aperiat̄ via que ducit meliaz ad os stomaci. per epithimū ⁊ sirupuz acetosum. ¶ Si aūt sit ꝓpter īpregnationez īiungat̄ exercitiū tēperatū. bibat vinū vetus odoriferū. ¶ Si sit ꝑꝑ aīe accidētia remoueatur per suuz cōtrariū. ¶ Si sit ꝓpter debilitatē v̓tutis ⁊ mortificationē studeatur in rectificatione cōplexionis. (Desideriuz cibi ⁊c.)

¶ Tractaturus auc. de malitia appetitꝰ premittit de eiꝰ diminutione ⁊ debilitate in hoc capitulo. oīs eniz operatio aut debilitat̄: aut oio destruitur: aut in oppositū mutatur. de destructione ⁊ mutatione in oppositū īferiꝰ dicetur. H ergo agit de diminutiōe. ⁊ ꝑmittit de bono ⁊ laudabili dicens (desideriū cibi) vt per cōtrariū meliꝰ patefiat appetitꝰ a bonitate dimiutꝰ vel illaudabilis (stōi sensus) oris stōi vbi v̓tꝰ est fortis (corruptio desidery.) .i. debilitatio (tribꝰ modis) tribꝰ causis. iste eedē cāe fortes sunt valde appetitꝰ destitutiue. (ex ablatiōe).i. debilitate (vl' corruptiōe mēt) desipiētia (acida eructatio) signū est digōnis (ablatio desidery) sup.i ꝑte vl' in toto (pessima) Si.n. corpꝰ resoluat̄ ⁊ nihil restituat̄ cito ꝑit. (ex dissolōne).i. solōne. s. medicia laxatiua. Nota ꝙ humores īcorrigibiles sunt euacuādi: ꝫ corrigibiles (mutādi sunt).i. corrigēdi. (trifera) antidot. est hūores ꝯpūctos euacuās ⁊ ꝯsumēs v̓tutē ꝯfortans. In cā multū ca. nihil ꝯfert: ꝫ in causis fridis vl' ad friditatē declinātibꝰ (cū amigd).i. cū oleo amigd. nō ītelligas ꝙ oleū sit apponēduz: ꝫ pul. mirab. cū oleo sunt fricādi: vt eoꝝ asꝑitas ⁊ horribilitas remoueat̄ (adde mel) H ꝯfectio more ely ꝑt dari ad ꝗ̄titatē castanee sequēte potu vini odoriferi (strigni).i. solatri cū aq̄ ca. īmo cū vino si sit sine fe. (⁊ acida).i. appetitū excitāt ꝙ pꝫ ꝑ ꝑdicta.

¶ De bolismo. Cap. III.

FRigiditatem stomaci maiorez habere appetitū ꝗ̄ calorez intelligit ꝗbusꝫ

glz rem discernens:sicut eniz iā diximꝰ cū dis-
persa per stomacū in vnum ex frigiditate coa-
dunantur:loca autē plena euacuātur: ⁊ ita ap
petitus efficitur:que frigiditas cuz augmenta
ta naturalez modū excedat:vltimitatem appe
tendi necesse est vt faciat: vnde nō suo nomie
appellata vocatur appetitio canina. Q̄d tribꝰ
modis fit:vel ex frigida complexiōe oris stōa-
ci dominā̄te:vel ex acidis humoribus ibidez
coadunātibꝰ:vel ex vltimitate exinaniēdi quā
patitur vis corporis ex frigida complexiōe de
aliquo acido humore nimiaz sequi solutiōem
est videre:vnde corpus debilitatur : ⁊ plusq̄z
digerat mā̄ducat:omnis enim digestio ex ca-
lore fit temperato vel nimio:cuz ergo aliquis
hac laborat īfirmitate:quia caret calore: plus-
q̄z digerat potest mā̄ducare. Cum eniz ex de-
fectione cōtingit virtutis cōtētiue q̄d mā̄duca
tur in stomaco nō digeritur. Sed fere sicut i-
trat crudūz ⁊ idigestum itidē emittitur per se-
cessum. ¶ Cuz ergo certificatur vnde h̄ infir-
mitas oriatur:tunc tā̄dez allaborā̄dum est:vt
medicetur. Si sit ex complexione frigida: vel
ex acido humore stomaci infirmo precipien-
duz est bibere vinuz purū ⁊ forte ⁊ multis vi
cibus ⁊ multuz:vnde Hypo. vinuz īquit ebi-
bituz ⁊ multum famis est expulsiuuz. oportz
autem vinū esse rubicūdissimuz:q̄ in hac īfir-
mitate magis est iuuatiuuz caueat̄ ab acerbo.
Si voluntas appetat comedere:vnctuosa ꝓ-
desset eis dare. In h̄ est elaborā̄dum vt quic-
q̄d comederit sit vnctuosum.post cibuz dan-
duz est q̄d precipimus vinuz:neq̄z in cibo vel
potu acida vel pontica demus.medicamīa ca
lida sunt danda: sicut dyanisum dyazinziber
dyagalanga:dyatrion pipereon: maior trife-
ra ⁊ similia: ⁊ coclerāz naturalē ad digerēduz
iuuatiua: ⁊ a malis humoribus stomacuz mū
dificatiua. ¶ Si h̄ passio est ex defectione cō-
tentiue virtutis vnctuosa videntur nocere:oz
ergo medicinaz dare odoriferam sicut cyto-
niatum.dyamilon:dyabasilicon electuarium
maloꝝgra. ⁊ alia pontica ⁊ cōfortatiua.

¶ Hoc caplm̄ est de canino appetitu:q̄d ab alexandro d̄r
cinodoxos.a cinos q̄d ē canis: ⁊ doxos gula.q̄z canes ī ap
petitu nimis gloriāt̄:īmoderate.n.appetūt ⁊ nimios ci-
bos ꝯsumūt:s̄z illos assūptos cuz digerere ⁊ retinere ne-
queant euomūt per supiora: aut ꝑ īferiora expellūt.alr̄
eniz viscera eoꝝ rūperent̄ pre nimia cibi quā̄titate.post
secessus iteꝝ alios appetūt: ⁊ iteꝝ ad vomitū reuertunt̄
⁊ sic fit circulus:vn̄ merito cinodoxos appellat̄. ¶ Est
aūt passio valde silis huic q̄ appellat̄ bolismꝰ siue fames
vaccina.de qua viaticꝰ nullā facit mētionē:q̄d est valde
mirā̄dū.ꝓ igit̄ ꝑ cās ꝑ signa ⁊ ꝑ curas de canina fame ꝓ-
sequamur:postea de vaccina fame pauca tā̄gamꝰ. ¶ Ca
nina ḡ fames siue caninꝰ appetitus accidit ꝑꝑ nimiā cor
poris resolōnē:que fit a morbis ꝓlixis: ⁊ a supfluis eua-
cuationibꝰ:aut ꝑꝑ caliditatē stōi supfluā resoluētē: ⁊ cō-
tinue restaurationē ꝑq̄rentē:q̄re os stōi semꝑ est fame-
licū.h̄ q̄dē fit a calore aeris supfluo: vnde nutrimētalis
corꝑis hūiditas resoluit̄ ⁊ dissipat̄:fit aūt a supflua ipsiꝰ
corꝑis vl' aeris exterioris friditate vl' ꝑꝑ hūorē acetosū
stōi: ⁊ meliaz:vn̄ hūores īspissant̄ ꝯhunt̄ ⁊ ꝯstrigunt̄:fit
aūt aliqn̄ ꝑꝑ nimios labores:vt in peregrinā̄tibꝰ.Itē se-
pe cāt̄ a supfluis vigilijs:vn̄ corpꝰ resoluit̄.Causat̄ aūt ⁊
a vermibꝰ serpētibꝰ qui totū corꝑis nutrimētū exsugūt.
vn̄ recitat Alexā.se vidisse mulierē que post acceptā ye-
rā̄pigrā vnū serpētē euomuit.q̄ hēbat lōgitudinē.xy.di
gitoꝝ.ꝓuenit āt aliqn̄ passio ista ex catarro a capite de-
scēdēte:s̄z raro tn̄. ¶ Signa aūt istius passiōis sic colli-
gas.Si.n.fit a nimia resolōne:satis signāt̄ ꝑ se:vl' ꝑ alias
euacuatiōes ꝓcedētes q̄ sunt cāe.Si aūt fit a calore aeri
vel corꝑis aderit sitis ⁊ nō erit vomitꝰ acetosus ⁊ colori
citrinitas.Si aūt fit ex debilitate virtutis retētiue.ege-
stiones erūt crude vl' flatice sanguini crudo admixte:q̄d
ꝯtingit qn̄ hūiditas supflua cū mā̄ vel sine mā̄ abūdat:
⁊ tunc nulla adest sitis vel pauca valde: sed acetosa eru-
ctuatio. Itē friditas aeris circūstantis ⁊ labores imode-
rati satis se manifestā̄t.vermes autē patēt ꝑ signa in suo
capͦ dōa. ⁊ silr̄ intellige de catarro. ¶ Si nimia resolō
sit in cā ꝑꝑ fe. vl' eūones aliq̄s cibet̄ cū carnibꝰ vnctuo-
sis:vt sunt pingues carnes:vt oleū bonū ⁊ oua indurata
⁊ galline veteres ⁊ anseres.dentur etiā pisces hn̄tes car
nes duras:vt sunt sepie.ostrea.murena: et pisces marini
bestiales.Silr̄ dentur legumīa faseoli faba.poma pira.
Idē ēt fiat in resolōne que fit a calore supfluo interiore:
taliū igit̄ sint frida viscosa cibaria:sicut panis azimꝰ.Ca
ueant oīa calefaciētia ⁊ resoluētia.vngat̄ cū oleis fridis
vt oleo myrtino.Silr̄ regant̄ oīa corꝑa nimis calefacta
⁊ rarefacta.Si aūt sit a friditate cū mā̄ euacuent̄ humo
res frigidi.postea sequat̄ calefactio. vinū bibā̄t optimū
fugiā̄t pōtica ⁊ acetosa ⁊ oīa frida. ¶ Si aūt fiat de ver-
mibus fiat cura s̄z curā vermiū īferiꝰ dicēdā in suo capͦ.
Si aūt adsit debilitas retētiue ꝯfortetur per aromatica
odoret̄ muscus laudanū detur tyriaca ꝑvices ⁊ fiā̄t bal
nea cōfortatiua cū herbis calidis aromaticis vel in aq̄s
salsis.vtatur modico exercitio.

¶ Quia aūt fames canina multotiēs est cā vaccine.i.bo-
lismi.bolismꝰ est cā sincopis ⁊ mortl: ⁊ iteꝝ morsus. scd̄o
de bolismo videamꝰ. Est aūt magna ꝯueniētia iter has
duas fames in h̄ q̄ i vtraq̄z est vehemēs appetitꝰ come-
dendi.differunt tn̄ q̄z in fame canina multū comedit̄ ⁊
appetit̄ ⁊ nūq̄z satiat̄. In fame v̄o vaccina siue bolismo
multū appetit̄:s̄z paꝝ comedit̄. In fame canina fortis ē
v̄tus stōaci: ⁊ oīuz mēbroꝝ. In fame v̄o vaccina v̄tꝰ stōi
est debilis.mēbra aūt oīa sūt īanita ⁊ a stō s̄z ꝯtinuitatē
exhētia ⁊ exigētia. vn̄ stōus vehemēter appetit:q̄z cum
v̄tus est defecta bolus cibi sibi sufficit:vn̄ merito d̄r bo-
lismꝰ.vn̄ dic̄ Auic.q̄ h̄ passio est fames mēbroꝝ cū stōi
satietate.Alexā.dicit q̄ est fames valida totiꝰ corꝑis cū
stōi debilitate: ⁊ ē ꝑꝑ nimiū calorē mēbroꝝ subaz dissol
uentē. ⁊ eoꝝ v̄tutē.Serap.dic̄ q̄ i fame canina v̄tꝰ est sp̄
sana ⁊ mēbra sunt repleta. In fame vero vaccina econ-
uerso mēbra sunt inanita ⁊ virtus stomaci debilis:vnde
respuit plurimuz cibum:licet ab omnibus membris cō
tinua fiat attractio. ¶ Cāe aūt istius pas.fere eedē sunt
cuz causis cinodoxos.Sed he magis intense: vnde v̄tu-
tem sunt prosternētes: ⁊ similiter signa causarū sunt ea-
dem. ¶ Cura autem istius pas.magis est cū aromaticis

optimi odoris. detur autem panis infusus in vino aromatico optimo: vñ si caliditas sit in causa adhibeat parũ de cãphora. Si aũt frigiditas lignũ aloes musc⁹ ⁊ ambra administrent̃: ⁊ cõfectiones aromatice pedes ⁊ man⁹ fortiter fricent̃ ⁊ ligent̃ extremitates ⁊ pungant̃ vt doleant ⁊ cũ vnguib⁹ ꝯstringant̃ ⁊ vngues ꝑcutiant̃ vt doleant: ⁊ de sõno ꝓhibeant̃. Si aũt in cã sit caliditas res aromatice stiptice administrent̃: sicut aq̃ ro. cũ cãphora vel decoctio myrtilloꝝ cũ musco ⁊ croco administrent̃. Si autẽ superuenerit sincopis aq̃ frigida facies irroret̃: ⁊ per capillos ⁊ barbã trahat̃ ⁊ cũ pane ĩfuso in vino aromatico refocilletur. ꝓsunt ẽt ea que dicta sunt ĩ canino appetitu. ❡ Frigiditas stõi) sensus est ꝙ frigiditas stõi hꝫ maiorem appetitum q̃ꝫ calor illius. ĩtellige frigiditatez ex ꝑte illius subi. maiorẽ appetitũ ex ꝑte ꝑdicati: (sicut iaz) reddit cãz supradci. (vñ nõ suo) qꝛ a carne (q̃ trib⁹ modis). i. trib⁹ de causis (tẽꝑato vel nimio) Sic expone tẽperato absolute vel nimio relatiue c⁹ co^{nc3} hꝫ colericũ. s. tẽperatũ relationẽ (cũ ex defectiõe) sicut dicit Alexan. plus comedat q̃ꝫ possit cõtinere: qꝛ postea totũ euomit: ⁊ iteꝝ esurit: ⁊ sic in ĩfinitũ. (cũ g̊ certificetur) h̄ icipit curaz. (vinũ enim) simile est huic. facilius est repleri potu q̃ꝫ cibo. cetera sunt plana.

❡ De irrationabili appetitu. Cap. IIII.

Aliquando quidam homines appetunt irrationabiliter: sicut cretam: lateres carbones: ⁊ similia corpus nõ adiuuãtia. h̄ sepi⁹ fiũt in mulierib⁹ frigide nature: ⁊ pregnantibus: maxime ꝙ fit ex malis ⁊ putridis humoribus stomacuz inuiscantibus: vel ex alijs mẽbris ad ipsuz cõfluentibus: sicut mẽstrua in mulieribus: que dũ cõcipiunt ipsarũ menstrua ad stomacuz veniunt ❡ Diuersitas huius appetitus ẜz qualitates humoruz in stomaco se coadunãtiuz consideratur. Or cuz medicari velimus anetum cum melle coctuz demus: vt sine labore euomãt pisces recẽtes sine sale dentur: ⁊ plures manducent radices coctas in oximelle: ⁊ post cibum vinum bonuz bibant. Nutriantur cum bono pane ⁊ volatiliũ iuscell'. ❡ Si cretaz appetãt cicer dem⁹ ⁊ fabas ⁊ grana assata: vtiliter his medicabimur si humores nociuos expellere laborem⁹ sine labore ⁊ angustia cuz suaui vomitu yerapig. ⁊ pillulis aureis: ⁊ stomacũ exterius epithimate confortemus cuz mastice: spica: ro. absinthio oleo nardino. masticẽt anisum ⁊ masticẽ: ⁊ ameos ciminũ mentaz ante cibuz ⁊ post cibum de hac confectione oportet euz accipere. ℞. cardamomuz maius ⁊ minus cub. equali pondere zucca. quantuz sunt oẽs alie spẽs. fac pul. ⁊ da quãtum pati possit.

❡ Istud capl'm est de corruptione appetitus: siue de irratiõabili appetitu: qđ est desideriũ comedẽdi lutũ. carbones ⁊ cretã: ⁊ frusta vasoꝝ fictiliuz: ⁊ ceteras res ex̃neas qđ viris ⁊ mulierib⁹ solet ꝯtingere. frequẽti⁹ tñ mulieribus pregnãtib⁹. a p̊ mẽse ꝯceptiõis vsq3 ad q̃rtũ mẽsem ꝓꝑ retẽtionez mẽstruoꝝ q̃ supfluũt nutrimẽto embrionis cui propter sui corporis paruitatez adhuc modicum sufficit nutrimẽtuz. viris aũt ꝓꝑ hũores corruptos ⁊ putridos in ore stõi abũdãtes: ⁊ h̄ est scđa spẽs malitiei appetitus. s. ꝯuersio in id qđ est ꝑter nãz. dicũt tñ q̃dã auc. ꝙ h̄ ꝯ^{it} ꝓꝑ ꝯsil'itudinẽ hũoris os stõi ĩficiẽtez: vñ os stõi appetit sil'ia sue dispõni. Auic. dicit ꝙ est ẜm ꝯ̃rietatẽ. nã eniz stõi appetit ꝯ̃ria male dispõni que per ꝯ̃rietates curetur ⁊ remoueat̃. cui vr̃ ꝯsentire hali dicẽs ꝙ mala cõplexio nãlis appetit sil'ia: sꝫ mala ꝯpl'o innãlis ꝯ̃ria. illud idẽ hr̃ in tegni. ❡ Cura aũt isti⁹ pas. hr̃ ꝑ euacuatiua el'ia ꝯfortatiua: ⁊ empl'a sup os stõi posita. Ad h̄ multũ valꝫ yerapig. ⁊ pill'e añ cibũ de aloe ⁊ mastice ⁊ alys ꝯfortatiuis. Cõfert ẽt ꝓuocatio vomit⁹. In pregnãtib⁹ v̾o talia ꝑiculosa sunt. sed cũ dieta talib⁹ superueniẽtib⁹. dent̃ etiã pisces salsi ⁊ saliti. vinũ vetus. ciminũ: nasturtiũ ortulanuz ciceres ⁊ fabe. Exhibeat̃ aliq̃n raphanũ in oximelle ĩfusuz: vel radix. humores. n. viscosos ĩcidit ⁊ digerit. det̃ etiã de ista ꝯfectione. ʒ. ß. ℞. cardamomi maioris ⁊ miõris cubebe. añ. zuccari albissimi ad duplũ: ⁊ de alys ad subduplũ. vl' fiat tale medicamẽ. ℞. cimini anisi carui ameos: zucca. eq̃l'r. illđ exhibeat̃ ieiuno stõ. ❡ Aliq̃n seq̃t̃ irrõnabil'r.) qꝛ illud qđ est ꝯ̃ nãm. (fri de nãe.) vbi calor aderit purificãs: (iuiscãtibus) in iuiscatis (pisces recẽtes sine sale) h̄ sua hũiditate ĩfundunt os stõi: ⁊ relaxãt: vñ vomit⁹ facili⁹ ꝓuocat̃. cetera sunt plana.

❡ De defectu appetẽdi potũ. Cap. V.

Aliquãdo rursus bibẽdi aufertur appetitus: qđ sil'r tribus modis efficit̃: vl' ex nimijs ⁊ hũidis humoribus stomaco dominãtibus: vel ex defectiõe virtutis sensibilis: vel ex corruptione mentis. ❡ Cum velimus medicari oportet cõsiderari hũores si hũores sint nimij in ore stõaci cuz vomitu vel solutione sunt purgandi ⁊ cũ medicina cibi ⁊ potus dandi sunt qui maloꝝ humoruz sunt mundificatiui: ⁊ malarũ qualitatum in bonas mutatiui. Si ex frigiditate sint que dominentur ori stomaci calefaciẽdus est stomacus cum calidis medicaminibus ⁊ antidotis odoriferis ⁊ similibus cibis. ❡ Si sit ex mortificatione sensibilis virtutis in stomaco pessimũ est ⁊ mortis designatiuũ.

❡ Istud capl'z est de abhoĩatiõe pot⁹ vel eius defectu: lꝫ autẽ potus ẜm se nõ ĩducat deꝑditoꝝ restaurationẽ. magnũ tñ ꝑstat iuuamẽtũ cũ per ipm grossities cibi ad ĩmẽsas corꝑis ꝑtes deferat̃. facit. n. penetrare nutriẽs ꝑ ãgustos viaꝝ porros: tñ voluntas ⁊ appetit⁹ deficit ⁊ abhorret ipꝫ hõ aliq̃n vñ eius iuuamẽtũ toti corpori denegat̃: qđ trib⁹ causis ꝯtingit: sicut dicit Cõstãtin⁹. vel ꝓꝑ abũdantiã humoꝝ liq̃doꝝ. aut ꝓꝑ mortificationem v̾tutis. aut ꝓꝑ desipientiã. põt. n. contigere ex sola stõi frigiditate vel ex catarro humoris fl'atici a capite descẽdẽtis: vl' a somno diuturno ⁊ q̃ete ⁊ multa trãq̃llitate vniuersuz caput ĩfundente. ❡ Signa causaꝝ satis sunt manifesta Ingratur. n. de causis ꝑmitiuis. Cause vero antecedentes ex repletiõe corporis ⁊ mẽbroꝝ mollitiõe: ⁊ ex alys dispõnibus satis declarant̃. ❡ His g̊ cognitis cãe ꝑmitiue in ꝯ̃riuz aduertant̃: vt de somno superfluo ad vigilias. de q̃ete ad exercitiũ ꝑmutet̃. In causis v̾o añcedẽbus si adsit repletio sequat̃ inanitio: sicut dic̃ auc. vnde dicit. (Si humores sint nimy). s. ex frigiditate virtutẽ

sensibilem mortificãte. frigiditas enĩ sensum hꝫ minuere. qꝛ si cõtingat in sanis lapsis: de facili curat̃ cuꝫ calefacientibus: vt habet̃ in lr̃a. Sed si in egris pessimum signũ est: qꝛ mortificationẽ sigñat virtuti: vnde sequitur mors. (Si sit ex mortificatiõe.) H.n.ẽ signũ mortale qñ in febribꝰ siti ꝓcedẽte vehemẽti sine crisi cessat sitis.

¶ De siti. Cap. VI.

Aliquando sitis augmẽtatur ex complexione calidoꝝ humoruꝫ mẽbrorũ pectoris dominatiua vel epatis: siue ex apostẽatibꝰ calidis in eis. ¶ Qui autem sitim habent esse ex membris pectoris plus adiuuantur in attrahendo frigiditateꝫ aeris q̃ꝫ si aquã biberint. ¶ Qꝛ si ex epate sentiũt doloreꝫ in dextro latere. post aquã ebibitam: maxime si ambulent. ¶ Plurimuꝫ desideriũ potus inter membra est a stomaco. Sitis stomaci duobus modis augmentatur secunduꝫ qualitatem si patiatur ebullitionem ⁊ ardorẽ sicut videmus in febricitantibus ⁊ cibuꝫ ⁊ potuꝫ potestatiue caliduꝫ accipientibus vel secunduꝫ quantitatem vtpote si stomacus multos humores colericos habuit vel flegma salsuꝫ. ¶ Si mutatio stomaci ex solo calore sit bibẽdo aquaꝫ frigidaꝫ extinguitur sitis. Si ex coleribꝰ interclusis ĩfirmus in bucca sentit amaritudinem aqua ebibita ⁊ fumũ gulam incendentem aqua ebibita cito calefit in stomaco. ¶ Si ex salso flegmate sentit salsedinem in sapore. si aqua calida bibatur sitis extinguitur. ¶ Cuꝫ ergo aliqueꝫ videamus sitienteꝫ vltra quantitateꝫ naturalem oportet vt inquiratur si ex sola complexione calida sit. dabitur infirmo res refrigeratiua: sicut succꝰ cucurbite cuꝫ zucca. ⁊ psiliuꝫ ⁊ sirupꝰ viol̃. Nutriamus cũ ptisana ⁊ portul̃. cucur. lactuc̃. bliti: det̃ paruus cibus labor dimittatur. quies ⁊ taciturnitas ore clauso obseruẽtur. frigiditas aeris trahatur. cathaplasma de foris põatur de cucurbita corticibus ⁊ portul̃. ⁊ similibꝰ. Sub lingua teneant trociscos hꝰ valentes ad sitim ⁊ calori febris: ⁊ viatoribus in estate euntibus per loca vbi nõ inuenitur aqua. ℞. portul̃. se. dragag. añ. ℨ. iij. se. meloñ. cucur. lactu. añ. ℨ. ij. sandali gũmi arab. añ. ℨ. ij. psilij. ℨ. ij. cucu. ℨ. iij. viol̃. ℨ. ij. fac pul. ⁊ tempera cũ aqua ro. in moduꝫ fabe: ⁊ sub lingua pone. ¶ Si sitis fuerit ex colera ru. stomaco inclusa purgetur cũ farmacia vomitu ptisano: ⁊ oxizac. detur cuꝫ succo maligra. vel sirupo viol̃. sirupus ad eãdeꝫ sitim: ⁊ ad extinguenduꝫ calorem digestioneꝫ humectans ⁊ sitim extinguens. ℞. viol̃. ℨ. xx. prunoꝝ iuiub. oxifenit. añ. ℨ. c. spodij. ℨ. ij. oĩa coquantur in. ix. lib. aque quousq̃ꝫ deueniant ad tertiaꝫ colentur: deinde succus maligrana. dul. accipiatur lib. i. zuccar̃. lib. ij. fac sirupuꝫ dans. ℥. i. cuꝫ aqua frigida. ¶ Apozima valẽs ad eadeꝫ. ℞. rose sicce. ℨ. v. oxifeni. ℨ. ij. cassief. ℨ. iij. se. citonij. dragagan. añ. ℨ. ij. maratri. ℨ. i. oĩa ponãtur in. ij. lib. aque calidissime vna die ⁊ nocte postea cola: da ieiuno bibere lib. ß. ¶ Aliud. ℞. lactuce. ℨ. j. lentisci rose sic. añ. ℨ. iiij. oxifeni. ℨ. ij. omnia ponantur in. i. lib. aque ca. die ac nocte. cola ⁊ da bibere. ¶ In siti ex salso flegmate in stomaco existente vomitus vel farmacia erit purgatio: deinde succus maratri apij coctus ⁊ colatus: vel mellicratũ cuꝫ aqua ca. vel oximel. vel apozima vbi maratꝝ ⁊ anisum coquantur. Sola aqua ca. valet similiter vinum album ⁊ subtile. nutriatur cibis colatiuis ⁊ mundificatiuis.

¶ Istud capl̃ꝫ est de siti ĩmoderata. vehemẽs sitis aliqñ est a causa ꝑmitiua ⁊ exteriore: aliqñ a causa antecedẽte ⁊ interiore. Causa primitiua est sicut nimius labor vl̃ calor aeris: vel punctura viperaꝝ vel serpentũ calidoꝝ: vl̃ potus veneni calidi. Causa aũt antecedẽs est vel ex ꝑte soliꝰ stõi vel ex ꝑte alioꝝ mẽbroꝝ vel totiꝰ corꝑis. ex ꝑte soliꝰ stõi. vel pp vehemẽtiã caloris que est in ore stõi: qd̃ ꝯtingit in febribꝰ adurẽtibꝰ: qñ eger nõ cessat bibere donec moriat̃. ꝯtigit pp potuꝫ vini calidi veteris: vñ stõus ⁊ caput exiccant̃: ⁊ qñ ꝑpetuas ĩducit vigilias: vl̃ ex potu aquaꝝ salsaꝝ: q̃ sitis vix aut nunq̃ꝫ curat̃: ⁊ qñq̃ꝫ sitis fit pp cibos ⁊ potꝰ actu vel poª calidiores. Iteꝫ res grosse ⁊ viscose ori stõi adherẽtes fortẽ faciũt sitiꝫ qñ eis caliditas supueniẽt extnea. Itẽ si sit sitis pp fl̃a salsũ vl̃ dulce in stõ. vl̃ pp col̃aꝫ ibi exñtẽ. H oĩa sũt ex ꝑte stõi. Ex cõitate võ alioꝝ mẽbroꝝ gnãt̃ sitis vt in dyabete pp renũ calefactionẽ. Itẽ pp epar calefactum. Itẽ pp forteꝫ opil̃oneꝫ meseraicaꝝ: qꝛ ĩpedit̃ attractio a stõ ad epar: ⁊ pp h oĩa mẽbra ꝓuata nutrimento exsugũt ab ore stõi ꝑ multa ĩtermedia. H idẽ ꝯtingit qñqꝫ pp frigiditatem epatis attractiuã eiꝰ debilitãtẽ. Itẽ sitis gnãt̃ pp malã complexionẽ spũaliũ ⁊ pulmonis: ⁊ ẽt ĩtestinoꝝ. deĩde ad signa eoꝝ veniamꝰ. ¶ Signa aũt malaꝝ ꝯpl̃onũ hñr ex colore faciei patientis: ⁊ sapore oris salso vel amaro vl̃ ex puctione in ore stõi. Signũ ãt opilationũ meseraicaꝝ erit vẽtris mollities. Signũ aũt calefactionis renũ est ĩmoderata vrina. Signũ aũt sitis ĩ epate est dolor in dextro ypocũdrio ⁊ calor ⁊ vrine tinctura. Signum aũt sitis ex spũalibꝰ est lõga ĩspiratio ⁊ respiratio: ⁊ qꝛ multuꝫ iuuat̃ ex aere frido. ¶ Cure aũt fꝫ diuersitatẽ cãꝝ diuersificãtur: sitis aũt pp venenosa iuuat̃ ꝑ vomitũ: ⁊ per alia que veneni sunt curatiua. Sitis ex labore ⁊ calore ꝑ somnũ curat̃: ⁊ ꝑ qetẽ. Sitis ex cal̃a ꝯpl̃one stõi curat̃ ꝑ alteratiua frĩda: sicut sitis ex spũalibꝰ ex attractiõe fridi aeris ⁊ sugendo aquã paulatiꝫ. Itẽ gargarizare aquã cũ aceto in talibꝰ multũ valꝫ: sitis aũt q̃ est pp euacuatiões ⁊ medicinas laxatiuas tolerari dꝫ vsq̃ꝫ q̊ virtus regitiua ⁊ digestio cõfortet̃: tñ caueãt a potu frigido ne calor ĩnatus debilis extinguat̃: sed bibãt aquaꝫ tepidã vel vinũ cum aqua tepida vel calida. In siti võ ex febribꝰ adustis ĩtingatur pãnus vel stupa in succo barbe iouis ⁊ pauco aceto: ⁊ supra furcellã extẽdat̃: ⁊ circa gulã: ⁊ sub mento gar

garizet̃ aqua frigida vel tepida. teneat̃ in ore dragagan.
frigidũ ⁊ pil. sub lingua. vtat̃ malisgra. exsugẽdo. Item
sugat carnẽ vel pulpã citrulorum ⁊ cucumerũ cuz mucilla
gine citoniorum ⁊ psilij. dẽtes paulatiz ⁊ tota lingua hume
ctent̃ ⁊ illiniant̃: postea totũ abluat̃ cũ aq̃ decoctiõis so
latri vel lactuce frida. Itez morent̃ in aere frido. fricet̃
caput cũ oleo viol. vl ro. vl aceto: ⁊ silib⁹ que dic̃ auc. Itẽ
semẽ lactu. portul. malue. dragag. seia frida ⁊ hũida terã
tur cũ mucillagine psilij distẽperent̃: ⁊ fiãt pille: ⁊ in ore
teneant̃. Et per h pz totũ caplm. ¶ Aliqñ sitis) iordia/
te ponit auc. causas: sz tu ꝓcede diuidẽdo ⁊ subdiuiden/
do: vt dictũ est (plimũ desideriũ) inter h mẽbra. ac si di/
catur magis est itensuz desideriũ qñ est ꝑꝑ cãm ꝓpriaz
stõi: q̃z si sit aliũde. (fm qualitatẽ). i. fz ꝯplonẽ calidam
⁊ siccã solũ. (vel fm q̃ztitatẽ) sup. rõnalẽ. ac si dicat sitis
aut est ꝑꝑ ꝯplonẽ malã solã cũ mã: aut ꝑꝑ ꝯplonẽ malaz
sine mã. Si ex colerico hũore. h ꝓdest magis aqua ca. q̃z
frigida. q2 cala digerit. innãles hũores alterat. lauat sor/
ditiẽ stõi: q2 ex actuali caliditate subtiliat penetrat ⁊ dis
soluit ⁊ secũ adducit. Ex potẽtiali vo frigore calidos hu/
mores repmit ⁊ eos augmẽtari nõ pmittit. frigiditas vo
obtusas hz q̃litates actu ⁊ nõ po. In h aũt loco nõndũ
ꝙ valde sitientib⁹ qbuscũq3 multus pot⁹ aque frigide ni
miũ est nociuus: cũ mẽbra dissoluta calore recipiãt repẽ
te aquã frigidã in multa quantitate: ꝙ per h calor inat⁹
extinctui appropinquat: cũ subito multũ ꝑcutiat̃. magl
aũt oib⁹ ĩfirmis illud nocet: cũ calor in eis sit debilior q̃z
in sanis (Cathaplasma de foris) istud est iaz melius di/
ctuz (apozima). i. decoctio de reb⁹ sequẽtibus (lẽtisci.)
de folijs ĩtellige. arbor est ca. ⁊ sic. h tñ ponitur hac de cã
vt alia iuuet meli⁹ penetrare. Mellicratũ. i. mulsam.

¶ De eructuatione. Cap. VII.

ERuctuatio si sit extra temperamen/
tuz nature nocet cibarijs intra stõa/
cũ cuz ꝓhibeat ad digerẽduz: cuius
causa vẽtositas ĩflatiua est: quã per
os expellit natura. vẽtositas h est ex
stomaci defectione. h stomaci defectio est ex
mala complexione: vel quorũdaz humorum do/
minatione: si humores sint calidi fumose ru/
ctuabit̃. si fridi acide. ¶ Acida ructuatio. iiij.
ex causis est. ex frigiditate stomaci: vel ex adu
natiõe cibi: ⁊ multitudine sui: vel ex natura fri
gidissima: vniuersalr causa ructuãdi est ex de/
fectione caloris in stomaco: ne cibo dominet̃
⁊ digestioni sicut videm⁹ in paruo foco si mul
ta ligna ⁊ viridia apponamus. ¶ Unde cum
vltra moduz ructuare videmus si sit ex calida
cõplexione inquiramus: q2 refrigerandus erit
stomacus cũ frigidis sirupis: sicut sirupo ro.
viol. Si ex cacochimis sit: purgãdus est cum
apozimate absinthij: ⁊ aloe vel oxisen. sero ca
prino sirupo acetoso cum oxizaca. seu ptisana
cum succo maligra. ⁊ similia. ¶ Si ex frigida
sit complexione sine materia calefaciamus cũ
calidis rebus: sicut cum corticibus pomi citri
ni pipere gariofil. mastice carui: cinamomo
alith. tyriaca magna: dyaniso: dyacimio: dya/
trion pipereon: dyagal. socrugene: ⁊ similib⁹
Si ex frigidis sit humoribus: demus yerãpi/
grã. yerã Gal. oximel. mellicratũ: dyazinzib.
dyagal. dyaspermaton: gariofilatuz: dyacal.
dyacarui. si stomacus infirmi ista ventositate
ĩpleat̃: neq3 eructuatio fiat: dent̃ vñ eũo fiat:
sicut mastic. ciminũ leuist. anisuz sgnantũ. 33.
carui: piper longum: ⁊ similia.
¶ Egit auctor de passionib⁹ supꝛioris ꝑtis stõi: mõ incipit
agere de curis passionũ ꝑtis ĩferioris eiusdẽ. Incipiẽdo
ergo de eructuatiõe que ĩcipit a ꝑte ĩferiori vbi cib⁹ cõti
net̃. Eructuatio est vẽtositas ĩflatiua a stõ euacuata. est
eniz ita eructuatio a stõ: sic sternutatio a cerebro. ¶ Ge
neratur aũt in stõ grossa vẽtositas aut ꝑꝑ cibũ receptuz
qui grossus est ⁊ ĩflatiu⁹: aut ex debilitate stõi ⁊ mala cõ
plexione ipsius: aut ex mã hũorali in eo cõtẽta. Cibi vẽ/
tositatis gnãtiui sũt oẽs cibi grossi male cocti. ⁊ sic vsus
fabarum: castanearum: faseolorum: ciborum melicorum ꝑꝑ malã cõ/
plexionẽ stõi: vt si sit infrigidat⁹ a cã exteriori vel ĩterio
ri. A cã hũorali generat̃ ventositas: vt est hũor viscosus
melicus flatic⁹ a forti calore resolut⁹: de qb⁹ ĩferi⁹ pleni⁹
dicet̃. in cap°. de stõi ĩflatione. Cuz g vtus stõi expulsiua
cõfortat̃ illa grossa vẽtositas euacuatur. ⁊ sic eructuatio
efficit̃: que si sit moderata modũ nõ excedẽs. neq3 dige/
stionẽ ĩpediẽs nãlis est. nec sibi obuiãdũ erit. moderata
eniz eructuatio vtilis est ⁊ iuuatiua: vt vẽtositas cruda
euacuet̃: sicut hũores supnatãtes vomitu opz euacuari.
¶ Si ergo supfluat digõnẽ corrũpit: q2 cibos facit sup/
natare: ⁊ ꝑꝑ h supfluã eructuationem necesse est curari
cũ reb⁹ subtilib⁹ ⁊ dissolubilib⁹: vt est dyatrion pipereon
cũ vino añ cibũ: silr fruct⁹ coriãdri cũ vino optimo: ⁊ silr
elia que ponit auc. iuuãt ẽt empla ⁊ illinitiões sup stõm
si sit eructuatio acida: de calce ⁊ stercore gallio ⁊ colum/
bino. Si vo eructuatio sit fumosa valz succ⁹ absinthij ie
iuno stõ sumpt⁹. Si ãt ex mala ꝯplone stõi fiat eructua/
tio reducat̃ ad tẽperamẽtuz cũ tẽperatis appositis. s. re/
bus. ¶ Eructuatio si sit ex). i. si sit supflua vẽtositas. di
uidit cãm vẽtositatis in duo mẽbra tertiũ mẽbrũ ꝑter/
mittens: qd est ex ꝑte ciborum ventosorum vel diete ventose
(acida eructuatio) vult auctor ꝙ acida eructuatio sem
per fiat ex frigore. Alex. tñ dicit h9 eructuationẽ esse ex
calore: sicut ex lignis viridib⁹ ignis fortis fumuz eleuat
acutũ ⁊ acetosum: ⁊ sicut amaritudo oris ex humoribus
frigidis gnãtur: ⁊ abũdãtia saliue ex forti calore in ieiu/
nãtibus. ⁊ sicut ignis cõburẽs ligna spumã humorosam
ab eis resoluit. Sz dicam⁹ ꝙ sic est aliqñ ex ꝑte cãe effi/
cientis: caloris videlz fortis mãz frigidã ⁊ humidaz re/
soluẽtis: vñ semp aderit frigor ex ꝑte cãe efficientis vel
mãlis vel vtriusq3 (defectiõe caloris) nãlis. h dr esse ꝯ
Alex. ꝙ ex ꝑte nãe deficit. vel defecit calor in pn°: qñ di
gerebat̃. (Si ex cala sit ꝯplone:) sic est fumosa eructua
tio. (Si sit ex frigida:) sicut acetosa. (Sed in stomaco
frigido.) h docet eructuationem ꝓuocari. Si vẽtositas
in stomaco ĩclusa nõ valet exspirare.

¶ De singultu. Cap. VIII.

SIngultus est malus motus virtutis
desiderantis expellere rem nociuaz:
qui multis modis fit. De repletione
de inanitione. De corruptione cibi ĩ/
fra stomacum ⁊ sui permutatione in pungiti/
uas qualitates. de frigiditate oris stomaci: de

ventositate inflatiua stomaci ex repletione vl'
ex multis humoribus humidis vel ex multitu
dine potus ⁊ cibi. ¶ In singultu de repletio-
ne grauitas sentitur in stõaco: corporis reple-
tio: digestiue virtutis defectio: plurimũ h̄ pa-
tiuntur seniores ⁊ quieti ⁊ humidis cibis nu-
triti. Qui singultus ex inanitione efficiuntur:
vel ex nimio vomitu: vel ex indigestione: vel
ex febre acuta: ⁊ h̄ plurimuꝫ patiuntur iuue-
nes ⁊ laborantes in acuta febre. si ex frigidita
te sit oris stomaci: nihil horuꝫ sentitur que di
xi: ex ventositate inflatur stomacus ⁊ venter
extenditur. singultus autẽ difficile ⁊ dure me
detur: sicut q ex inanitiõe concreatur. Sed h̄
est rarus. ¶ Qui cũ medicabitur videat si ex
plenitudine sit: ⁊ vnde plurimuꝫ venerit: pur
getur repletio cum farmacia vel vomitu si vir
tus ⁊ tempus conuenerint. sin autem: demus
rem dissoluentem atqꝫ calefacientẽ: sicqꝫ mũ
dificantem os stomaci: castorei da. ʒ. ß. cũ suc
co mente vel castor. ⁊ mastic. ana. ʒ. ß. cum
aqua vbi cocta sint carui ⁊ ruta: ruta detur cũ
vino veteri: vel aqua vbi cocta sit ruta ⁊ pau-
co melle: ex composita medicina omnes den-
tur tyriace ⁊ odorifera antidota: sicut gariof.
dyagal'. dyazinzib. dyaciminuꝫ: dyacastoreũ
dyapiretrũ dyanisum dyatrion pipereon qđ-
cũqꝫ horuꝫ inuenias da cum aqua ca. Calefa
ciamus a foris stomacũ cum aqua cal'. vbi co
cta sint abrotanum origanuꝫ sansucũ ⁊ simi-
lia: omnia h̄ in aqua pluuiali cocta calefaciũt
Epithima imponamus cum oleo castorino:
laurino camomill'. ⁊ similibus. In repletione
ex sanguine detur aqua ca. cum cassiafistu. vel
succo solatri: vel maligrana. vel malorũ succo
galliaqꝫ muscata. ¶ Si vero sit ex inanitione
cum acumine ⁊ calore timendum est ⁊ suspi
tiosum. danda est aqua frigida: rodostomacũ
cũ rodoleon: demꝰ ptisañ. cuꝫ oleo viol'. catha
plasma apponatur frigiduꝫ stomaco: ⁊ simi-
liter epithima. ¶ In solutione ventris nutria
mus cuꝫ lentibus ⁊ aceto agrestium vuaruꝫ
⁊ alijs his similibus. ¶ In singultu ex corru-
ptione cibi in stomaco ⁊ mutatione sui in ma
las qualitates: vtilior est medicina. s. vomitꝰ:
quo singultus aufertur. ¶ In frigiditate oris
stomaci vel vẽtositate dẽtur calefaciẽtia: sicut
vinum vbi cocta sint vel nitrũ cũ melle vel se.
apij: ciminuꝫ: anisum: calamẽtum: abrotanuꝫ
mastix: cinamomũ: alith. reubarbar. carui zin
zib. cõditum vel aliquod antidotor: in singul
tu ex repletione dictoruꝫ. Menta in singultu

ex frigiditate iuuat. ¶ Succus maligra. qui
muscidus est: ⁊ acrumẽ mali citri. iuuat singul
tuꝫ ex co. ru. epithima suppõatur oleũ anisinũ
anetinũ laur̃. ⁊ myrtinuꝫ. ¶ In singultu ex ci-
bis calidis ⁊ siccis incendentibus ⁊ nimiam
siccitateꝫ in stomaco facientibus aquaꝫ frigi-
dam demus ⁊ amigdaleon cuꝫ aqua frigida:
oleo ro. cum aceto oxizaca. cum aqua frigida
syrupo viol'. prunoruꝫ. Extinguitur omne ge
nus singultuuꝫ: si ĩfirmo timẽda vel anxia nũ-
ciẽtur: natura enim ex cogitatione singultum
impedit. sternutationes fiãt cum gariof. rosa:
pipere calamẽto cõdisi. sternutatio. n. mouet
stomacuꝫ ⁊ expellit vẽtositatem. Item iuua-
tur singultus manuuꝫ: pedũqꝫ cubitoruꝫ liga
tionibus. Iuuat tenere flatum ad singultum
⁊ oscitationem. anhelitus enim si stringitur:
⁊ lõgo tempore pectori ĩcludatur dissoluit: q̄
ex necessitate calefit: deĩde perforans strictas
vias ĩ qbꝰ si ĩueniat vẽtositatẽ expellit ⁊ eijcit.
¶ Singultus est violentus motus stomaci tendens ad
superiora vt rem fugiat nociuam. Non est autem sin-
gultus spasmus ꝓprie: sicut dicit. H. in vltima particula
de morbo ⁊ accidẽte: q̄ in lacertis solet spasmꝰ euenire
⁊ ei soli pertinet. Sꝫ neqꝫ stomacus neqꝫ nerui est lacer
tus. Sed est motus sil'is motui spasmi. H. n. ĩsinuat in 5ᵒ
afforis. super illũ locum. Spasmus ex inanitiõe: ita ⁊ sin
gultus. ¶ Cause singultus plurime sunt ⁊ diuerse. p̄ma
causa singultus est mordicatio ab hũore malo in ore sto
maci existente. secunda est retentio vomitus. i. eius per
qđ vomitꝰ debebat exire. tertia ẽ nimia sensibilitas oris
stomaci. quarta frigiditas ĩmoderata a causa interiori
vel exteriori: alia causa est acuta fumositas in febribus
adurentibus resoluta. Item causa singultus est assum-
ptio ciborum exasperantium: vt est sinapis dyatrion pi-
pereon: sequente potu vini: vel effusio colere ad os stõa-
ci ⁊ nimia repletio ⁊ superflua inanitio faciunt singultũ
Item apostema stomaci vel epatis sunt cause singultus
Item apostema in velaminibus cerebri ⁊ fortis ꝑcussio
penetrãs ad cerebrũ. oĩa ista faciũt singultũ. ¶ Signa
aũt sic sunt sumẽda. si ꝓuocetur vomitus ⁊ sedatur sin-
gultus. per h̄ sigñatur q̄ repletio erat in causa vel que-
cũqꝫ res mortificatiua. Singultus auteꝫ a siccitate vel
inanitione sigñatur per febrẽ precedẽtẽ vel per morbos
cronicos. vel per ieiuniũ. vl' ꝑ quãcũqꝫ euacuationẽ. sin-
gultꝰ aũt cuius cã ẽ mala ꝯpl'o frigida sigñatur per rugi
tuꝫ ⁊ per vẽtositatẽ. ⁊ per alia signa frigoris. Si aũt fiat
ꝑꝑ aãa: signa res aliud aãa manifestant. ¶ Curatio aũt
singultus ex repletiõe ⁊ quacũqꝫ mã pungitiua vel aspa
mordicãte ꝯplet̃ ꝑ vomitũ ⁊ per alias eũones: vt dictuꝫ
est. detur oximel diureticũ ⁊ masticet̃ raphanus cuꝫ aq̃
decoctionis solũ aneti: ⁊ postea ꝓuocetur vomitꝰ. si mã
cõtineat̃ in parte superiore stõi. Si aũt ĩn inferiore det̃
yerapigr. Si singultus sit ex frigiditate. dentur etĩa ca-
lida: vt dyazinzib. cimĩata alexan. fiant super stomacuꝫ
calide ĩunctiones ⁊ empl'a: sil'r si fiat a ventositate impo
nantur ventose super os stomaci sine ĩcisione. In omni-
bus his causis iuuat motus corporis laboriosus: ⁊ subi-
ta mutatio accidentium anime: vt est tremor ira timor
gaudium subitum: ⁊ clamor. Item cõferũt opiate: vt est

tyriaca.metridatuz.filoniuz. Juuat etiā sumere. ʒ.i.castorei cū vino decoc.mastic.ꝛ cinamomi.vel calamenti.vel abrotani.vel galāge. Jtē iuuat nitrū sumptum cum aqua mellis ca. ¶ Si aūt sit ex inanitione timorosuz est valde ꝛ det aqua ordei.lac amig.dulciuz res humectātes ꝛ replētes: plōget somnus: fiant balnea cū aq̄ dulci: dent sorbitiōes lenes ꝛ suaues: vt colatura furfuris tritici: cū çuccaro candi ꝛ vitel.ouoꝝ.lac amig.iura carniū. fiāt iniunctiōes exterius cū oleo de semie cucurb.ꝛ viol.ꝛ ro.de amig.dul.odore nt res bñ redolentes. ¶ Jn singultu āt epatis iuuat flōmia basilice ꝛ appositio emplastroꝝ ꝯueniētiū ꝛ cetera que solent fieri circa apa calīn: ꝛ fiat cura quā ponit Cōstā.que valde bona est. ¶ (Singultus ꝛc.) nō est spasmus. Sed est mot⁹ valde silis tussi que fit ex replōne (malus motus:) qꝛ subitus ꝛ violētus (de repletiōe.) sex ponit cās: prima de replōne. scd̄a de inanitione.tertia de cibi corruptiōe. 4ª de mutatiōe. quīta de frigiditate. 6ª ex vētositate (ex replōne) h̄ ponitur iteꝝ subdiuisio ꝛ sic de alijs. (Si ex plenitudine) h̄ incipit curā: totū planuz est vsqꝫ huc (rodostina).i.aq̄ ro. (cuz rodolō).i.oleo ro.viol.nō. Sed cuz syrup.viol. Jn frigiditate: vel vētositate: h̄ multuz valz emplīm de calce viua.stercore galline. (Jn singultu ex repletione) h̄ simil'r iuuat multū vomitus si vomere ꝯsueuit. (sternutationes) h̄ pōt legi duob⁹ modis vt fiat sternutatio in vo sensu: si cā fuerit ventositas: vel quecūqꝫ friditas: qꝛ per motū cerebri totū corpus calefit (vl' sternutationes).i.illinitiones.sed ꝫ h̄ paꝝ iuuat qd̄ dicit auc.neqꝫ in ca.causa: neqꝫ in frigida: sicut pꝫ p receptiōez. Sciēdū aūt ꝙ in singultu ex inanitiōe neutra sternutatio aliqd prodest: imo nocet. Sicut nocēt timēda vel anxia si nūciētur: qꝛ talia magis inaniūt (iuuat tenere flatuz) spūs retētus in viscerib⁹ suo ꝓprio calore dissoluit: ꝛ ꝯsumit. iuuat etiā si iponant digiti i vtraqꝫ aure: ꝛ fortiter obtulētur aures. h̄ eniz multū remouet singultū: vel fiāt duetente de laudano ꝛ naribus imponantur.

¶ De fastidio. Cap. IX.

Quicūqꝫ continuam vult custodire sanitatem. stomacū custodiat: ne cū sibi necessarium sit cibū prohibeat: neqꝫ plus det q̄ꝫ digerere valeat. Quesitum eniz fuit a Gal. quare paruz manducaret. Respondit. intendo eniz mādu care vt viuaz: alij intendunt viuere vt manducent. dixit Porphyrius. differētia inter me ꝛ vos est in vita huius mūdi. Ego.n.non comedo nisi vt viuam: vos viuere mūdo amatis vt comedatis. Jnterrogauit iteruz Gal. quidam que medicina est perfecta. Respōdit. abstinētia. Plato dixit. Abstinētia est duobus modis: vel eni est vniuersalis: vl' particularis. vniuersalis vt nō māducetur nisi cuz vehemens ꝛ magnus fuerit appetitus. particularis. vt consideratis elemētis tibi dominātibus vtaris sibi oppositis cōuenientibus. Antiqui parum comedere preceperūt vt calor naturalis dominet sue digestioni. Si eniz comedamus h̄ que calor naturalis nequeat digerere: fastidiuz generatur: fastidiuz magnum est nocumentuz ad sanguinez corrumpendū ꝛ morbuz generanduz. Qꝛ si sit ex malis cibis grossis generantib⁹ chimos grossos: morbi duri ꝛ diuturni generantur. ¶ Morbi nascētes ex fastidio.iiij.modis fiūt: vel ex magnitudine fastidiorū: vel ex mutatione quā in corpe faciunt: vel ex natura fastidiētiuz: vel ex virtutibus singuloruz membrorū: ex magnitudine fastidioruz multa fiēt acc̄ntia molestationuz: si parua sunt econtrario. Diuersantur i mutatione. Si cibi vnde fastidiuz fit in flegma mutētur: oxiremiam faciunt siue gignūt: si in coleraz: fumosa eructuatio efficitur. ¶ Ex naturis fastidientiuz: qꝛ qui non bñ sensibilem habēt stomacuz: nō p̄scituram neqꝫ dolorez sentiūt: neqꝫ multam solutionem: vel cordis tremorez: neqꝫ capitis dolorem. si stomacus sit sensibilissimus omnia predicta sentit ꝛ patitur ex membrorum corporis virtutibus: qꝛ debiliora membra de fastidio sentiunt dolorem. verbi.g. si caput est debile sentit dolorem. grauitatem. vigilias.alienationez mentis. Jdem patiūtur singula membra debilia. si totum corpus debile sit magnaz febrium ꝛ rigoris passionez habebit. ¶ Unde oportet fastidiosos: ꝛ qui sanitatez custodire volunt vt caueant fastidiū: ꝛ cuz sentiunt festinēt ad vomituz anteq̄ꝫ corrūpatur ꝛ mutetur cibus. Si vomere nequeunt studeamus facere solutiōz ventris in cibo mutato ꝛ corrupto optima est aqua calida: ꝛ vt omnes cibos corruptos euomāt. Qꝛ si nec cū aqua calida euomuerint det potio vomica. Certificati stomacū corruptis esse cibarijs mūd atum: demus citoniat. dyamilon. Epithima superponatur stomaco cuz oleo nardino: vel masticeleo. Si vomitus nō possit dari: fiat clistere. ꝛ similiter de potu sicut ꝛ de cibo indicamus.

¶ Jstud caplm est de regimine fastidiosorum siue habētiuz fastidiuz. ¶ Est autē fastidiuz ablatio appetitus in cibo: vel potu: quādo.s.appetitus ex toto aufert. Sciendū aūt ꝙ appetitus ꝛ debilitas ꝛ diminutio ꝛ omnimoda eius ablatio ex eisdē cāis fiūt in spē: sꝫ differūt in intēsiōe ꝛ remissiōe: qꝛ cāe diminutiōis appetit⁹ sunt debiles. Cause vo fastidij siue ablōnis appetit⁹ sunt fortes: h̄ eni passio ap Alex. anorexia appellat: ab a qd̄ est sine ꝛ orexis qd̄ ē appetit⁹: q̄ si sine appetitu. Cōstātinus āt in pātegni. videt velle ꝙ fastidiū siue fastidiositas sit corruptio ꝛ omnimoda ablatio digōnis: dic.n. ꝙ si digō diminuat mala digō appellat. Si ex toto corrūpat ex cā valde forti fastidiositas nūcupat: erit g° ꝫ h̄ caplm istō de regimie fastidioꝝ.i.ō regimie patiētiū corruptōez digōnis: siue ablōnē: siue āt h̄ dicat: siue illō in idez tēdit: corruptio aūt digōnis cā est qr appetitus tollat: cuz natura stōi oino inde corrūpat siue tollat. ¶ Hec aūt passio cāri pōt a cā iteriori vl' exteriori. A cā exteriori sic nimia friditas aeris mortificās vtutē: vl' nimi⁹ calor resol

uens calorem innatuz: vel vulnera: vel percussio vel casus. Cause interiores sũt sicut mala ꝯplõ stomaci vl' apostema vel solutio ꝯtinuitatis ab humore acuto vlcerãte interius: mala aũt cõplõ aut erit pura sine mã: aut cum mã: vtroqꝫ aũt modo: aut erit mala cõplexio calida: aut frigida. ¶ Mala aũt ꝯplõ calida cognoscit̃ ex siti ꝛ eructuatiõe fumosa ꝛ ex salsedie sputi cuz grossitie ꝛ ex malo odore ad modũ piscium recentiũ ex colore ĩmutato ꝛ vomitu colerico si sit cũ mã. Signa frigide cõplõnis ex ꝯtrarijs itelligũtur. Itẽ ꝑ iuuãtia ꝛ nocẽtia signa hñtur: qꝛ in calida ꝯplõne frigida iuuãt: in frigida eꝯ. Itẽ cause humorales possunt bñ distingui a ꝯplõne sua per vomituz ꝛ per nauseã: qꝛ si cã sit humoralis: vix vel nunqꝫ erit sine nausea: vel vomitu. In causa aũt ꝯplõnali sola fiũt alteratiua sicut opꝫ: vomitus aũt signãt humores in pte supiori stomaci. Nausea võ signãt illos in fundo stomaci eẽ inuiscatos. ¶ Cãe vero fastidij ab epate vel ꝯtinuitatis solõne per tumorẽ ꝛ dolorem se manifestãt. ¶ Cognitis ğ causis ꝑ signa facil' erit cura. si sit fastidiũ ex malitia cõplõnis: cura est ꝑ alterãtia. Si aũt adsit cã humoral': ꝯsiderandũ est vtrũ humor sit calidus: vel frigidus: ꝛ vtrũ sit in pte supiori stomaci vel in iferiori: si in parte supiori ꝛ nõ sit inuiscatus: bonũ est ꝓuocare vomituz: siue sit calidus siue frigidus. Si vero sit iuiscatus in ptibus inferioribꝰ stomaci necesse est ꝙ si sit frigidus euacuet̃ per aliq̃ dyuretica: vel per pill'as de aloe: mũdificato võ stomaco dentur electuaria ꝯfortãtia ꝛ male ꝯplexiõis alteratiua: sicut in frigida ꝯplõne. ꝫꝫ. cõdituz. dyatrion pipeon. dyaciminũ. mirabol'. ꝯditi. In cã aũt calida valent dyareub. triasandal'. ꝛ silia. Si autem auferatur appetitus ꝑꝑ corruptionẽ virtutis sensibilis ꝯfortet̃ cerebrũ ꝛ origo neruoꝝ ꝛ dent̃ el'aria ꝯfortatiua. Si võ passio fiat ꝓpter apa vt solutionẽ cõtinuitatis fiat curatio: per artẽ traditã. ¶ Quicũqꝫ vult.) videt̃ ꝙ intẽdat de custodia sanitatis: qꝺ falsuz est. Sed itẽdit cauere ab illis dũ est sanitas ex q̃bus ꝓuenit fastidium: vel corruptio cibi ꝛ de eoruz cura ṗncipal'r tractat vt patet in l'ra (Porphyrius) auctoritas ista bona est in abstinẽtia obseruãda. In quibusdã libris inserit̃ Dyogenes interrogatus qualis eẽt ꝛ modus comedẽdi. dicit sic. quibꝰ adsunt cibaria: comedãt tm̃ q̃tuz desideriũ hñt. qui võ cibarijs carẽt: comedũt cũ ea hr̃e poterũt. Ad regẽduz sanitatez in dieta: sciẽduz ꝙ digestio per desideriũ multũ iuuat̃: vnde ad nãm confortãdã ꝛ sanitatem: plus valet cibus desideratus licꝫ nõ sit bonus q̃ꝫ fastiditus: licꝫ sit bonus (Plato dicit.) h̃ auctoritas valꝫ in ꝯseruatiõe sanitatis ꝛ reductiõe eiusdẽ (vl'is) non coartata ꝑ singularia nisi ex parte appetitꝰ sol'. (particularis) dr̃ qui coartatur ꝑ etatẽ ꝯplõnẽ: ꝛ sic de alijs oĩbus (elementis). i. partibꝰ (cõtrarijs). s. dietis (demutatione appetitus). s. quãtuz in corpore faciũt. i. in accñtibus acq̃sitis (nõ per pũcturã. nec per dolorẽ.) Sciẽdũ ꝙ qui stomacũ habẽt debilẽ citius sentiunt in eo lesionẽ cũ suas supfluitates non expellat. Sed potius ab alijs recipiat. Si autẽ stõs fortis sit a se magis expellit: vñ seq̃tur dolor ĩ alijs: vl' in capite: vl' ĩ q̃cũqꝫ mẽbro ȣbili. (dyameleõ) nõ ẽ ĩ vsu. fit aũt vt solet dici ȣ succo maligra. aromaticoꝝ. sic̃ leticia. Hal'. Sciẽdũ ãt ꝙ ꝫꝫ Auic̃. sani melius debẽt comedere circa noctẽ q̃ꝫ ĩ mane: qꝛ circa noctẽ calõ nãlis claudit̃: ꝛ circa viscera aggregat̃: flegmatici võ ꝛ multum fridi: qꝛ pauco indigẽt exercitio ad calorẽ excitãdũ de die debẽt comedere: ꝛ post suaue exerciciũ q̃escere. Sciẽdũ ꝙ appetitus siue fames: aliqñ est mendosa: vt in ebrijs: q̃bus nõ sꝑ est satisfaciẽdũ: aliqñ sitis siue fames ẽ verax. q̃bꝰ statiꝫ subueniẽdũ est: ꝛ si tardet̃: maximuz est nocumẽtũ.

¶ De abbominatione. Cap. X.

Cum homo anteq̃ꝫ cibuz accipiat abhominationem patiat̃: mali chimi in stomaco eẽ intelligitur: qui si sint in spaciositatez stomaci facile cũ vomitu possunt expelli. Si conclusi in suis pelliculis: abbominatio fit inde: neqꝫ vomituz facit: qꝛ humores illi inclusi sunt ꝛ iuiscati ori stõi. si sint calidi generãt sitim ꝛ fumose faciunt ructuari. si sint frigidi appetitꝰ nimiꝰ fit sine siti. ¶ Medicina hoꝝ in stomaco inclusoruz triplex est: vna coctio humorũ. secũda temperamentuz eorum. tertia purgatio eoꝝ. Coctio ẽ flegmaticoruz proprie ꝛ crudorũ quã adiuuat taciturnitas somnus: quies. abstinẽtia. ꝛ dari rem subtiliatiuaꝫ conuenit ꝛ dissolutiuaꝫ: humores colerici: vel flegmatici. vel melãcolici: quos natura nõ potest imutare in sanguinez. si subtiles sint neqꝫ multuz in stomaco viscosi solo vomitu possunt emitti. cum ptisano. mellicrate. aliquando cum aqua ca. si sint grossi ꝛ substãtie stomaci nimium inuiscati: abbominationem faciunt nimiaꝫ: vnde oportet eos rẽ incidentem ꝛ subtiliantem dari: sicut radic̃. ꝛ oximel ꝛ silia. postq̃ꝫ a pelliculis stomaci humores extrahẽtur cum yerapigra purgabũtur que tertiaꝫ partem habeat. ꝛ duas aloes. pill'e auree valent. ¶ Si stomacus de malis hũoribus sit plenus purgab. deinde suaꝫ complexionem reficiamus ꝛ cõfortemus cum mastice. mẽta corticibus fistici. gallia. gariof. spica. cardamomo. ꝛ similibus aromaticis ꝛ cõfortatiuis: demus simil'r trociscos confortantes. sicut trociscos rosa. camphoratos: de spodio. de sandal'. cuz syrup̃. similiter cõfortatiuis: sicut ro. syrupo melle ro. syrupo de malis citonijs. de malisgra. cuz menta facto: ex oibꝰ que in vomitu dicent̃ abhoĩatio iuuatur.

¶ Post fastidiũ agit auc. de abhominatiõe. dico ergo ꝙ istud capl'm est de abhominatiõe ꝛ nausea ꝛ anime subuersione. ¶ Est autez abhominatio ciboꝝ appositorus indignatio: qꝺ fit sic̃ dicit Serap̃. cũ hõ dicit se cibũ desiderare: ꝛ quãdo sibi apponitur ipꝫ refutat ꝛ fastidit: ꝛ ꝙ mo excitat: ꝛ qual'r tremorẽ vel horripilationẽ patit̃: ꝙ soluz eni visu fastidit ꝛ abhorret añq̃ꝫ degustet: ꝛ si degustet nauseã patit̃ ꝛ nimiã subuersionẽ: est. n. nausea ꝯtinuitas vomẽdi sine effectu: subuersio aĩe dr̃ nausea ꝯtinua ꝛ ĩsepabil'. vñ ñ differt nausea a sbuersiõe: nisi ĩ tpis diuturnitate: qꝛ nausea ẽ breuioris tpis: subuersio lõgioris: ȣ vomitu ĩ sequẽti caº. dicet̃: vomitꝰ ãt ẽ aliꝺ a ṗdictꝭ: oẽs aũt iste passiões fastidiũ ꝯcomitant̃. ꝛ fere eedez sũt cãe ꝛ cure fastidij: ꝛ abhoĩatiõis: nausee ꝛ aĩe subuersiõis: abhoĩatio tñ difficilior dr̃ ad curãduz: qꝛ nũc res magꝭ vñr eẽ ĩ ꝓfundo. Nũq̃ꝫ aũt est abhoĩatio sine mala mã in ꝓfundo stomaci vl' in eius poris inuiscata: vl' ex mala hu-

miditate replēte: que necesse est purgari per supiora vel inferiora. Nausea ⁊ subuersio simil'r fiūt ex humoribus viscosis vehemēter adherētib⁹: quare stōs mouetur ad vomituꝫ: sed nihil vomere pōt: fiunt aūt ista ꝓpter vehemētiaꝫ ⁊ fortitudineꝫ virtutis retentiue ⁊ debilitatē expulsiue: que moueť: sed motuꝫ nō perficit: vel ꝓpter malitiaꝫ cōplexionis: ⁊ ꝓpter humoris inherētiā: fiunt auteꝫ ista ex humore flegmatico: vel melācolico. raro autē ex colerico. nisi forte sit ex colera vitellina. ¶ Patet ergo ꝙ humores pmo per diuretica sunt extenuādi ⁊ incidēdi: vt postea facili⁹ educāť: sic̄ oximel diureticū ⁊ postea sqliticū ⁊ postea alia ꝺ yerapig. sūt administrāda. Si aūt fl'a salsuꝫ: aut quecūqꝫ colera grossa in causa fuerit: pot⁹ aq̄ ca. ꝫ Alex. multū iuuat: postea catarticū impiale. vl' ꝺcoctio mirabo. postea denť el'aria stōi mūdificatiua: sic̄ dyamilō: qꝺ fit ꝺ succo maligra. citonioꝝ: sicut dcm̄ ē in Alexā. aut ī antidot. maiori repiť: detur dyacitonitē: stomaticō ⁊ ꝯfortatiua. ¶ Cū hō ⁊c̄.) sic̄ dcm̄ ē: ꝺ illis trib⁹ passiōib⁹ intēdit ī ħ capi°. q̄ oēs sūt humorales: qꝺ pꝫ per ħ ꝙ dic̄ (mali chimi ī stō calidi) vt flegma salsuꝫ: vl' col'a grossa: qꝛ col'a subtil' nūqꝫ ħ fac: subtiles sūt. isti faciūt p̄dictas passiōes: ſꝫ magis vomitū: vt statiꝫ īnuit sequens lr̄a (grossi) isti ꝑtinēt ad nauseaꝫ (⁊ abhoiatōeꝫ nimiā) deide seqtur cura ī fastidio ⁊ ī singultu ꝺterminata (fistici) fructus sunt hn̄tes nucleū. ca. ⁊ sic. inūgať stomacus. ⁊ empl'a calefacientia ⁊ cōfortantia superponantur.

¶ De vomitu. Cap. XI.

Bonum est corpori si vomitus nō necessarius sibi sit: ⁊ si necesse habeat vt ſm crisim fiat. ¶ Est autez vomitus cum os stomaci moueatur in expellēdis eum grauantibus vel pungentibus cibis: siue humoribus: aliquādo fit vomitus ex stomaci defectionibus: cuꝫ retinere cibos vl' humores non valeat: quos natura sursuꝫ eleuat cū pars stomaci inferior ore sit fortior: vel inferius natura deprimat cū os stomaci sit fortius parte inferiori. In vomitu sine multoruꝫ vel malorum ciboruꝫ acceptionib⁹ malos humores esse pungitiuos intelligimus in ore stomaci. Quoruꝫ significationes perpenduntur in his que euomuntur. si ex co. sicut cuꝫ calore inueniť in illius cibi digestione: si ex flegmate ⁊ frigiditate inueniatur cibus nō coctus ⁊ crudus. G. colera inquit facit abhominationem ⁊ appetitiue virtutis defectionem: sicut in flegmate salso abhominationem faciente ⁊ sitis defectionem. ¶ Si sanguinē euomat rupturam alicuius vene in ysofago vel in stomaco sigñat: vel incisionē: vel sui putrefactioneꝫ. Que vel ex causa primitiua fit vel antecedēte: si sanguis sine dolore ⁊ vomitu exeat apertam venam in meri vel in stomaco sigñat. Que si exit cū dolore ⁊ colore rubeo vl' claro: ostēdit in meri incisiōem vene vel in stomaco. qui preterito iam dolore egreditur ⁊ difficil' est in exitu: ⁊ color suus niger est: vulnera sigñat vel corrodentia ⁊ putrefacientia: aliquando sanguis euomitur: qui ab alijs mēbris ad stomacuꝫ cōfluit: ⁊ est malum signum: ħ autem exit mixtus cuꝫ quibusdam humoribus stōi. ¶ Si medicari velimus vomitum an ex causa sit os stomaci grauante ⁊ pungente perquiramus: vnde non oportet vomituꝫ constrigi: neqꝫ prohiberi ipsuꝫ: nisi postqꝫ stomacus de malis humoribus mūdificatur: qui cuꝫ vomitu egrediuntur: sed si timeamus vt vomitus augmētetur ⁊ deficiat infirmus: opꝫ vt digestionem inquiramus: que si sit mollis demus sapam citonioruꝫ: syrupuꝫ mirtinuꝫ. syrupuꝫ malorum grañ. syrupum pomoruꝫ. piroruꝫ. cuꝫ spodio. vel trociscos de balaustia: dentur etiaꝫ galla. spodiū cuꝫ syrupo stiptico: mespil. demus ius milij. ordei. cuꝫ amigꝺ. omnia aūt assentur: ponātur in aqua quā bibant. spodiuꝫ cortices fistici. ponatur super stomacū cathaplasma stipticuꝫ ⁊ odoriferum: si sint stiptici. demus cassiāf. pruna. syrup̄. ꝺ prunis. Clistere faciamus lene ⁊ suaue. ¶ Si de colera rubea sit vomitus ⁊ virtus custodiatur: cū oxifeni. ⁊ absinthio ⁊ viol'. ⁊ similib⁹ purgemus. si virtus. etas. consuetudo. tempus. nos adiuuēt: flobothomemus basilicaꝫ de dextra manu. ¶ Si de flegmate yerāpig. demus ⁊ apozima calamēti. tyriace. ʒ. i. cuꝫ succo mēte. demus mentaꝫ. lignum aloes. mastic̄. galliam. ¶ Si vomitus de colera nigra fuerit: flobothomemus basilicaꝫ. si virtus. etas. consuetudo. tempus nos adiuuēt: si nō possumus: vētosas in ambo latera ponamus: clistere faciamus de camomilla. c̄c̄. se. succo aneti. furfure. melle. obsomogaro. sisameleo. ⁊ similib⁹: demus oximel. ¶ Si vomitus sit ex sanguie flobothomemus basilicaꝫ: si nō aliqꝺ contrariuꝫ impediat. si aliqꝺ impedierit: vētosas in vtroqꝫ ponamus crure. medicinaꝫ illaꝫ ponamus. vel faciamus quā in sanguis screatu diximus. qui de pectore egreditur Gal'. cui inquit in stomaco cibus non remanet: sed semper vomit: accipiat sumac. ciminū. que insimul pistata cū aqua ro. bibat: multuꝫ eniꝫ iuuat. ¶ Si vomitus ex defectione stomaci sit: neqꝫ cibum conueniētem retinere possit: accipiat omne stipticuꝫ ⁊ odoriferuꝫ medicamē seu cibuꝫ. Iuuat menta pistata cū oleo ro. temperata: vn̄ inungatur ⁊ os ⁊ nares.

¶ Premisit tractatum de abhominatione: nausea: ⁊ aīe subuersione: ⁊ quoniam in signis ⁊ causis ⁊ curis cōicāt: ⁊ quoniā huiusmodi passioōs vomitū antecedunt: sicut

tremoꝛ labiȷ iferioꝛis:extensio ypocūdrioꝝ:h̄ capl'm se/
quēs ē de vomitu:⁊ anastropha ⁊ colica passiōe:has paſ/
ſiones ad moduꝫ breuiariȷ breuiter in h̄ capitulo cōpre
hendit. ¶ Uomitus appellari poteſt ſimpliciter cuiuſ/
libet rei expulſio a ſtomaco per ſuperius oꝛifitium eius:
ſiue ſit humoꝛ:ſiue ſanguis:ſiue ſanies:ſiue cibꝰ:ſiue po/
tus:vel quodlibet aliud.anaſtropha dicit̄:quaſi ſurſum
ſtomaci cōuerſio:quādo.ſ.debilitata parte ſuperioꝛi ſto
maci cibi aſſumpti nō deſcendunt inferius:ſed ſtatim ꝑ
ſuperioꝛa educuntur:⁊ ſic per vomituꝫ eyciunt̄ cibi: vel
humores praui ad ſtomacū veniētes:cataſtropha ē paſ/
ſio huic cōtraria:quādo ꝓpter debilitatem fundi ⁊ ꝑtis
inferioꝛis recepta cito per inferioꝛa emittuntur:de qua
paſſione fit mētio in lienteri a.colerica vero paſſio ſicut
dicit Alexā.eſt īmoderata ſtomaci perturbatio:quando
cū moleſtia ⁊ perturbatiōe contēta in ſtomaco per ſupe/
rioꝛa ⁊ inferioꝛa eius oꝛificia educūtur:vnde dicit ꝙ h̄
paſſio fit ex habūdantia colere ſurſuꝫ vel deoꝛſuꝫ exeū/
tis:⁊ dicitur ꝙ hec paſſio a colera non denominatur:ſed
a colidis.Antiqui.n.colidas inteſtina appellabant:h̄ au
tem paſſio acutiſſima ⁊ cito ſincopiꝫ eſt inducens: vomi
tus autem quādoqꝫ eſt neceſſarius ⁊ valde iuuatiuus: ⁊
quādoqꝫ malus ⁊ nociuus:anaſtropha ⁊ colerica paſſio
ſemꝑ ſunt mala:vomitus auteꝫ iuuatiuus eſt ſicut creti
cus:⁊ vomitus factus in equalitate:vn̄ ſtomacus mun/
dificatur:vnde iubet Hypo.eſtate ſingulis mēſibus ſe/
mel vomituꝫ ꝓuocare:⁊ exit per vomituꝫ aliquādo ſan
guis:⁊ aliquādo humores aliȷ:⁊ ſiue h̄ ſiue illud:aliquā/
do bonum eſt:aliquando malum.Sciēnduꝫ autē ꝙ vo/
mitus frequentia nimia:ſiue ſanguinis:ſiue alterius rei
mala eſt:qꝛ ſtomacū debilitat:⁊ facit ad ipſum fluere ce/
teras ſuperfluitates:ſicut ad lacunaꝫ. ¶ De vomitu au/
teꝫ ceteroꝛum humoꝛuꝫ pꝛimo videamus:poſtea de vo
mitu ſanguinis.euomūtur ergo humores vel cibi:aliqn̄
vi nature:aliquādo vi ſinthomatis vel accidētis:vi na/
ture:ſicut in die cretico:aut in febꝛibꝰ nā exiſtēte forti:
aut in epilepſia:aut in ſanis ex nimia repletione ſtoma/
ci:vnde humores vel cibos aſſumptos cuꝫ ſuperfluitate
nequeūt retinere.Iteꝫ vomitus fit aliquādo a cauſa in/
terioꝛi:aliquādo a cauſa exterioꝛi:a cā exterioꝛi:vt a vo/
mica medicina:vel a leſione cranei:vel a violento motu
⁊ percuſſione ⁊ a caſu ꝙ valde maluꝫ.A cauſa interioꝛi a
natura vt dictuꝫ eſt:vel a moꝛbo:vel a cauſa moꝛbi:vt a
multitudine acutoꝛuꝫ humoꝛum:vel a debilitate cōple/
xionis ſtomaci ⁊ ꝓpter doloꝛes foꝛtes:vel ꝓpter nimiā
debilitatem oꝛis ſtomaci:talis autem vomitus ſi ē ſim/
plex malus eſt:ſiue ſit colericus:ſiue flegmaticus: ⁊ de/
terioꝛ ſi fuerit niger:vel ſicut ſuccus poꝛri ⁊ flos eris.Si
auteꝫ fuerit cōpoſitus ex humoꝛibus foꝛtiter cōmixtis:
minus eſt malus.Iteꝫ plures homines quandoqꝫ vehe
mēter appetūt ⁊ ſtatiꝫ repleti euomūt cibos aſſumptos:
⁊ h̄ pꝛecipue in anaſtropha.Iteꝫ aliȷ qui ſtatim euomūt
ſi iraſcātur ⁊ multū loquātur:⁊ plurimo motu coꝛpoꝛeo
vel animi vtātur:qđ totū eſt a debilitate oꝛis ſtomaci:⁊
ad anaſtrophaꝫ reducātur ¶ Et deiceps de vomitu ſan
guinis eſt vidēdum. ¶ Omnis autem vomitus ſangui/
nis peſſimus eſt factus in fe.⁊ ex malitia febꝛiuꝫ.In ſa/
nis autē aliquādo bonus eſt:qꝛ ſignāt nature foꝛtitudi/
nem expellentis ſanguinis ſuperfluitatē que ad ſtoma/
cuꝫ aliūde delegatur:ſicut ab epate:aut carnoſitate fun/
di ſtomaci.Aliquādo ꝓpter rupturaꝫ vene aut ſciſſurā:
aut inciſionē:aut etiaꝫ a meri poſt vomituꝫ plurimum:
vomitus auteꝫ ſanguinis eſt quādo crepatur apoſtema
non maturuꝫ:aut quando deſcēdit ſanguis ab epate:aut
ex aliȷs membꝛis:⁊ aliquādo ꝓpter mēbꝛuꝫ mutilatū:
aut ꝓpter exercitiuꝫ dimiſſuꝫ:qđ fuerat conſuetū:vel ꝓ/
pter ſanguiſugaꝫ in meri ſuſpenſaꝫ:aut ꝓpter indebitaꝫ
retentioneꝫ emoꝛoydaꝝ:vel menſtruoꝛum:vel quando
ſplē ſuas ſuperfluitates fundit ad ſtomacuꝫ.Sed tūc eſt
niger ⁊ turbidus. ¶ Eſt autē generale ꝙ quādo poſt vo
mituꝫ ſanguinis vel alterius rei:maioꝛ ſeq̄tur tranquil/
litas ⁊ coꝛꝑis leuitas:ꝙ h̄ eſt a foꝛti nā:⁊ ꝯriuꝫ eſt in con
trariȷs:verūtamē nō ꝑꝑ hoc vomitus multus eſt aſſue/
faciēdus:neqꝫ vomitus ſanguinis ꝓpꝛie:ſꝫ magis diuer/
tēdus:vt diſcat alias vias tenere. ¶ A quo aūt loco ſan/
guis deriuet̄ ad ſtomacū ſignāt̄ per caliditateꝫ loci: vel
tumoꝛeꝫ ⁊ coloꝛeꝫ ſanguinis:vel per cās ꝑmitiuas: vt ꝑ
ſanguiſugas ſuſpēſas ⁊ ꝑ mutilatiōes ⁊ alia. ¶ Cura aūt
iſtius paſſiōis eſt leuis:⁊ ſi aliquādo iuuatiuus ſit vomi
tus in paſſionuibꝰ pedū ⁊ renū.⁊ oīuꝫ inferioꝝ paſſionū
vel partiū:qꝛ humores ꝯuertūtur:nihilominus ſi ſuper/
fluat ne virtus debilitet̄ feſtinet̄ cura.Si ergo ſit a ma/
lis cibis rectificet̄ dieta.Si aūt a multis ⁊ ſuperfluis di
minuat̄ cibus.Si aūt malitia cōplexionis ſolū defectā/
te virtute cōtentiua:rectificet̄ cōplexio ⁊ poſtea confoꝛ
tet̄ per aromatica:⁊ bene etiā redolētia: per inunctiōes
⁊ empl'a.Si aūt adſit ſuꝑfluitas humoꝝ:feſtinet̄ mūdi/
ficatio:poſtea ſeq̄tur humoꝝ adequatio.⁊ virtutꝭ ꝯfoꝛ/
tatio.Si aūt adſit ꝓpter debilitatē oꝛis ſtōi:fiat cliſtere
acutuꝫ:vt declinet mā ad inferioꝛa:⁊ oꝛi ſtōi emplaſtruꝫ
apponat̄ cōfoꝛtatiuuꝫ.Si ſuꝑuenerit ſincopis res boni
odoꝛis naribus applicētur.Iteꝫ fricatio extremitatuꝫ ⁊
calefactio ⁊ foꝛtis ꝯſtrictio manuuꝫ ⁊ pedū cōtra multū
vomituꝫ ꝓſunt: ſcꝫ qꝛ ſic attrahūtur humoꝛes ad extre/
ma.Itē iuuat comedere fabas cū coꝛtice ⁊ lentes deco/
ctas in aceto.Itē iuuat ſumere pontica poſt cibū aſſum/
ptum:vt ſunt pira ⁊ coctana ⁊ meſpila:⁊ electuaria oꝛis
ſtomaci ꝯfoꝛtatiua:vt dyacitonitē.ſtomaticō.Itē iuuat
pꝛolōgare ſomnū:⁊ ſudare multū in ſomno.In cibis ſuis
ponant̄ coꝛiandrū.thus maſtix.lignū aloes:coꝛtices po/
mi citri.ponat̄ vētoſa foꝛtis ſine inciſiōe ſuꝑa ſtomacū
in anaſtropha ſub vmbilico vomitu ſuꝑfluo. In colica
vero paſſiōe ſuꝑ ypocūdria a dextris:⁊ aliquando ſuper
vmbilicū:illiniat̄ vētri cuꝫ ſucco abſcinthiȷ ⁊ rute agre/
ſtis cū caſtoꝛeo.Si vomitus ſit ꝓpter caliditatē multū
iuuat ſumac:⁊ ro.⁊ ſe.iuſquiami al.cū ſucco citonioꝛuꝫ.
Itē ſuccus maligrana.acetoſus.ſuper ſuos cibos ponāt
pul.ſumac:⁊ de glādibꝰ ⁊ thure:⁊ poſt cibos vtātur pul.
illo.⁊ ſpodiū eis confert ⁊ ſyrupus acetoſus: vel oxizac/
cara:vel roſaceus:⁊ poſt cibos maſticēt.mirabol.condi/
tos:⁊ ſi poſt h̄ nō ceſſat ſuꝑ ſtōm apponātur de iuſquia/
mo ⁊ mādragoꝛa cū appōne confoꝛtatiuoꝝ:ſicut thuris:
⁊ maſtic̄.⁊ caſtoꝛei. ¶ Uomitus aūt melie nō reſtrigat̄
duꝫ erit poſſibile tolerare.In vomitu aūt de ſanguie ſi
ſit de repl'one:vel inanitione:vel cū ſil'ibus ſūme cōfert
flōmia:ſi ex vlcere:vel inciſiōe.vel ruptura ꝯferūt cōſo/
lidatiua.In oībꝰ ꝯfert ligatio extremitatū.Itē i vomi/
tu ſanguis ꝯfert ſyrupꝰ acetoſus ⁊ ro.cū niue infridati.
Itē ꝯfert bibere ſuccū plātaginis:vl' fiat ſyrupꝰ ð ſemie
ro.acacia.terra ſigill'.balauſtia.paꝝ de opio.ſe.iuſqami
al.gumi ara.cū ſucco plātagis:⁊ virge paſtoꝛis ⁊ pauco.
h̄ eſt.n.ſūmuꝫ iuuamtū. ¶ Bonū ē coꝛꝑi)ſi facil' ſit vo/
mitꝰ ⁊ ſine laboꝛe:⁊ raro ſic̄ ſemel in mēſe.purgant̄ inde
mēbꝛa ſuꝑioꝛa(cū ꝑs ſtōi ſit foꝛtis)ſic̄ i anoſtropha(i/
feriꝰ nā depꝛimit)ſic̄ in cataſtropha.Si aūt vtraqꝫ ꝑs i/
ferioꝛ.ſ.⁊ ſuꝑioꝛ ſit defecta:tūc cuꝫ alexādro dico eē ex
colica paſſiōe:quaꝫ ēt qdā ſtomaticā paſſionē appellāt;
vl':qđ yliacā n̄ dico.Inferiꝰ.n.ð hac aget ocl'te tn̄.(col'e
ru.reddit̄ ðfectio appetitiue)abhoīatio v̄o nō:niſi qn̄ ē
groſſa ⁊ viſcoſa:q̄ eſt cā.ſ.vomitꝰ ſanguinis aliquādo fit

a causa iteriori. aliquādo ab exteriori: ⁊ dicit̄ emogosis:
siue emagoge: vel anabrosis. s. reiectio sanguinis per vo-
mitū. Incisa eniʒ vena: vl' putrefacta. signa ponit Cōstā.
satis eleganter: vñ hic non est imorandū (sapam). i. pō-
tica semꝑ dētur in fine (tyriace. ʒ. i.) h valet in omni vo-
mitu ex frigida cā. siue sit cuʒ materia: siue sine materia
(vētositas) ad vertenduʒ sanguineʒ: que etiam valent
inter spatulas (in sanguis screatu). i. in emoptboica pas-
sione (si vomitus sit ex defectione stomaci) h tangit co-
lericaʒ passionē in qua stomacus totaliter deficit: ad qd̄
valet multū inunctio cum oleo ro. cum sanguine draco-
nis: ⁊ bolo. Item emplastruʒ de sandal'. ro. mēta. absin-
thio. balausti. psidia. pane tosto. succo mente ⁊ aceto cō-
fectum extēdatur supra totū stomacū ad ipm ꝯfortādū.

¶ De inflatione stomaci. Cap. XII.

Inflatio stomaci est aer nō coctus fri-
gidus ⁊ grossus nascens ꝓprie in sto-
maco de inordinata dieta. Aliquādo
in capite fit ventositas: qꝛ vēti motio
naturaliter petit superiora: nascitur ⁊ tunc in
toto corpore: maxime in ydropicis. ¶ Est au-
tem inflatio vel de humoribus crudis: vel me-
lancolicis: sed differūt adinuiceʒ: qꝛ de crudis
humoribus mollis ⁊ humida: de melācolicis
sicca ⁊ dura. ¶ Hec inflatio cuʒ veniat opor-
tet vt sibi succurratur cum medicina ventosi-
tatis ventris dissolutiua: sicut cum cimino in
oleo cocto inunge os stomaci. similiter mara-
trum: apium. dauc. petrosil. anisum valent: si
stomacus fuerit infrigidatus cum oleo vbi co-
ctuʒ est ciminū: qd̄ facimus de. se. rute. ⁊ bac-
cis lauri. vngimus: vel damnileo. masticeleo.
oleo nardino. oleo nigelle. cicuta pistata cum
melle temperata detur ad bibendum in modū
ciceris cū succo apij. castorei. ʒ. ß. similiter va-
let: demus etiam carui cum aqua ca. vel cum
vino cocto: demꝰ antidotū. dyacim. dyasper-
maton dyanisum. socurgene. dyalaca. Itē po-
lij montani. calamenti. añ. ʒ. v. fac coquere in
iij. lib. aque: vel cum vino. ⁊ ad vnam redige
cola ⁊ da bibere tertiam partem lib. cuʒ oleo
nardino. succus maratri cum cassiaf. similiter
valet succus mente ⁊ sisimbrium. calament.
camedreos simplex seu compositus coctus ⁊
colatus cum amigdaleo valet inflationi ypo-
cūdrice ⁊ ventositati melancolice: ventosaʒ in
medio ventris ponamus: circundemus vm-
bilicum sine scarificatione multis videtur iu-
uare. Iuuat iterum somnus ⁊ balneū. ¶ Epi-
thima valens ad inflationem stomaci. ypocū-
drie ⁊ ventositati frigide. ℞. anisi. maratri. ci-
mini. añ. ʒ. vi. aristol'. lon. squinanti. carpobal'.
añ. ʒ. iiij. calamē. ameos. spice. polij. an. ʒ. ij. cc̄.
mastic. gariof. añ. ʒ. i. omnia pistentur: ⁊ i. iiij.
lib. succi maratri ponantur ⁊ ad. i. lib. coquan-
tur. deinde accipe amigdaleō. lib. i. omnia co-
que quousqꝫ ad oleum redigantur. da bibere
ʒ. iij. in succis herbarum supradictarum.

¶ Caplm istud est de rugitu stomaci ⁊ inflatiōe. Inflatio
auteʒ tāqꝫ a causa efficienti ⁊ imediata est a calore debi-
li facta cōparatione ad mām: quando calor est maior qꝫ
qui euʒ moueat. i. qꝫ si nō resolueret minor. vel qꝫ g mo-
tuʒ cōpleat: sicut calor qui pōt mām resoluere in grossuʒ
fumuʒ. Sed subtiliare non potest: neqꝫ ꝯsumere: ex h pʒ
qꝫ si dominet̄ omnino caliditas supra māʒ nulla fiet vē-
tositas: simil'r si assit multa frigiditas: vel calor debilis
mām nō dissoluit: qꝛ calor talis nullo modo mouet: sʒ ca-
lor superās mām cōsumit ⁊ subtiliat. ¶ Huius ergo in-
flatio aliquādo est a causa remota: sicut materia cōten-
ta in splene vel epate: vnde hydropisis generatur. Ali-
quādo ꝯtinetur in matrice vel in alys mēbris: h solū in-
tendit de inflatione que est ex parte stōi ꝓpter mām ibi
cōtentaʒ: vel ꝓpter calorē māe debileʒ: qꝛ subtiliare nō
potest: mā duplex est: qm̄ aut est cibꝰ vētosus terrestris
inflatiuus: vt sunt lentes fabe: panis azimus ⁊ pisa. ⁊ si-
milia: aut est mā flegmatica vel mel'ica. viscosa. vel du-
ra calori repugnās resoluēti: ne subtilietur: quādoqꝫ au-
teʒ ex parte caloris qui est valde debil': licet cibus nō sit
in se inflatiuus: quādoqꝫ aūt ex parte caloris valde forti
cui nō obycitur mā nimis multa aquosa: vel terrestris:
vnde calor licʒ superfluat ex parte deficit vl' lentescit: cā
autē aliquādo pōt esse nimia vacuitas vētris humores
crudos ab alys mēbris recipiētis. Sʒ in id idē redit cuʒ
primis. ¶ Rugitus aūt est inflatio a frigida causa: vel a
frigida cōplexione stōi signatur per oxiremiā. Si auteʒ
fit a forti calore mouet̄ inde acetosuʒ facit fumū. ¶ Si
ergo cibus inflatiuus sit in cā. cura erit ipm ꝑmo dimit-
tere ⁊ ad aliuʒ se trāsferre. Si aūt cibus sua nimia quāti-
tate h fecerit minoret̄. Si auteʒ frigiditas stomaci hoc
fecerit: opʒ vt debilis calor cōfortet̄: ponatur ergo supra
stomacū puluinar calefactū: inungat̄ stomacus cuʒ oleo
laurino: ⁊ emplastret̄ emplastris calidis: vt est ceroneū:
dyaceraseos: vinū purum bibat̄: paruʒ tñ. vtat̄ electua-
rys dyacitonitē: dyacalamēto: dyagal'. ⁊ ꝯsimilibꝰ: si aūt
sit calida mālis si sit valde pauca ad eaʒ ꝯsumēdaʒ suffi-
cit exercitiuʒ: somnus moderatus ⁊ abstinētia: ⁊ alia ꝑ-
dicta. Si autē materia sit pauca: necessaria erit euacua-
tio cū pill'. fetidis sicut yerapig. deinde mā euacuata cō-
plexio stomaci reducat̄ ad tēperantiā: qꝛ sic habebit̄ cu-
ra sufficiens: vnde dicit. ¶ Inflatio est aer). i. vētositas
(proprie stō.) qꝛ de illa ꝓprie intēdit ꝑcipue ad presens.
aliquādo in capite: illa tñ ortuʒ habʒ a stō: non cōtingit
in crapula ⁊ gulosis nimis se replentibus in toto corpo-
re: h maxime ortuʒ habʒ ab epate (ventositat' vētris so-
lutiua) h maxime fit cū clisteri: (dānileon). i. oleuʒ dā-
ni vel lauri: (cicuta.) nō intelligat̄ de nostra: qꝛ est mor-
tifera: sed de quadā alia que in hyspania repitur: que est
ca. ⁊ sic. in. 3°. ⁊ est subtilis sube. socrugenā interpretat̄ sal-
uatrix nāe antidotū est qd̄ nō est in vsu. (cuʒ oleo nardi-
no) nequaqꝫ oleuʒ bibat̄. Sed cū decoctiōe spice nardi.
(sisimbry.). i. mētastri. (acetosaʒ maratri.) de hac cō-
fectione inunctio fiat: vel epithima.

¶ De obuolutione intestinorum. Cap. XIII.

Orturam sepe patitur intestinuʒ: vel
ex grossis chimis inuiscatis: vel cole-
ricis quādam faciētibus egritudinē:
sicut patiuntur qui sepe porris vtunt̄
⁊ silibus: ex grossis chimis esse itelligimus ex

sum sic fit: plumbum liquefit in olla exsiccatur incidit
⁊ mollitur sic fit puluis nimis restringens: sil'r facit pul/
uis attramēti ⁊ thuris: ⁊ san. draco. ⁊ balausti. ⁊ tele ara/
nee: ⁊ pili leporis cuȝ albumine oui: ista omnia emoroy/
das stringūt: ⁊ exsiccant ⁊ ɔsumūt māȝ: ⁊ bona sunt que
ponit auc. quidā tñ intingūt in solo succo porri emoroy/
das: ⁊ statim fluxus cessat ⁊ dolor sedat (Si sit iterior)
scȝ in intestinis qbus sit vena apta. liciniuȝ intingatur ⁊
inungat: ⁊ inunctuȝ intromittatur restringet ⁊ desicca/
bit emoroyd. sit ita vt asperitas tollat. (Si propter car/
diacā) de mel'ia coartante cor. (Si ppter mel'iaȝ). s. pp
morbū capitis: istud ergo antidotū valebit ad mel'iam:
(emoroy. interiorꝝ:) h antidotuȝ māȝ ɔsumit flegma/
ticaȝ viscosaȝ: vnde fiūt emoroyd. ⁊ eaȝ parteȝ sensibil'r
euacuant. (Si medicina put diximus) ꝙ sepe cōtingit
ꝙ eas fluentes restringere nō valemus (attrici). i. fora/
mina in ano sordē emittētia: sicut fistula (acutam medi/
cinaȝ) sicut attramētuȝ cōbustum ⁊ auripigmentuȝ: vel
calceȝ viuam cuȝ succo porri: vel cū cyrurgico istrumē/
to: sicut auro candente (locus vlceratus) cauterizet vt
mā desiccet ⁊ locus ɔfortetur ⁊ callosus fiat ne materiā
recipiat influenteȝ: facta autē cōbustione ignis depona/
tur cuȝ succo porri ⁊ rasura lardi: postea ponātur pulue/
res desiccatiui. cōsolidatiui. carnis regeneratiui: vt pul/
uis ro. fabaꝝ. thuris. mastic. h superponatur facta prius
ablutiōe cū aceto tepido: vel aqua ro. vñ dicti pulueres
incorporent cū vitell'ouoꝝ: ⁊ aqua ro. ⁊ oleo ro. ⁊ h sup/
ponat: qm̄ mitigat. desiccat ⁊ cicatrizat. Ista cura valet
in incisione lōgaꝝ emoroydaꝝ. ⁊ ficuuȝ: ⁊ ceteraꝝ excre
scentiaꝝ: sicut attrici ⁊ similia (extra locū passionis) nō
ponamus pulueres corrosiuos intēsiuos nisi supra locū
passionis: qr bonaȝ carneȝ corroderēt. ⁊ ita nocumētū p/
starent: (⁊ si in natib⁹) h tāgit curā herisipile ⁊ aliaꝝ in/
fectionū colericaꝝ (Si vulnera sint sine apate) hic tan/
git d cancro in ano: qd appellat vulnus sine apate. (Si
humiditas sit nimia.) h tāgit curaȝ de fistula. (Si in na
tib⁹ sit dolor) h tangit ragadias ani ⁊ vlcera: pruritus ⁊
corrosiōes. (Si sanguinis fluxus) h valēt balnea cōstri
ctiua ⁊ emplastra.

¶ De exitu ani. Cap. XX.

Passiones ani sicut emoroys. aposte/
ma vulnera ⁊ fissura nocent ⁊ dolo/
rem faciunt: nates infirmū exprime/
re cogentes quasi ex quadaȝ inanita/
te: vnde exit anus: aliquādo quoqȝ egredit ex
mobilis mollitie lacerti volūtarij. Ideoqȝ ster
cus ifirmi sine volūtate exit. ¶ Oportet ergo
vt videatur vnde nascat. Si ex depssiōe fiunt
doloreȝ nimiū faciunt. Infirmus ergo sedeat
in aqua vbi cocta sint stiptica. galla. balausti.
cortex. maligra. sumac. glādes. ypoquist. ⁊ si/
milia. demus ifirmo dyacosiȝ. ematitē. micle/
te. dyaxilocaracta. dyacitonitē. triferam maio
rem ⁊ minoreȝ. pill'. de bdellio. accipe viscuȝ.
malue ⁊ oleum: vnge inde manus. redde ani
intra. similiter cuȝ vitello oui ⁊ visco psilij. q
postqȝ intus erit fomentemus cum re stiptica
iam dicta. Deinde accipe galle. cōcule marine
incense. añ. ȝ. i. ⁊ ß. nuc. cypressi. balausti. cor/
ticeȝ maligra. acatie. ypoquist. añ. ȝ. i. fac pul.
pone super anuȝ: hora vna post aliam horaȝ:
fomentemus cuȝ re stiptica iam dicta. accipe.
cortices arboris lētisci. ȝ. iij. nuc. cypressi. ȝ. ij.
ceruse. fac puluerem super anum mittens: hi
omnes pulueres quos diximus ⁊ omnes spe/
cies post ani reuersioneȝ: siue puluerizate sint.
siue epithimate: siue fomētatōes multū valēt.
¶ Hic spāliter agit de mollificatione ani ⁊ eius paralisi:
vnde egredit anus iuolūtarie siue insensibiliter: fit qñ/
qȝ ppter casus supra dorsuȝ: ⁊ ppter percussioneȝ: vñ la/
certi rūpūtur vel desiccātur: quādoqȝ vero ex nimia hu
miditate relaxāte: fit etiā ex retētione superfluitatū: vñ
longaon paraliticat ⁊ fit insensibilis: fit etiā propter ni/
miaȝ retētioneȝ vrine: quādoqȝ fit ex nimia cōpressione
⁊ nimio conatu ⁊ appetitu egerendi: vnde pp nimiā cō/
pressionē exit anus: pōt etiaȝ fieri ppter apa: vnde anus
expellitur ad exteriora: vel ex continua sessione super la
pides: ⁊ sup sedes frigidas valde: vndecūqȝ aūt cōtingit
exitus ani ⁊ nimia relaxatio passio est dolorosa. ¶ Cae
autē ⁊ signa satis facile per indiciuȝ patiētis: vel per vi
suȝ: vel per tactū possunt assignari: qr locus satis aptus
est ⁊ manifestus. palisiȝ vo lōgaōis signat spāliter egres/
sio stercoris inuolūtaria: sicut paralisim didimoꝝ egres/
sio spermatis iuoluntaria sine delectatione: vel egressio
vrine sine delectatiōe: ex paralisi vesice. hō ergo relaxa/
tio ani: vel mollificatio aliqñ fit de humiditate declinā/
te ad caliditateȝ: frequētius tñ fit de humiditate vl' hu/
more frigido: sicut de flegmate grosso: vl' vitreo vl' ace/
toso. Si aūt de humore calido sentitur ardor ⁊ pūctio ⁊
mordicatio in lōgaone: stimulās ad egerēdū. Si aūt fit
de humore frigido: graue pondus sentitur in inferiori/
bus cum frigiditate. ¶ In thenasmō vero pruritu: vel
exitu ani de causa ca. confert flōmia de saphena interio/
ri: ⁊ clistere mollificatiuū: deinde mundificatiuuȝ de se/
ro capno ⁊ trifera sarracenica: fiant inunctiones cū oleo
ro. In frigida autē causa cōfert clistere de fenugreco. se.
lini. colatura furfuris cuȝ yerapigra vel bñdicta. Si aūt
adsit repletio fiat flōmia de saphena: in vtraqȝ cuȝ cau/

sa ꝯferūt sacellationes de furfure:⁊ repleatur saccus de
furfure:⁊ coquātur in aqua ꝯtra cām calidā:sed contra
frigidā bulliatur in vino:⁊ desup sedeat patiens. In cā
autē frigida pōt fieri suffumigatio de thure.pice.lauda
no ⁊ cū similibus:in causa vero ca.cū aceto. In thenas/
mō vero sumere saccellationē de furfure triticeo si pa/
tiens supersedeat ano intermisso. Itē solet dici ꝙ ꝓba/
tū est contra exitum ani.vel matricis ista valet subfu/
migatio de spodio serpētis:vel bdellio.vł cappare:⁊ fre/
quens inunctio de oleo nucleoꝝ persicoꝝ cū sepo hyr/
cino ⁊ adipe galline.h̄ fiat frequēter:simił valꝫ oleū co
stinū. Itē cōtra mollitiē ⁊ relaxationē ani sedeat infir
mus ī aqua stiptica ð balaus.psidia.galla.cypresso. Re
ducto ano ad interiora:decoquātur ro.lentes.solatrum.
⁊ sumac in aqua ⁊ aceto:⁊ ibi sedeat patiēs:abluat̄ locus
cū vino stiptico:⁊ supaspgatur puluis thuris.ro.sumac.
vel ponatur paruū de melle ro.alumine.sumac.antimo.
cerusa.galla.puluis istorū superaspgatur. Si aūt aposte
ma sit in cā:difficilis est cura:q2 tūc anus aut vix aut nū/
quā poterit introduci:sedeat patiens in aqua ca.in qua
decoquātur malue bismalue.rose.lingua auis. mellilo/
tū fiat postea inunctio cū oleo anetino:camomelino.
⁊ fiāt alia que dicit auc̄. ¶ Passiones ani) multas enūe
rat passiones:spāliter tn̄ intēdit in h̄ caplo de exitu ani:
a quacūqꝫ causa fiat (ex quadā suauitote).i.vt suauius
se habeat. (Si aūt inuolūtarie:) vt in paralysi ani (si ex
cōpressione) anus primo intromittat̄:⁊ postea fiant que
dicit auc̄. (dyacosim miclete.) ponit ełaria superflue hu
miditatis desiccatiua ⁊ cōsumptiua (dyaxilocaracta) h̄
antidotū nō est in vsu:denominat̄ a xilocaractis: ð qui/
bus inuenitur in dietis particularibus:(accipe viscum
malue:) h̄ inunctio fiat ante balneum stipticū:⁊ aū suf/
fumigatiōē.deinde fiant pulverizatiōes q̄s p̄cipit auc.

¶ Explicit quartus liber.

¶ Incipit liber quintus de mala ꝯpłone epis. Cap.I.

Multis modis gloriosissimi medi/
ci digestibilem virtutem tria loca
dixerūt corporis obtinere. primū
in stomaco.secūdū in epate. ter/
tiū in omnibus membris corpo/
ris. Nos in q̄rta ꝑticula diximus: quos mor/
bos prima digestibilitas pateret̄. In hac qui/
ta dicere disposuimus quos morbos in epate
secūda patiatur:⁊ sigñationes ⁊ curas ꝫm an/
tiquorū auctoritates. ¶ Incipiamus ergo a
mala ꝯplexione epatis:⁊ dicamus epar duo/
bus modis pati.s.ex sue essentie ꝓprietate:vel
ex aliorum membrorū vicinitate:ex sui ꝓprie/
tate tribus morboꝝ generibus: sicut ⁊ omnia
membra corporis patiūtur. Mutatione com/
plexionis sicut si refrigescat: vel calefiat: hu/
mectetur:vel desiccetur:simpliciter seu cōpo/
site. Scdō genus vero morbi officiales vocā/
tur:sicut opilationes vel apostemata. Tertiū
dissolutio ꝯtinuitatis.i.separatio ꝯiūcture appel
latur:sicut sunt vulnera. excoriatiōes. incisio/
nes ⁊ similia:he autē passiōes generant ydro
pisim:hos vero morbos in suis locis dicturi
sumus. In presenti autem a mala cōplexione
incipiamus. ¶ Si epati diuersarum comple/
xionū vna dominetur qua virtus sua natura/
lis superetur:duricies ⁊ tumores in ipso con/
ficiuntur:hec mala complexio vel est sine ma
teria:vel cū materia. Si vero ꝯplexio mute/
tur in calorem:infirmus nimiā sitim sentit:vł
ardorē.coleram rubeā.vomit.calor eius in
citrinitatem mutatur:siccitatē habet lingue.
palati.⁊ narium.appetitus eius in cibis defe/
ctus:vrina citrina colerica.si in frigitudinē sit
mutata.nihil habet horū que diximus:sed fa
mē nimiam patitur sine digestione.grauitatē
in epate.color faciei corrumpitur ⁊ mutatur:
labra ⁊ lingua inalbescunt:sanguis minuitur.
Mutatione epatis in siccitatem:spasmus cir/
cūdans epar sentitur:siccitas est in ligua. sub/
tilis vrina.digestio parua ⁊ sicca.corp⁹ maci/
lentum:si mutetur in humiditatē.facies tume
scit:⁊ inflatur:neqꝫ sitit propter humiditatē:
vrina alba ⁊ clara sine tinctura aliqua:⁊ quasi
aqua intelligit̄. Item mutatio complexionis
epatis intelligitur ex īfirmi natura.etate. tem/
pore ⁊ dieta ante infirmitatē habita. Item si
he cōplexiones dominantur composite ꝫm na/
turam compositionis sue:oportet festinare in
medicanda cōplexionis epatis mutatiōe vt ad
suam naturalē proprietatē valeat redire an/
teqꝫ induretur ⁊ intumuerit. ¶ Gał.n. in lib.
iuuamenti mēbrorū dixit. Intentio dei in cre/
andis aīalium membris fuit tribus modis: q̄/
dam pars vt viuerent aīalia per ipsā:sicut ce
rebrum:cor:epar:altera vt bene viuerent per
ipsam:sicut oculi:auricule:manus ⁊ pedes:⁊
similia:alia quibus generantur aīalia vt testi/
culi. ¶ Cum ergo epar vnū sit de illis mem/
bris quibus aīalia viuunt: cū corrūpitur cō/
plexio sua videndū est vnde corruptio fiat:si
ex calore sit oportet basilicā flobothomari:si
tempus:etas:consuetudo nos adiuuēt. Or si
non:refrigeremus cum spodio.zucca. psilio.
syrupo albo.oxizaccara. Demus serum cum
oxizacca. succū herbarū endiuie.i.scariole.so/

latri bene coctum ⁊ colatum: Demus troci-
scos compositos epatis refrigeratiuos quos
in hac particula sumus dicturi cuz frigidis sy
rupis demus suauia ⁊ lenia catartica sicut istō
qd̄. ℞. succi cucurbite. maligra. añ. ʒ. ij. zucca.
mãne. añ. ʒ. vi. spodij. dragagan. se. citoniorũ.
añ. ʒ. iij. oīa pistata ponantur in succo illo die
ac nocte: postea frica ⁊ cola dãs ei bibere. Ci-
beť crisolocãna. lactuč. blitis. portuľ. solatro.
cucurbi. Si febrẽ non habeat demus h̄ cocta
cum pullˀ. perdicibus. fasianis. custodiat se de
lacte ⁊ factis ab eo. melle. ⁊ de omnibus gros
sis carnibus. In aqua bibẽda misceatur syru-
pus frigidus. Cathaplasma faciamus ponen
do supra epar calorem extinguens: sicut por-
tuľ. cucurbi. solatrum. psiliuz. lentigines. lactu
caz. maluaz. violam. omnia pistentur cũ oleo
ro. ⁊ cathaplasma fiat. ¶ Si epar in frigitudi
nem mutetur: demus infirmo dyareubarb. ⁊
trociscos ide factos. dyalacca cũ suis trocisč.
dyacurcumam maiorez ⁊ minorez. omorisiã.
atanasiaz. dyacostũ. quodcũqz horuz inueniat
medicus. detur. ʒ. i. ⁊. ß. cum succo diuretica-
rum herbaruz. sicut apij. maratri. cocto ⁊ co-
lato cũ oximelle. syrupo absinthij. syrupo ra-
dič. vel apozima calamenti cuz apozimate de
aniso. maratro. apio. mastič. spica. folio squi-
nãto. Si medicus inuenerit simplex vel com-
positum. detur cuz amigdaleo. Demus dya-
galˀ. dyaciminuz. dyanisuz. dyaroma. De tro-
ciscis demus quos dicturi sumus. trociscos dē
aniso. maratro. apio. mastice. spica. folio. squi-
nanto. vel de absinthio. ⁊ silibus. Cathaplas-
ma superponamus epati quo calefiat. Simi-
liter epithima sicut oleum nardinuz. anetileõ.
⁊ similia. obseruet se de duris cibis ad digerẽ-
duz. Nutriatur cum subtili ⁊ leui dieta cũ ca-
lidis aromatibus preparata. manducet vuas
pas. habent. n. propriuz iuuare epatis defectio
nẽ vbicũqz sit: similiter fistič. bibiť. qd̄ valet fri
gido epati. Caueãt sibi ab omni dulcedine qd̄
nocet epati ⁊ spleni faciens opilationẽ. amara
bibant maxime si sint cõposita ⁊ pontica: vt ẽ
absinthiuz tamariscus ⁊ scolopendria. ¶ Si
epati hũiditas ⁊ frigiditas: vel caliditas ⁊ hu-
miditas domineť cuz frigidis medicemur re-
frigerantibus vel calefacientibus: nos in hac
particula dicemus dē medicinis q̃ztũ sufficiat.
¶ In hoc quinto libº incipit auctor ordinare signa. cãs. ⁊
curas epatis renũ ⁊ vesice: ⁊ pͥmo de passione epatis tãq̃z
dignioris mẽbri: morbos g̊ epatis diuidit primo in mor-
bũ generatuz in ipsa essentia epatis: ⁊ in morbũ aliunde
prouenĩetem: quasi diceret, morborũ epatis quidã sunt
a causa ꝓpria: quidã a propria passiõe ipsius epatis: ⁊ q-
daz a cõpassione. Morbus ꝓueniens a propr a cã diui-
diť in tria. in morbos cõsimiles officiales ⁊ cões: pͦ agit
de morbo cõsimili: q2 referť ad mẽbra cõsimilia que sũt
mã officialium: ⁊ primo de morbo ꝯsimili ex atis calido.
¶ Talis ergo mala cõplexio calida: aut est cũ materia:
aut sine mã: mala cõplexio calida: siue sit mãlis: siue nõ.
sitiz generat ⁊ ardorez ⁊ siccitatez in lingua: ⁊ cetera que
ponit auc. Sed si adest mã seqtur nausea vel vomitus:
si vero nõ. non. Itẽ cũ materia vrina est magis citrina: ⁊
magis turbata ⁊ sepe adest febris: ⁊ dextrũ ypocũdrium
sentiť calidũz. ¶ Si in frigiditate sit mutata.) In h̄ hz
sua ꝓpria signa nimiaz famẽ: qd̄ ẽ: q2 frigiditas cõprimit
cibaria ad funduz stõi. ⁊ ita fit inanitio in ore stomaci. ⁊
ita fames ⁊ appetitus. nõ repleať: hãc sequitur sepe dya-
ria ptisanaria: q2 deficit attractio ĩ epate ⁊ digestio: (san
guis minuitur) q2 minuiť digestõ. hͨ nõ febris: sed magi
via ad ydropisiz nisi forte post lõguz tp̃s: quando ingros
satuz est corrũpitur: vnde putrescit ⁊ facit febrem (spas-
mus circũdãs) siccitas ꝯhit pelliculas ⁊ lacertos: vnde
sentiť durities: ⁊ extẽsio: vnde premiť epar: ⁊ h̄ appellat
spasmũ (subtilis est vrina) q2 liqdius ꝯsumiť in humo-
re: ⁊ ingrossať humor: ⁊ non exit. nisi ꝙ liqdius materia
vrine sine humore cõtraria signa cũ in morbo epatis hu
mido. ¶ Si aũt male cõplexiones cõponanť accñtia ẽt
mala ⁊ signa erũt cõposita. distinctio habeť per res na-
turales ⁊ nõ nãles ⁊ cõtra nãm: per res nãles: vnde dicit
(etate) ⁊ similˀr per res nõ nãles: vñ dicit (tp̃e ⁊ dieta.)
per res cõtra naturaz: sicut per accñtia mala predicta.
¶ Opz festinare) q2 membruz valde nobile est: ⁊ ẽ na-
tũ sibi ⁊ toti corpori: vnde est ad esse. (Gal. in liº) osten-
dit auctẽ. G. ꝙ mẽbroꝝ quedã sunt ad esse indiuidui sicˀ
cerebruz. cor. epar. quedaz ad bene eẽ sicut oculi. nares.
quedaz ad eẽ spẽi. sicut mẽbra generatiua: si sic g̊ mẽbrũ
tale nobile per malã cõplexionẽ indurescat: ⁊ sic incura-
bile efficiať: opz festinare: epar. n. scliroticatũ nõ est cu-
randum per dissolutiua fortia dissoluentia: q2 prius car-
nẽ teneraz eius dissoluerent vel putrefacerent: q̃z scliro
sim curarent. ¶ Si ergo sit ex calore.) In cã sanguinea
⁊ colerica p̃cellit flõmia: siue sit materialis siue non: Si
tamẽ particularia ꝯueniant: ⁊ nõ habeãt penuriã humo
rũ: vt nimia adsit siccitas: ⁊ cõsumptio. facta flõmia de-
tur syrupˀ nenufarinus: vel acetosus: vinuz maloꝝ gra.
scolopẽdria aut endiuia. In hac distẽperãtia multũ va-
lent: si flõmare non possumus: nihilominus p̃dicta exhi
beãtur cuz eis que ponit auc. vel exhibeať serũ caprinũ
cum zucca. ⁊ succus malorũ grana. acetosoruz. In causa
materiali deñť trocisci de sandaľ. ⁊ herbis. In omni di-
stemperantia calida epatis precellũt ro. sandali. ⁊ absin.
sicut in omni distemperãtia frigida precellũt eupatori.
spicanar. squinãtuz. ⁊ absinthium: qd̄ valet in vtraqz cã.
fiat ergo in omni calida distẽperantia epatis emplastrũ
de omnibus sandaľ. spodio. rasura eboris. absinthio. ro.
berberis. violˀ. ad quantitatẽ omniuz farina ordei. cum
toto furfure. h̄ totũ distẽperetur cuz succis solatri. iouis
barbe. ⁊ aceto. si aũt hoc habere nõ poteris: in succo cas-
silaginis. i. iusquiami pãnuz vel stupas ĩtinge ⁊ aliquan-
tuluz expressa suppone: (ꝙ. ℞.) receptio quã ponit paꝝ
valz. q2 mãna his diebus nõ vtunť: eo ꝙ purum non in-
uenit: sed sophisticať ex melle ⁊ laudano: sz si vis pone
cassiaf. vel tamarindõ. in multa quãtitate: ⁊ coque ⁊ plus
valebit (custodiat se a lacte) preterq̃z a sero. vel oxizac-
cara cuz aceto mixta: ⁊ talia sunt opilatiua: ⁊ inflãmati-
ua: siue inflatiua. Sciendũ autez ꝙ epati distẽperato le-
nia catartica sunt dãda: q2 fortia ipsum dissoluunt ⁊ de-

bilitā̃t:maxīe in cā̃ ca. Si aūt sit sine fe. comedat de edulis. pull̄. coctis in aceto vel agresta vl̄ lactuca vel solatro (Si epar in frigiditatē) in cā̃ māli exhibeat̄ oximel cū̃ decoctione maratri apy: τ siliuz (p̄eūte dyalacca) el̄iuz denoiatū̃ est a lacca qđ est gū̃mi ca. τ sic. in. y. gradu cuz subtili suba (dyareubar. τ trociscos inde factos:) miruz est qđ dicit auc. qꝛ reubar. solet dari ī calidis causis: sꝫ tñ calefacit τ ꝯfortat epar τ dissoluit humorez τ euacuat ꝑ vrinā̃ dyacurcuma antiquatū̃ est: τ denoīatur: sicut qdā̃ dicū̃t a quodā̃ vase cucurma noīato in quo ꝯficiebat̄: vl̄ dicat̄ ꝙ denoīat̄ a cucumeribꝰ siluestribus: quoꝝ succū̃ recipit. vl̄ aliqd loco ipsiꝰ: qđ est ca. τ sic. sicut opiate dñr ab opio qđ recipiū̃t. vel aliqd loco ipsiꝰ (omorusia.) aliquā̃tulū̃ q̄si vniꝰ sube cū̃ hū̃ana nā̃: vel q̄si amans vsiā̃. i. subam (athanasia) ħ opiata que ꝯstringit q̄re ħ ponitur ad ꝯsumēdū̃ aquosas supfluitates τ ꝯstringēdū̃ τ ꝯfortā̃dū̃ epar: vt exꝑmēdo expellat nociuū̃ cōtētuz (det̄ cum amigđ. amar.) .i. cū̃ succo eaꝝ: qm̄ multuz est deopilatiuus mū̃dificatiuꝰ τ calefactiuꝰ (dyagalā̃ga.) ħ cōfirmat τ ꝯfortat ꝑmā̃ digōnē. (dyaronia) antidotū̃ est de spēbꝰ arōaticis ꝯfectū̃ (cathaplasma po.) nū̃q̄ʒ sup epar apponendū̃ est emplꝫ nisi facta priꝰ sufficiēti eūone: τ initiata ꝑma digōne: qñ. n. ponū̃t empl̄a supra repletionē cibos īdurā̃t τ īfrigidā̃t si fuerit̄ frida. Si autē sunt cal̄a attractionē festinā̃t añ tp̄s a stō (vuas pas.) iste hñt penetrare τ subtiliare: vñ valēt in vtraq̄ʒ cā̃. Sꝫ in cal̄a in aq̄ frigida debēt īfridari (fistici.) fructꝰ sū̃t hñtes nucleos ca. τ sic. in. 2º gra. (amara bibā̃t) ista ꝑꝑ ꝯpl̄onez calefaciū̃t τ dissoluunt ꝓpter ponticitatem cōprimunt τ expellunt atq̄ʒ confortant.

❡ De opil̄one epatis. Cap. II.

Epar opilat̄ multis modis vl̄ ex grosso sanguine ab epate ad membra currente cum nō debet currere: vnde cū̃ nō pōt exire remanet clausus in viȷ̄s epatis τ eiꝰ venis opilatis claudit eas ex grossitie sua: vel ex humoribus grossis τ viscosis in venarum extremitatibus inuiscatis que de maiori vena egrediuntur: τ ibi generatur opilatio. Item epar opilatur de quorū̃daʒ membrorum incisione. si enim manus vel pes incidatur permanet sanguis ille in epate solēs mēbrum illud nutrire: τ ita epar opilatur: similiter opilatio in muliere nascitur cum menstrua sua ante tempus auferantur: sanguis enim solens exire cum menstruis opilatur in eius vijs τ venis: vnde epar constipationeʒ patitur: cū̃ succus cibi secū̃dum ꝙ oportet ab eo non recipiatur: vnde infirmus grauitateʒ nimiā̃ sub hypocundrijs a parte dextra sentit. ❡ Si fumus in epate adunetur: neq̄ʒ exire possit nō solum grauitas sentitur: sed extensio τ tetinatio τ dolor sentitur inter furculas τ epar τ cum ambulant vel saliant: maxime post aquaʒ ebibitam sentiunt puncturam: dolorem: grauitatem: furcule semper mouentur: neq̄ʒ a pulsione quiescunt. vrina eorum subtilis τ clara citrina vel glauca: si opilatio sit ex calore incensa: vel nigra vel alba: si ex frigitudine: τ si opilatio sit ex menstruis ablatis vel membris īcisis palam fit visui. ❡ In opilatione epatis ex calore basilicam in dextra manu minue: vel venam inter pollicem τ indicē: τ auferamus secundum virtutis possibilitatem: si inq̄ʒ tempꝰ etas: consuetudo nos adiuuent: si nō: leue demus catarticuz: sicut est istud. ℞. mirabol̄. citri. viole cuscute absinth. fumiterre. ana. ʒ. xx. capill̄. veñ. rose sicce succi rađ. apij: maratri: endiuie. añ. ʒ. x. se. scariole maratri anisi spice. mastic̄. fichen. añ. ʒ. iiij. prunoꝝ. iniub. añ. ʒ. xx. omnia coque in. vij. libr. aque vsq̄ʒ ad tertiam partem τ cola: deinde accipe mā̃ne. ʒ. xx. cassiefist. ʒ. x. quas iterum cola τ mitte lib. ij. zucca. coque foco suaui vsq̄ʒ quo fiat sirupus da ℥. iij. vel. iiij. cum amigđ. ℥. i. dyagridij. ℈. ß. secunduz virtutem infirmi: si īfirmus fuerit debilis: vt sirupum istum bibere non possit: nec alia tā̃tū̃dem valentia: sicut apozima de absinthio vel de fumoterre vel de radice τ similibꝰ: precipiamus vt assuefaciat succuz endiuie scariole τ maratri coctum τ colatum. ℥. vj. cū̃ oxizaca. omni die. Qꝛ si sit fortis bibat priorez sirupum cum intermissione. Item si debilis sit demus succum maligra. cum oxizaca. τ succū̃ solatri: τ quinq̄ʒneruie cum zucca. Demꝰ dyarodon trociscos de berberis. Nutriatur cum cibis leuibus τ subtilibus: sicut pullis perdicibus fasianis τ similibus scariol̄. lactuc̄. solatro blito: τ similibus. ptisanam demus vbi radices maratri τ apij cocte sint cum oxizacca. ❡ Si opilatio sit de humoribus grossis τ viscosis: detur īfirmo yerapig. yeral̄. theođ. stomaticum τ similia grossos humores purgantia: maxime si sint in concauitate τ profunditate epatis ꝓpter illius loci vicinitatem ad vētrez: si humores sint in superiori parte epatis demus infirmo diuretica vrinaʒ purgā̃tia aperientia epatis superiorem opilationem: vene enim superiores epatis iuncte sunt vijs vrine. Diuretica autē sunt absinth. squinantū̃ assar̄. spica costuz ameos: τ similia: horū̃ simpliciū̃ siue compositorū̃ da infirmo. ʒ. i. τ. ß. cuz oximelle τ succo maratri apij ysopi absinthij q̄lecū̃q̄ʒ horū̃ vel simplex vel compositū̃ dabis cum oximelle vel cum amigdal̄. si fuerit necesse plus aperiri τ calefieri: quia nimis est frigidum: demus socrugene philonū̃: athanasiā̃: omorusiam: tyriacam: dyareubar. dyacostū̃ τ similia. Apozimata demus de calamēto de yreo de spermatibus cū̃ amigdal̄. vel sambu-

celeo vel oleo nardino trociscos dem⁹ de lac-
ca ⁊ similia. Nutriamus cum sparagis: sicla
⁊ carnibus volatilium. ¶ Si opilatio epatis
sit ex ablatis mēstruis flobotomemus ambas
venas in cruribus ⁊ balneemus: succos her-
baꝝ coctos ⁊ colatos cum amigdaleo demus
⁊ apozima de calamento ⁊ de radicibus de
dyamarte ⁊ similibus. ¶ Si ex incisione ali-
quorum mēbrorū corporis sit precipiamus
flobotomari ⁊ dem⁹ diuretica iā dicta.

¶ Hic agit auc. de morbis officialib⁹ sicut de opilōnib⁹
epatis. opilō ḡ qñq₃ fit de sanguīe: qñq₃ de colā: qñq₃ de
flāte: qñq₃ de melīa: vel de sanguīe grosso clauso in vēis
subtilib⁹ epatis: qñq₃ de flāte viscoso: vl' ex melīa grossa
in eisdē venis. vl' (venaꝝ extremitatib⁹). i. in venis ra-
mificatis ex ꝑte vene cōcaue que orit̃ in gibbo vel ex ꝑ-
te syme. (vñ epar cōstipationē patiat̃:) q₂ sanguis redit
ad epar. ex nimia grauitate circa epar mult⁹ hūor colle-
ctus non valēs fluere grauē reddit dextrū ypocūdriū
honeratū. (fit aūt opilō) ex vētositate: s₃ hāc signat (ex-
tensio). i. iflatio (⁊ tenuatio). i. mot⁹ ablatiu⁹ ⁊ mallea-
tio: (maxīe post aquā bibitā) de sua friditate subaꝫ epa
tis cōstringit: vñ sicut pōtic. pūcturā gnāt ⁊ dolorē: ⁊ ꝑci
pue iter furculas ⁊ epar cū sit exit⁹ violētus ꝯpatit̃ cōis
neru⁹ per quē epar furculis ⁊ dyafragmati alligat̃. pau-
ca ponit signa cāe faciētis opilōnē. (subtilis:) q₂ nō exit
nisi qđ subtili⁹ ē. citrina si sit cā ca. glauca vel alba: sicut
in cā frida. ¶ In opilōne) icipit curā ordinare (vena q̄
est iter medicū ⁊ auricularē:) s₃ h̄ lr̄a bōa est: q₂ sanguis
grossior ide exhit̃: sicut fit in q̄rtana: vl' in morbis croni-
cis: que ēt spleni appropriat̃. (vel venā que est iter pol-
licē ⁊ idicē.) ⁊ h̄ directe sanguinē recipit ab epate per ra
mū vene ꝓfunde trāsiēs per dyafragma ad lat⁹ ⁊ ad cu-
bitos: ⁊ īde per rachetā vsq₃ ad illū locū. de hac supponi
tur ēt. G. sicut recitat Auic. ꝙ fortis est in exhendis sup-
fluitatib⁹ ab epate. Si flōmie nō ꝯueniāt ꝑticularia de-
tur catarticū ⁊ teneat̃ vēter laxus: vt supfluitates ꝯuer-
tant̃ ad itestia ⁊ epar mūdificet̃ ex parte syme. (si opilō
sit i ꝑte anteriori. R. mirab.) ponit receptionē que mul-
ta recipit diuretica (sichen). i. abrotanū agreste ca. in 2°
sic. in 3°. diureticū diuisiuū ⁊ penetratiuū est: q̄dā recipit
laxatiua sicut mirab. cassiafi. māna: ⁊ fiat sirup⁹ laxatiu⁹
da. ℥. iiij. in aurora (cū amigdaleō). i. cū oleo amigdali-
no amaro cū sirupo distēperatis dyagridij. ʒ. ij. pōđ. ij.
denarioꝝ totū. h̄ sirupo admisceat̃ (Si ifirm⁹ sit fort')
aliogn nō. sirup⁹ ille euacuat ꝑ vētrē: ⁊ ꝑ vrinā. ꝑ vētrez
dat⁹ frigidus magis. per vrinaz datus mult⁹ calidus: ⁊ h̄
valꝫ in recēti opilōne: silī mō trifera cū reubar. acuata:
silr valꝫ ista i ydropisi đ cā ca. ex recēti opilōne. si aūt cā
sit iueterata: talia paꝝ ꝓsunt. magis ꝓdest elīum de suc-
co ro. vl' catarticū. mā. n. fortiter iuiscata nō exhit̃ nisi ꝑ
fortē extractionē: sicut est medicia scamoneata: silr me-
dicia reubar. (Si fuerit debilis) h̄ docet solū vti diure-
ticis nō laxatiuis vt spica nardi cū sero capno q spālis ē.
lōgus. n. vsus eī⁹ oēm soluit opilōnē (cuscute aut fumus
terre) opilōnē de cā ca. sup oīa dissoluūt ⁊ sanguinē mū-
dificāt. talib⁹ debiles secure vtant̃ (dem⁹ succū maliḡ.)
h̄ oīa locū hūt in opilōnib⁹ epatis de cā ca. ¶ Si opilō
sit ex hūorib⁹ grossis melicis ⁊ viscosis). i. flāticis prece-
dat vsus oximell'. diur̃. ⁊ postea sqllit. ⁊ digesta mā dent̃
laxatiua que ponit auc. ⁊ precipue si mā sit ex ꝑte syme.
(Si hūores sint in iferiori ꝑte ⁊c̄.). i. i gibbo (absinth.)
squinātū. S₃ nōn^m ꝙ q̄dā sunt diur̃. rōne subē sicut ace-
tū: q̄dā rōne q̄litatis vt absin. ꝙ est grossū i subā: q̄daꝫ
rōne vtriusq₃ vt sgnāt. assarū (da ifirmo. ʒ. i. ⁊. ß.) de suc
co absin. itelligit dari: vel de plurib⁹ alioꝝ diur̃. rōne cō-
plexionis (. ʒ. i. ⁊. ß. distēperatis cū oximelle vl' succo ma-
ratri). i. decoctione maratri ⁊ alioꝝ. vl' simplex vel ꝯpo
situ. vel vnū vel plura istoꝝ (cū amigdaleo). i. cū oleo
amigdalīo amaro: qđ meli⁹ ē (socrugene) saluatrix nāc
iterptat̃ (philoniū). i. nou⁹ amic⁹ nāc (athanasia) inter-
pretat̃ imortalis (vl' athanasia). i. magis calā q₃ frigida
nō enī itelligēdū est de illa quā ponit nichola⁹ i antidot.
s₃ đ q̄dā que repit̃ in alexāđ. (ambas ne in plurib⁹) me-
li⁹ eēt apire saphenā circa cauillā pedis (succos herbaꝝ
diur̃. (sup. balneam⁹ vt extrahat̃ mā ad exteriora (dya
marte) multū est aperitiuū. denoīat̃ a marte iuētore vl'
a marte deo bellico. ꝙ repugnat ꝯ morbos. alicubi autē
dyasce repit̃ amatis: qđ est flos nucis muscate.

¶ De apostemate in epate. Cap. III.

Apostemata in epate nascētia duob⁹
modis sunt: vel de causa exteriori: si-
cut percussione vel collisione ⁊ simi-
libus: quib⁹ sanguis in loco suo clau-
ditur: ⁊ apostema efficitur: vel de iteriori: si-
cut si in epate quidam humores includuntur:
⁊ de ipsis putrefactis generātur apostemata.
Qui si fuerint sanguinolēti generant̃ aposte-
mata que flegmones appellant̃: si calidi sint ⁊
colerici generant herisipillas: si melācolici ge-
nerant dura apostemata que in cancr̃. mutan-
tur. Si flegmatici apostemata faciunt tumi-
da ⁊ mollia. Aliquando etiā apostema in epa-
te nascitur ex grossa ventositate que ibi clau-
ditur: neq₃ inde exire potest: cuius causa est
comestio nimia: ⁊ digestio parua. ¶ Aposte-
ma nascitur in epate duob⁹ locis. s. in superio-
ri parte: vel inferiori: si sit in superiori cum ta-
ctu sentitur: maxime si sit magnū: si in inferio-
ri intelligitur ex suis accidentibus. Accidētia
quibus considerant̃ in parte superiori epatis
apostemata: talia sunt. infirmus sentit grauita-
tem nimiam in dextro latere: ⁊ dolorē nimiū
inter epar ⁊ furculas cum suspiret vel lugeat:
vel cum cibum ⁊ potum recipiat: vel ex itine-
ris festināntia: ⁊ patitur in anhelitu angustias:
epatis enim superiora cum dyafragmate sunt
iuncta tussiūt sine screatu: quia materia extra
spiritus est instrumēta. ¶ Si calidum sit apo-
stema cū his significationibus febris iungitur
propter nimiaz vicinitatem cordis ad superio-
ra epatis. augmētatur sitis in initio passionis.
lingua infirmi subrubicūda est ⁊ post in nigre-
dinem vertit̃. In initio co. rub. emittetur: que
post in viriditatem ⁊ eruginem mutat̃. ¶ Si
sit apostema frigidum non sentit dolorem ni-
mium: neq₃ sitim. febris eorū est leuis. ¶ Si

apostema sit in īferiori parte epatis sentit gra/
uitatem cibi ⁊ parum digerit. dolor quem sen
tit cum suspirauerit minor est q̃ꝫ hic queꝫ sen/
tit in parte superiori. digestio est sicca ⁊ dura.
abbominatio est multa: ⁊ odor eius abbomi/
nabilis. Or si apostēa fuerit ex vētositate gra/
uitatem sub ypocundrijs a dextra parte sentit
⁊ constrictionem: cum epar sit fundamentuꝫ
sanguinis necesse est vt cum defecerit a mun/
dificando sanguine secūdum q̄ oportet, ꝑpter
apostema: vel propter opilationes vel malas
complexiones sanguis perdat colorem. s. splē
dorem ⁊ suam pulchritudinem: vnde color fa
ciei in citrinitateꝫ mutatur: ⁊ liuiditatē. ¶ Si
autem epatis apostemata disponamus medi
canda: oportet vnde sint perquiramus. Si. n.
ex calis humoribus basilica est incidēda in ma
nu dextra: ⁊ secundū plenitudinem corporis
trahendus est sanguis: quia omne apostema
in quolibet membro nascens est ex collectiōe
sanguinis solentis ad mēbrū illō defluere. Or
si sanguini minuendo aliqd obuiauerit medi/
cabimur ab initio apostematis vsqꝫ ad statuꝫ
sui cum causa repugnatiua ⁊ stiptica: siue bi/
benda siue extra ponenda: vt epati prohibeat
ne materiam illam accipiat vnde fit apostema
Cum apostema ad statum peruenerit oportꝫ
paruꝫ cōmisceri huic medicine rei dissolutiue
⁊ mitigatiue: ⁊ sic faciamus sepius vt rem re/
frigerantem ⁊ repugnantem minuamus. dis/
soluentem ⁊ mitigantem augeamus: ⁊ cuꝫ ad
finem passionis peruenerimus: medicamina
nostra ab illis que fuerint in initio desiderant.
Sic enim precepit qui hanc artem nobis ma/
nifestauit. G. magister noster in libro illo. x. ꝑ
ticulas continente. s. in megat. hanc auctorita
tem ⁊ fundamentum nobis ⁊ similitudinem
in medicādo omni apostemate dedit. Medi/
cina refrigeratiua ⁊ repugnatiua in primis est
danda: h. s. succus solatri endiuie arnoglose:
virge pasto. coriandri ramoꝝ vitis. quodcūqꝫ
horuꝫ inueneris dabis bene coctum ⁊ colatū
cuꝫ quo miscenda est res aliqua epatis cōfor/
tatiua: sicut spodium sandali rose. oleum roꝭ.
⁊ similia cum re dissolutiua erit incipienda mi
sceamꝰ stiptica ⁊ repugnatiua. In primis dā/
da sunt causam epatis dissoluētia: sicut cassia/
fistu. māna mel viol. redozacc. ⁊ similia: sicut
fortitudo passionis videbitur ⁊ qualitas infir
mi: ⁊ similiter misceamus de composito me/
dicamine calido apostemati valēte: sicut sunt
trocisci de berberis: ⁊ de camphora: de viol.
⁊ de sandal. ⁊ similia: Si calor augmentetur
succuꝫ maligra. acetosi demus cum ꝫucca. oxi
fenitia māna: ⁊ succum cucurb. sirupuꝫ viol.
cum amigdaleo ⁊ coriādro. precipiatur infir/
mo vt obſuet se a melle ⁊ a melle factis ⁊ car
ne: vino: ⁊ ab omni re calida: si in initio catha/
plasmate indigemus rem refrigeranteꝫ demꝰ
sicut portul. cortices cucur. lētigines aque vir
gam pastoris farinam ordei solatr. psilium: ⁊
similia: postea cathaplasmata apponamꝰ odo
rifera confortatiua ⁊ dissolutiua: sicut de san/
dal. ℞. rose. ʒ. v. cc. sandali al. ⁊ rub. an̄. ʒ. iiij.
camphore. ʒ. ß. quidam medici sulphur: ⁊ mal
uas iungūt cere al. ʒ. iij. olei ro. quātum sufficit
Epithima faciamus qd. ℞. oleuꝫ myrtinum.
citoñ. mast. ⁊ similia: h sunt vtilia ad curāduꝫ
apostema cal. epatis secūdū canones artificia
les. ¶ Si apostema sit ex frigore demus apo
ꝫima de radicibus calamenti ysopi cum amig
daleo sambuceleo antidotū dyagal. dyalacca
dyareubarb. dyaciminū qualecūqꝫ inueneris
ʒ. i. ⁊. ß. dabis cū succo solatri maratri vel apij
cocto ⁊ colato: vel apoꝫimate de rad. vel siru
po de squināto de absinthio vel oximelle. Si
autem videmus in vrina ypostasim intelligi/
tur apostema esse maturatuꝫ: deinde demus
rem opilationum aperitiuam ⁊ lauatiuā oris
venarum. ¶ Si apostema in superiori gib/
bo epatis sit demus diuretica ⁊ vrine prouo/
catiua: sicut spicam apium anisum maratrum
absinth. reubar. squinātuꝫ ysopum ⁊ similia.
¶ Si apostema ī īferiori parte epatis sit: pur
gemus corpus cum apoꝫimate de agarico ye
rapig. ¶ Si inueterata sint apostemata ⁊ in/
durata ⁊ tumētia: de his. G. in libro ad glauc.
ingt dura apostemata in epate si inueterascāt
ea nūqꝫ potui curare: neqꝫ alios facere vidi.
Omnis enim hꝰ patiens est futurus ydropi/
cus: ⁊ plurimi licet longum tēpus: post tamē
inde moriuntur: vidi enim multos in breui tē/
pore: qui. s. breuem ⁊ nimiam habuerunt ven
tris solutionem. sed tamē oportet eorū dicere
curationes. Duritieꝫ epatis veterem iuuat oē
aperiens: sicut spica eupatoriuꝫ: lauri rad. suc
cus apij: maratri endiuie ⁊ similia: spice. ʒ. ij.
cum succo maratri iuuant: agarici. ʒ. i. ⁊. ß. si/
militer epar lupi siccum cum vino iuuat: simi/
liter costum: similiter dyalacca: dyacucumer
dyacostuꝫ philoniū tyriaca ⁊ similia. De sim
plici medicina omne qd parū est ponticum iu
uat cum amaritudine sua duritiem epatis sto
maci splenis: siue cocta sit in aqua ⁊ bibita si/

ne cum vino. epithima faciamus cuꝫ oleo nardi: yreleõ: castoroleõ: masticeleo ⁊ similia. Cathaplasma ꝺ absinthio: spica: camomilla ⁊ similibus. Nutriamus cum leui cibo custodiamus a grauibus. ¶ Si apostema sit de vẽtositate grossa ⁊ fumosa epati inclusa dem⁹ succum scariole maratri apij: cum amigdaleo ⁊ oxizaca. trocisco de absinthio sirupo de sqnãto apozimate de radic̃. ¶ Si apostema sit de percussione vel casu vel collisione detur reubarb. ℥. ij. cum vino vel lacte vel herba rubea añ. ℥. i. ⁊. ß. cum vino vel aristol̃. lon. ℥. i. cum aqua cal̃. Si infirmus cum apostemate patitur in epate calorem: demus balausti. bolum armeñ. cum aqua arnoglose vel solatri succo. Puluis valẽs ad percussionem epatis vel casum. ℞. balaust. rosa. viola. boli amidi. ana. ℥. iiij. sanguinis dracoñ. reubar. lacce myrte. añ. ℥. i. ⁊. ß. fac pul. da. ℥. i. cum apozimate de ro. mastic̃. ⁊ arnoglose.

¶ Apostemata que fiunt in epate: quedã fiunt a ꝑte gibbi in lacertis ⁊ in pãniculis ipm epar ꝯprimẽtibus: q̃dã sunt ex ꝑte syme in pãniculis symã cooperiẽtibus. Diuꝫ autẽ istoꝝ q̃dã ca. q̃dã frida. istoꝝ apatũ q̃dã sunt signa cõia: q̃dã ꝓpria siue spãlia. ¶ Signa cõia in oib⁹ apatibus epatis sunt ista. grauitas in dextro ypocũdrio tussis ⁊ dolor: sed vel magis ⁊ minus. nausea. vomit⁹. singult⁹. motus ⁊ titillatio in dextro latere toto: ⁊ feb. acuta. H est accidẽs ĩseparabile apatis epatis ꝙ est in mẽbro nobili ¶ Signa aũt apatis calidi sunt fe. acuta. sitis. vrina rubicũda. turbata superi⁹. liuẽs manifeste. effusio sanguis aliqñ per vrinã. multa difficultas ĩspirãdi. Si est ex ꝑte gibbi: nullo modo iacet super dextrũ latus. dolor est per totã spinã dorsi. in tactu ⁊ visu ꝯprehẽdit̃ rotũdũ. Si est in carne: sicut cornua lune. Si in lacertis vel pãniculis oĩa accidẽtia cõmemorata ĩtensiora sunt q̃ꝫ si sint ex ꝑte syme. Signa aũt ex ꝑte syme sunt vomit⁹ singultus fortiores ⁊ dolor circa vmbilicum ⁊ pectinem ⁊ partes ĩferiores: ⁊ rugit⁹ ⁊ torsio in anteriorib⁹. oĩum aũt apatum calidoꝝ signa ĩtẽsiora sunt quã apatum frigidoꝝ: ⁊ iteꝝ oĩa accidẽtia apostematũ ⁊ si sint in gibbo epatis intensiora sunt q̃ꝫ ex ꝑte syme facta cõparatione apatis ca. ad frigidũ: vel frigidi in pãniculis ad carneꝫ: q̃ caro epatis ĩsensibilis est. caro pãniculi vel lacerti acutissimi sensus est: ⁊ nota ꝙ in oĩ apate calido nãl'r vel ꝑter nãm si v̉tus sit fortis vẽter ꝯstipat̃: ⁊ nõ exeũt ab ĩtestinis nisi sqbala dura. Sed si virt⁹ sit debilis vel frigidũ epar vel infrigidatũ est eꝫ. ¶ Item oĩa apata epatis sicut oĩum aliorũ mẽbroꝝ. iiij. habent spẽs termĩatiõis: aut. n. ex toto resoluunt̃ ⁊ per vaporẽ expirãt ⁊ cessat fe. ⁊ sinthomata euanescũt. aut dispergit̃ humor ⁊ diuidit̃ ad oĩa mẽbra aut sic est ꝙ digerit̃ mã: ⁊ ꝯuertit̃ in saniẽ: aut ꝙ est pei⁹ subtile resoluit̃: ⁊ residuũ ĩgrossat̃ ⁊ ꝯuertit̃ in sclirosiꝫ: vel fit tãq̃ꝫ caro mortua: sicut dicit. G. in 5° sup ꝓnost. pᵐ est optimũ. 2ᵐ est bonum. 3ᵐ est min⁹ bonũ. 4ᵐ pessimuꝫ. Ne ergo apata epatis ad quartaꝫ veniãt dispõnem: ⁊ q̃ est mẽbrũ valde nobile festinãdum est medicari: in pn° ergo duꝫ apata sunt recẽtia vtẽdũ est apitiuis sine mordicatiõe. Mordicatiua. n. in pn° mẽbrũ stimulãt ⁊ augmentãt apa: sunt aũt resoluẽtia sine mordicatione: sicut est aqua ordei vel mulsa: fit. n. mulsa ex. viij. partib⁹ aq̃. ⁊ nona mell'. ista nõ mordicant. Maturato aũt apate fortiora sunt exhibẽda: vt sunt spica petrosilinũ assarũ absinthiũ. In declinatione aũt dãdũ est colagogũ: vt trifera reubar. in calido apate recẽti. In frigido aũt turbith agar̃. aloe ⁊ similia: Inueteratis apostẽatib⁹ calidis danda sunt scamoneate: vt est electuariũ de succo ro. ⁊ catarticuꝫ imperiale. In frigidis autem inueteratis bñdicta: vel yeralog. mã. n. ĩueterata sine forti medicamĩe nõ dissoluitur: oĩs. n. medicina scamoneata in quacũq̃ꝫ recenti passione epatis est suspecta. in inueterata autẽ est necia. ¶ In calido apostemate ꝑmo exhibeat̃ oxĩ. vl' sirupus acetosus. vel fiat sirup⁹ ex seib⁹. iiij. frigidis. s. meloñ. cucur. cucumeris citruli: que diir semĩa mũdata. politricũ. ve. adyanthos scolopẽdria epatica capill'. veñ. vmbilic⁹ ve. cuꝫ pauco cinamomo ⁊ modico aceto. supponat̃ emplm̃ predictum quotidie exhibeat̃ trifera saracenica reubarbarata vel oximell'. vel dyaprunis vel dyantos simplex. digesta mã exhibeam⁹ colagogum ⁊ triferã reubarb. postea sequatur lauacrũ ex herbis istis viol'. mercur. liguauis lactuc̃. solatr̃. tertia die sequatur flobotomia de basilica vena dextri brachy. In exitu a balneo det̃ rubea ad põdus. v. denarioꝝ: vel fiat ĩunctio cũ oleo ro. ⁊ viol. ⁊ pauca cãphora. Ista valẽt dũ recens est apostema calidum. ¶ In apate vero frigido cũ oximelle ⁊ alys ꝯsys est operãdũ. H ꝑnotato ꝙ in apatibus ex ꝑte syme vtendũ est attenuatiuis super intestina ⁊ laxatiuis. in apate in gibbo epatis magis diur̃. ⁊ vrinã ꝓuocãtibus. sicut ẽ assarũ spica apiũ sqnãtũ absinth. reubar. ⁊ mirab. in decoctione calidiore in medicina remissa cãphora apponat̃. ¶ Cõstantinus ꝑmo apata diuidit per causas ꝑmitiuas ⁊ antecedẽtes dicẽs (apata sunt duob⁹ modis) vel ex cã extrĩseca: sicut ex percussione. vel ex cã ĩteriori. s. de ãtecedẽte: vel ex grossa vẽtositate. ecce duplex cã añs. s. humor vel vẽtositas (grauitatẽ nimiã) v̉sus spinã ĩtelligũt (cũ suspirẽt) ĩspirãdo ⁊ exspirãdo. agitat̃ gibb⁹ ⁊ trahũt ĩferi⁹ supiora. vñ per ꝯpressionẽ ⁊ collisionẽ spine (dolor fit maior vl' lugeat). i. lugẽdo fit mot⁹ subit⁹ ⁊ violẽtus ⁊ collisio (tussis sine screatu) gibb⁹ epatis dyafragmati ꝑ cõiunctionẽ laterũ: quo apate dyafragma patit̃ vel ꝯprimitur: ⁊ ꝯpressuꝫ pulmonẽ cõprimit: vnde tussis causat̃: ⁊ nihil excreat: q̃ mã cõtẽta est extra pulmonis viã: sic cõtingit in pleuresi que est sub dyafragmate: que valde difficilis est ad curãdũ: q̃ lõge est a loco coctionis vel a fonte caloris: ⁊ q̃ mã per sputũ nõ põt educi (ꝑꝑ vicinitateꝫ) per lacertũ cõem epati ⁊ spũalib⁹ fortius cor ĩflãmatur (in nigredinẽ) ꝑꝑ maiorẽ calorẽ adurẽtẽ (cũ spirauerit:) q̃ syma non sic vicinat̃ dyafragmati: sicut gibbus (Sꝫ cibi grauitatẽ). i. a cibo: q̃ cũ epar sua ꝯcauitate stõi fundũ ꝯphẽdat: necesse est vt per tactũ ⁊ cõprehẽsionẽ dolor generet̃ a cibo aggrauãte (digõ est sicca) ꝑꝑ ca. feb. liq̃das partes ꝯsumẽteꝫ (In citrinitatẽ:) si sit ex mã calida. (in liuiditateꝫ) si sit ex mã frigida (ex collectione sanguinis sola). i. sanguinee masse sola non excludit: vel si excludat excludit solã vẽtositatẽ: q̃ si sanguis minuat̃ minuetur tũc per ĩteriora ⁊ exteriora apocrustica administrentur per ĩteriora sicut sirupi frigidi ⁊ electuaria frigida: vt zucca. ro. triasandali. dyarodõ abbatis sequẽtibus sirupis ꝑdictis. (Cũ apa ad statũ veniat.) ĩ apate iiij. sunt attẽdẽda tẽpora. s. stat⁹ initiũ augmẽtũ ⁊ declinatio. Initiũ est cuꝫ sentit̃ dolor grauitas pũctio ⁊ mã ĩfluit. augmẽtuꝫ vero est cũ ꝑseuerat fluxus ⁊ augmẽtãt̃ predicta. stat⁹ vero est duꝫ cessat fluxus ⁊ sinthõata manent vniformia. Declinatio. n. duꝫ remittunt̃. ꝑ h. n. iiij. tẽpora diuersitates medicaminum applicãtur exceptis

excipiendis. Si vero fluxus fiat ad mēbrū nobile: h̄ est
generale: quoniam in principio competunt solum reper
cussiua: ⁊ sic dicit auc. Si in alijs membris ignobilibus
colligatur apostema: considerādum est si fiat s̄m viam
crisis: ⁊ vtrū sit valde magnū ⁊ spatiosuz: ⁊ vtrum de ve
nenosa mā: ⁊ vtrum fiat per paulatinam adunationem:
⁊ vtrum mā sit valde frigida: ⁊ compacta: ⁊ vtruz habe
at vias directas ad membrū nobile. In nullo enim isto
rum casuuz est repercussiuum apponenduz a principio.
bis causis exceptis: sed in initio solū vtere repercussiuis
ne aliqd īfluat. In augmēto vero rep̄cussiuis vtere ⁊ dis
solutiuis paulatim augmētando dissolutiua ⁊ minuēdo
repercussiua: sed in statu fluxu cessante penit⁹ vtere dis
solutiuis: nō eniz opus est tunc apocrusticis saniei ⁊ ab
stersiuis: ⁊ hoc est generale (redozacc̄.). i. zuc̄. ro. per se.
apocrustica: sed cum succo maratri ⁊ amigdaleo leuiter
est dissolutiua (troc̄. de berberis ⁊ camphora) isti troci.
in antidot. epatis īferius describuntur (cū amigdaleo)
idest oleum de floribus amigđ. factum (coriādrum) du
plicis virtutis est. exterius enim est ca. vnde subtiliat ⁊
dissoluit: interius frigidum: vnde refrigerat ⁊ constrin
git: sicut ecōuerso in psilio in quo īteriores p̄tes sunt cau
terizantes. exteriores vero congelantes: (si inueterata:
sint apostemata.) h̄ large sumit apostemata ꝓ omni du
ritie epatis: sicut ex opilationibus: siue ex apostematib⁹
in qb⁹ moliendis in epate ⁊ in splene sūme valz seruz ca
prinum facta exterius inunctione: ⁊ interius apponas q̄
omnez asperitatem soluunt facta admixtione remolli
tiuorum: qui (breuem vel nimiaz) regula est ꝙ in omni
egritudine cronica si superueniat fluxus ventris cū de
bilitate virtutis: signum est pessimum in h̄ casu: ideo ꝙ
in omni apostemate siue sit fluxus ventris propter opi
lationem meseraicarum. vnde dyaria: ptisanaria: vel ꝓ
pter virtutem digestiuam secundam debilitatam (lauri
radix) radix lauri capiti dormientis supposita facit som
nia vera apparere: sicut habetur in libro incantationis:
(epar lupi) empericum est. tamen ca. est ⁊ siccuz. quia si
plus sit amarū ⁊ calidum dissoluit ⁊ aperit. ponticū con
primit ⁊ expellit. h̄ sūt sūme necessaria. Si apostema sit
de percussione: semper precedat flobotomia: ab ipso pri
cipio ⁊ festina: qꝛ quāto membrum est mollius: tanto ci
tius putrefit (rubea). s. maior idest garentia que sup̄ oīa
penetrat: vnde succus eius cum vino subtili ca. sūme ꝓ
nocat mēstrua ⁊ vrinam (pul. ad percussionē) hec oīa
epar confortant ⁊ constringunt ⁊ ꝓhibent ne aliquid de
influentibus intra se recipiat.

¶ De fluxu sanguinis ab epate. Cap. IIII.

Sanguinis flux⁹ multis modis fit ab
epate: sed sanguis exit diuersiformi
ter quantū ad causas: vel eniz ex sepa
ratione iuncture: sicut cum substātia
sua est vulnerata: vel ex venarum apertioni
bus que duo inter se differūt: quia sanguis de
venis apertis purus est ⁊ rubicūdus. De vul
neribus niger grossus putrefactus exit vterqꝫ
in intestinis: neqꝫ puncturam: neqꝫ torturam
facit. est ⁊ alia species. vñ sanguis purus ema
nat. verbi gratia. si de corpore manus vel pes
incisa fuerint: sanguis vnde nutrita fuerant ad
epar redit quem epar deficiens emittit: simili
ter si nimia sint soliti habere exercitia: ⁊ post
quietem longam fiat dissolutio longa sangui
nez ex nimijs collectū exercitijs ad naturā epa
tis transmittit: quez collectum emittit: ⁊ cum
egestione eijcit: h̄ species: sicut dixit. G. inter
polatim venit: sicut epilepsia ⁊ febris peryo
dicus. est ⁊ alia species que a medicis dissinte
ria vocatur epatica. In qua dissinteria cum di
gestione nimius exit sanguis: ⁊ quasi lauatu
ra carnis recentis. Causa est defectio digesti
ue virtutis que mutare debet in epate succum
cibi in sanguinem. ¶ Est ⁊ alia species exiens
ab epate cum digestione: in qua sanguis est ni
ger ⁊ liuidus. hec autem est cum epar in per
fectum sanguinem cibum mutet: Sed tamen
contrarium habet vt eum ad membra reijciat
sicut cum sibi obuiant opilationes ⁊ constipa
tiones. Sanguis enim permanens in epate lō
go tempore: neqꝫ diuisus per mēbra necesse
est vt calore epatis incendatur ⁊ corrumpatur
Quem postea virtus expulsiua epatis ad in
testina expellit: ⁊ cuz egestione emittit. ¶ Cū
ergo intellexerimus cuiusmodi fuerit fluxus
sanguinis secūdum suam oportunitatem erit
medicandus: si ex apertione sit venarum: de
mus qđ sanguinez stringat: epar confortet: si
cut balaust. ro. spodium acatiam boluz arme.
terram sigillatam charabe gūmi ypoquisti. ⁊
similia: quodcunqꝫ horum inueneris. ℨ. i. ⁊. ß.
demus cum succo arnoglose vel vitis frōdiuz
medicemur prout in sanguinis fluxu de epate
diximus. In bibenda aqua misceamus sirupū
myrte sapā citon. maligrañ. sirup. de compo
sita medicina. demus hos troci. ℞. spodij ro.
boli. añ. ℨ. v. sang. draco. balaust. sumach con
che marine incense cupularum glandiū. añ. ℨ.
iiij. charabe gūmi coralli incensi acatie reubā.
añ. ℨ. ij. c̄c̄. spice camphore ypoquisti. ana. ℨ. i.
fac pul. tempera cum succo arnoglose fac tro
ciscos inde. ℨ. i. da bibere cum aqua frigida.
¶ Si fluxus sanguinis sit ex mutatione ⁊ de
fectiōe mutabilis virtutis in epate: ⁊ defectio
ex corruptione sue complexionis videam⁹ cū
si infirmus nimiam sitim habeat: ⁊ ablationē
virtutis appetitiue ⁊ colorem citrinum ⁊ vri
nam rubeam: de quibus intelligit̄ ꝙ defectio
sit ex calore: oportet ergo causam refrigeran
di dare ⁊ stiptica: vnde calor extinguat̄ ⁊ epar
confortet̄: ⁊ maxime si sint odorifera: sicut est
ro. sandali al. ⁊ rub. balausti. spođ. ⁊ similia:
similiter sapa de viol̄. ⁊ malgra. mixta cū tro
ciscis de spodio. Cathaplasma faciamus de
sandal̄. rosa. balaust. myrta succo solatri rodo

stoma ⁊ similia. ¶ Si egestio erit q̃si lauatura carnis sine tortura ⁊ dolore aliquo viscerũ infirmi ⁊ color eius in albedinem mutetur vł in liuiditatem intelligenda est epati dominari frigiditas: ⁊ ꝙ virtus eius sanguinẽ faciẽs deficiat: vnde medicãdus est confortatiuis ⁊ parum habentibus caloris: sicut gallia mus. macis spic. reubarb. lacca gariof. ligno aloes cardamomo ⁊ similibus: h simplicia demus seu composita cũ aqua vbi cortices fistici sint positi vel vbi aliqua haꝝ specieꝝ cocta fuerit valet huic speciei digestionis. Item iuuant anisi ʒ. ij. ⁊. ß. paꝝ assati: ⁊ cum succo apij. Epithima faciamus epati. ℞. masticeleon nardileõ. Nutriantur cum perdicibus starnis turdis fasianis pullis cuȝ aromatibus paratis. Custodiantur ab omni cibo ad digerendum duro: nocet enim multum si egestio sanguinis sit de crepatura apostematis: vł de maturatiõe vulneris ⁊ sanguis exiẽs sit turbidus ⁊ saniosus: qͦ itelligere possumꝰ ꝙ apostema habuerit. oportet ergo dari que de suis putredinibꝰ mũdificent vulnera ⁊ confortent epar: sicut ros. balaust. sanguis draco. masti. charabe bolum ⁊c. arnoglose: ⁊ similia: h si simpla vel composita sint da. ʒ. ij. cum succo citoniorum vel arnoglose: quia mũdificant vulnera de putredine sua ⁊ solidãt ea ⁊ ꝯfortant ea ⁊ epar. Nutriant̃ cuȝ iure amidi rizi: ⁊ vitellis oui: lentibꝰ arnoglosa cocta.

¶ Fluxus sanguinis quãdoq̃ fit per superiora ⁊ inferiora: ⁊ si fiat per os dicitur emoptoyca passio: de qua superius se expediuit auctor. si autem fiat per inferiora põt fieri per vesicam ⁊ per vrinam: ⁊ per meseraicam: ⁊ p intestina. si per itestina: ⁊ tunc largo modo appellatur dissinteria epatica: quã Cõstãtinꝰ magis coartat: sicut pȝ inferius. Sanguinis autẽ fluxus ab epate per meseraicas ⁊ intestina: sicut per secessum plures habet causas: sicut ponit Cõstãtinus. pͥma est vlceratio: sicut corrosio venarum ex parte syme. secũda est propter rupturam earũdẽ tertia est ꝓpter mutilationem. quarta est ꝓpter digestiuam debilem vel attractiuam: vel nutritiuã in alijs mẽbris debilitatam. qͥnta est ꝓpter opilationes. sexta est ꝓpter delitias vite ⁊ tranquillitatem que longa exercitia ⁊ labores cõsequuntur. ¶ Alexãder autem istas causas sub tribus cõprehendit. s. per dyarisim: per dyabrosim: ⁊ p anabrosiȝ. Dyarisis est idẽ qͦ ruptura vene vel scissura: qͦ ꝯͭ propter repletionẽ: que est in foramine. Repletio autem ₰m auctores duobus modis cõstat. s. ₰m virtutem: ⁊ ₰m foramina. i. ₰m vasa: quãdo humores ineq̃litate boni existunt: sed in quãtitate superflui: vnde vasa rũpuntur: ⁊ est alia repletio ₰m virtutem quando humores vasa nõ aggrauant vel distendunt. In qualitate tamẽ mali sunt: ⁊ a virtute corrigi nõ possũt. Dyabrosis est corrosio vel vlceratio ex apostemate: siue ex acumĩe humoris. anastomasis vero est venarũ extenuatio ⁊ pororuȝ nimia relaxatio per multa balnea: ⁊ per dietaȝ humidioreȝ. Sed per has species multas alias spẽs potes cõprehendere: sicut patȝ. species vero sexta causarũ iaȝ dicte satis exponunt̃ in littera. (Sȝ sanguis diuersimode exit.) Intellige ₰m diuersitatem locoꝝ ⁊ causarũ: vł ex venaruȝ sup. meseraicaꝝ: qꝛ si veniat a ꝓfunda vel a venis capillaribus fiat fluxus sanguinis per vrinã: ⁊ nõ per secessum (est et alia spẽs) h est tertia spẽs. i. mutilatio: (silr alia) h est q̃rta spẽs. i. dimissio exercitioruȝ (ad nãȝ mittit epatis ⁊c.). i. ad loca nãlr receptacula sanguinis. (est ⁊ alia spẽs q̃ȝ medici). i. egõ h tãgit qͥntaȝ spẽm quã stricto noie dissinteriã epaticaȝ appellant: que. s. puenit ex debili digestiua: vel ex debili segregatiua. (est ⁊ alia spẽs) h tãgit sextaȝ spẽm factaȝ ꝓpter opilationẽ. cuȝ eniȝ sanguis ad mẽbra nõ possit penetrare manens in epate actuali igrossatur in parte liquidiore ꝯsumpta: vnde exit tãq̃ȝ frustum carnis: ⁊ videtur epar frustatim exire: qͦ est impossibile: sed tamẽ cõtraria. s. sue intẽtioni: vt ad mẽbra eũ eyciat (si ex apertione). s. facta ex repletione ₰m vasa fiat flobotomia. deinde sequãtur localia: sicut est sirupus myrtinus cũ aqua pluuiali: vel rosa. preeuntibꝰ antidotis. s. triasandal. dyarodõ abbatis zuccaro ro. vel dyacitõion: vel fiat sirupus cum his que ponit auc. (terraȝ sigillataȝ). i. trociscatã: ⁊ i trociscis allatam ab hyspania (karabe) est vernix fri. ⁊ sic. in primo. sua viscositate adheret vehemẽter consolidat ⁊ cõstringit. est autẽ succus herbe quẽ supponit pictor coloribus suis vt fortiter adhereant (ypoquistið.) fungus est fri. ⁊ sic. in pͥmo: valȝ cõtra heresipillã ⁊ cõtra oẽs fluxus ventris. exterius suffumigata vel interius recepta: sicut est in sirupis resoluta (sapam) idest succum (trociscos) cũ predictis succis distemperatos. (ꝯcule) de sancto Jacobo (reubar.) h ponit̃ ad epatis mũdificationẽ (sanguis fluxui) si fluxꝰ sanguis (ex defectiõe:) qͦ põt eẽ ꝓp superfluã caliditateȝ ⁊ frigiditatem: ⁊ per ꝯ̃riũ succurrat per epatis cõfortãtia. In hoc casu valde valȝ absinthiũ mẽta coriãdrũ que duplicem habẽt virtutem alteratiuaȝ ⁊ cõfortatiuam. si egestio exigit. h ponit defectum digestiue propter frigiditateȝ. vbi locũ habet dyamargariton dyameron: pliris dyalacca que multum valet contra frigiditatem epatis: ⁊ cõtra ydropisim de frigida causa cetera que ponit auc. (⁊ simplicia.) scȝ puluerem cuiusq̃ istorum cum vino ca. (vel composita) vel in sirupo vel electuario: vel cum aqua (vbi cortices fistici) h autẽ mũdificat ⁊ alterat (carobia xilocaracta) fructus sũt quos ignoro fri. ⁊ sic. temperate cõfortationi epatis atq̃ȝ stipticantes epar vel (vbi). i. in aqua ⁊c. valent huic. s. predicta (ꝙ si digestio sanguinis) h vltimo ponit curam contra causam primo ordinatam: idest contra vlcerationẽ. In hoc casu primo opȝ mundificari: deinde confortantia epar ⁊ consolidatiua administrari.

¶ De ydropisi. Cap. V.

Idropisis est errare, virtuteȝ in epate naturaleȝ: virtus enim digestiua epatis cum mutare cibi succos in sanguinolentos humores deserit: cum qͥbꝰ ⁊ tres humores: alij sunt: cuȝ inq̃ȝ h virtus pigrescat in complẽda actiõe sua necesse est sanguinem corrũpat: qui indigestus corpus male nutrit: vnde fit vt totũ corpꝰ tumescat. ydropisis ergo ex sola defectiõe virtutis est mutabilis: corruptio. n. sanguis ex ifirmitate est hꝰ virtutis. ¶ Nos aũt in pͥcipio huiꝰ libri dixi-

mus passiões epatis que ab ipso solo sunt: vl'
ex sotietate alteri⁹ mẽbri: sicut stõi splenis inte
stinoꝝ reñ. vel matricis. Itẽ diximꝰ qꝙ passio-
nes ꝓprie epatis nõ exeunt tria gnã morboꝝ:
quos dicũt medici oĩa mẽbra pati corporis. i.
malã ꝯplõnẽ officiales morbos: iũcture sepa-
tionẽ. G. dixit. ipoľe est ydropisiz sine passiõe
epatis eẽ. Nõ. n. nascit nisi ex debilitate virtu-
tis digestiue ⁊ sanguis gnãtiue: qð ꝓpriũ est
epatis. Sz tñ non qñcũqz epar in sua ꝓprieta-
te deficit: vel in alioꝝ mẽbroꝝ vicinitate defi-
cit h virtus: ⁊ nõ cessat a ꝯplemẽto sue actõis.
Epar. n. aliqñ patit: ⁊ tñ hec virtꝰ actionẽ suã
nãlẽ nõ ꝑtergredit: augmẽtata tñ ipsiꝰ passiõe
⁊ maxie dñante necesse est hãc deficere. Neqz
succũ cibi mutat vt sanguinẽ inde faciat. Qui
cũ sit crudus ⁊ idigestus ꝑmanebit ydropisiz
faciet. ¶ Si hũoꝛ ille aliqs virtutes aliqs iue-
nerit i digestiua virtute aliquãtulũ mutat. Sz
tñ nõ icorruptissimũ fit: vnde qðdã genꝰ ydro
pisis cõcreat. qð ⁊ yposarcha vocat: cuius ti-
moꝛ eque per totũ corpꝰ diffunditur: hec spẽs
facilis est ad curãdũ. Cã sue facilitatis est ma
teriei benignitas: ⁊ diuisio sua ꝑ oĩa corporis
mẽbra: vnde vnũqðqz mẽbrũ tãtã viz hz quã-
ta eidẽ sufficere possit. ¶ Sed si humoꝛ dige
stiuã virtutem iuenerit pigerrimã in mutãdo
sanguinẽ gnãt humiditas citrina salsa atqz ma
la. Que cũ grauet epar vt diuidere eã nequeat
neqz mũdificet: neqz mãdet alijs mẽbris: nece
est vt caloꝛ epatis tãdẽ se dissoluat ⁊ fumũ fa-
ciat quẽ post ad vẽtris pelliculas eijciat: vl' pel
liculã circũdãtẽ ventrẽ ⁊ itestina quã vocãt si-
phach vbi collecta supfluitas in humiditatem
aquosaz vertit: vnde spatia iter itestina ⁊ pel-
liculaz que siphach dr iplent. ¶ Si hũiditas
huiꝰ fumi maioꝛ qꝫ ventositas sit gnãt spẽs q
ydropisis vocat. Infirmus ꝯmouet ⁊ aq̃ illa
vẽtris mouetur: sicut aqua vtre iclusa h spẽs
frigidioꝛ est ceteris. ¶ Si hũiditas minoꝛ sit
vẽtositate ⁊ fumo gnãtur spẽs illa que vocat
sicca ꝑꝑ siccitatẽ sue vẽtositatis: ⁊ dr tympa-
nites. Si. n. vẽtrẽ ifirmi ꝑcutias quasi tympa
nuz sonat: poľe est. n. hanc spẽm ydropisis de
minori frigiditate nasci: qꝛ humiditas grossa:
nõ põt fieri aerea. ¶ Si multa sit frigiditas h
spẽs ad curãdũ dura est ⁊ lõga ad sanãdũ. Sz
tñ opz vt duobꝰ modis itendamꝰ ad curãdum
ydropisim: sicut dixit. G. vna est intentio nr̃a
in virtute digestiua confortanda: vt auferant
sibi nocitura. Altera mãe illius purgatio ⁊ ab

ipso corporis mundificatio. Si caloꝛ sit causa
vnde digestiua deficiat itelligitur ex siti ifirmi
febrisqz velocitate pulsus: ⁊ citrinitate coloris
corporis sui. ꝑcipiẽdũ est: vt bibat qð calorẽ
corporis refrigeret: sicut trocisci de cãphora
de spodio de berberi cũ succo solatri endiuie:
⁊ maratri ⁊ cassiefi. purgemꝰ humiditatẽ cuz
succo cucurb. vel succo fumiterre: vel succo
herbe memite arborẽ circũdãtis. Si frigoꝛ sit
in cã vnde virtus eadez deficiat: qð ex liuidita
te coloris ifirmi certificat: ⁊ sitis ꝑuitate: ⁊ fe
briũ ablatione: pulsus ablate velocitate: medi
cinã demus calidã: sicut dyareub. dyacurcu-
ma dyalacca dyacostũ dyarodon tyriacã ma
iorez: trociscos de eupatorio: trociscos de ani
so: de absinthio athanasia syr. de sqnanto yre
os ⁊ absinthio d rad. ⁊ similia. ¶ Si aqua ⁊
humiditas dominet ⁊ multiplicet ⁊ apparẽs
ꝟtutẽ grauet nõ in ꝟtute confortanda ipedia-
mur: sed ad purgãdũ illã aquã festinemꝰ: pur
gat h aqua modis. iiij. vel diureticis eaz ꝑ vri-
naz expellentibꝰ: sicut spica cassialig. assaro co
sto reub. aristol. long. ⁊ ro. squinãto. cc. aniso
maratro apio myrrha dauco ⁊ similibus: de
simplici medicina: de compositis demus dya
laccã dyacurcumã dyacostũ athanasiã omo-
rusiam trociscos de aniso absinthio ⁊ similia.
Secunda medicina citrinaz aquã purgans cũ
sudore ⁊ dissolutione eijcit: qð cuz balneis ⁊
suffumigationibus: sicut camomill. Accipia-
mus anetuz mellilotũ abrotanũ sansucũ cocta
in aqua cuz quibus ventrẽ infirmi suffumige-
mus: aliquãdo sufficit aqua furfurea vel ma-
rina. Tertia que hãc eãdez aquam purgat est
lac camelinũ: vria eoꝝ ⁊ ser. h aquam istã que
est humida ex similitudine ⁊ sotietate sua ex-
pellunt: vt h aqua que est exnea: que est humi
da ⁊ fluida obuiet aque que simil'r est fluida ⁊
humida ⁊ cõpellat secũ exire ex quadã sui simi
litudine que purgat cum virtute trahẽdi: simi
liter: vt est titimall. cum lacte suo ⁊ succus co
conid. serapini stercus palũbini rad. elacterij:
calchitheos yreos euforbij colloquintid. sca-
moñ. ⁊ similia. Quarta medicina est cum in-
cisione vmbilici: ⁊ perforatione sui: h autem
est cum implet: ⁊ aqua augmentat: nec opor-
tet temere de hac medicina se itromittere nisi
cũ maiore suspitiõe: ⁊ in illo genere solo q vo
catur ydrops. ¶ Incensio non valet nisi soli
yposarche: ⁊ aliquando ydropi: flobotomia
nulli generi ydropisis conuenit nisi tãtum mu

lieribus h habentibus: quia menstrua auferũtur hanc habentibus passionem propter sanguinis ablationem qui de eorum corporibus solet egredi: vel cũ emorroyď. vel nariũ emissione minuantur: neqꝫ tamen semper nisi cuꝫ virtus nõdũ defecerit Dyascor. dixit. vrina caprina vnaquaqꝫ die in aq̃ calida cũ spica dissoluit yposarchã cũ vrina ⁊ egestione. Alij dicũt vrina pecudis ruffe vł nigre cuꝫ spica cocta ad spissitudinẽ: simiłr facere.

¶ Quia ydropisis sequitur fluxum sanguinis. Ideo continuatur hoc capitulum priori: vnde videndum est qd sit ydropisis ⁊ quot sint eius species: ⁊ que sint illi᷒ cause. ¶ Ydropisis autem ab Alexandro sic diffinitur hydrops est passio cronica ex frigiditate epatis gñata: quia virtus epatis cibos nõ coquit: nec in sanguinis substantiam conuertit. ab Auicenna autem sic describitur. hydrops est egritudo materialis. cui᷒ causa est materia frigida exuberans ⁊ ingrediẽs per membra: vnde crescũt ⁊ inflantur membra manifeste. omnia autem loco partium interiorum sunt vacua. In hoc ergo conueniunt omnes auctores ꝙ causa ydropisis est proprie materialis frigida: licꝫ aliquando calor superflu᷒ potest esse causa remota ꝭm ꝙ inferius dicet̃. ydrops autẽ ꝭm est apostema aquosum vłe sicut vult Auicen. in cap᷑ de apostemate. licet alicubi dicatur ydrops mala complexio: sed hoc est impossibile. ¶ Ydropisis tres sunt species ꝭm Auicenã. ⁊ ꝭm veꝝ. dicit enim Alexander ꝙ ydropisis tria sunt genera. vnum est qď ex tenui humore: ⁊ ex ventositate generatur ⁊ vocatur aschlites: aut ex ventositate spiritus: ⁊ dicitur tympanites. tertium est de flegmatico sanguine superfluo in toto sanguine: ⁊ dicitur hyposarcha: siue leucoflegmantia: cum quo ꝯ͛it Auic. serap. ⁊ Ysa. in textu hui᷒ libri si littera bene intelligat̃. ydropiꝭ aũt distrahit̃ in spẽs ꝑ cãs remotas: ⁊ sic ĩfinite sũt: aut ꝑ cãm ꝓpriã ⁊ ꝯiũctã: ⁊ sic vnũ erũt in spẽ: qꝛ ei᷒ cã ꝓpa sꝑ est fridior: vt dicit Alex. ⁊ ẽt Auic. qꝛ mã frida semꝑ a cã frida ĩmediate gñãtur: vt a cã mãli hũoris: sicut cetera aꝑata: ⁊ sic cum frigor epatis nõ possit gñãre nisi aut sanguinẽ aquosuꝫ q est in latitudine hũoꝝ: aut aquositatẽ: aut vẽtositatẽ: neqꝫ płã ĩpołe est płes esse mãs: ⁊ ita neqꝫ płes eẽ ydropises: neqꝫ q̃ntũ ad h passionarius: neqꝫ summule antiquoꝝ sunt attẽdẽde. Cãe g̊ ydropisis due sunt in gñe: aut ꝑꝑ ꝓpriã passionẽ epatis: aut ꝑꝑ ꝯpassionem: ꝑꝑ passionẽ ꝓpriaꝫ trib᷒ modis: aut ꝑꝑ suos ꝯsiłes morbos: vł officiales: vel cões: ꝑꝑ malitiã ꝯpłonis ꝑꝑ malaꝫ ꝯpłonẽ. iiij. modis ꝭꝫ. iiij. malas ꝯpłones: ꝑꝑ malas ꝯpłones ꝯpositas: ⁊ mãles: qꝛ calor supflu᷒ opat̃ ad innati caloris epatis resolutionẽ: ⁊ corrũpit nãlẽ: vñ epar spiritibus resolut] ⁊ calore ĩnato resoluto ĩfrigidat̃. de friditate epat] satis pꝫ siue sit ꝯiũcta sicco: siue hũido: vñ pꝫ ꝙ ydropisis gñãłr est morb᷒ aquosus: licet q̃nqꝫ fuerit a calore: qď est: qꝛ calor ĩnãlis opat̃ ad aꝑtionẽ poroꝝ ⁊ corruptionẽ caloris nãlis: q cuꝫ debilis sit cito resoluit̃: vñ corp᷒ ĩfrigidat̃: ⁊ ita gñãt̃ hũor aquosus: ⁊ ydropisis: ⁊ ẽt ĩtentio nois satis manifestat. dr̃. n. ab ydrops ꝙ est aqua Itẽ morbi officiales epatis sunt: sicut opiłones vel apostemata eius q̃ debilitãt mãꝫ: vel digestiuã. calidũ eniꝫ aꝑa ad resołonẽ caloris ĩnati opat̃. opiło siłr ꝯstringẽdo hũiditates: vñ calor ĩnat᷒ suffocat̃. dupłr. n. ꝯtigit corrũpi calorẽ nãlẽ ĩteriorẽ: sicut exteriorẽ ꝑ viam resołonis ⁊ ꝯpressionis ⁊ ꝯdẽsatiõis: sicut pꝫ in igne nõ cooꝑto. morbus cõis: siue sołõ ꝯtinuitatis epatis: sicut ĩcisio vł corrosio oꝑat̃ eadẽ. ¶ Per ꝯpassionez aũt gñãt̃ ydropisis q͛ñ ꝯpatit̃ epar stõ aut ĩtestinis spleni: vel matrici vel renibus vel pulmoni: vel dyafragmati: vel spine dorsi: ⁊ v͛tr in oĩb᷒ mẽbris errore debilitat̃: ⁊ v͛t᷒ epatis: vñ deficiẽs in decoctiõe chimoꝝ: sicut pꝫ in aꝑatib᷒ cuiuscũqꝫ nobilis mẽbri: vñ fit fe. qꝛ aꝑa ad se trahit ĩpm: ⁊ calorẽ innatuꝫ: sicut vẽtosa: vñ ĩfrigidat̃ epar: vel ẽt ex sola fe. acuta cũ fortis calor ex͞ne᷒ resoluat ⁊ corrũpat calorez nãlem. Juxta illud. oĩs ydrops in acuta egritudine malũ. ydropisim aũt factaꝫ ꝑꝑ aꝑa stõi: vel meseraicaꝝ vel ĩtestinorũ vł lũboꝝ sigñat diuturna vẽtris sołõ: qꝛ chilus in stõ vel in ĩtestinis nõ ꝑt gñãri: qꝛ cibus nõ tãdiu retinet̃ in his mẽbris lesis ꝑꝑ aꝑa vel sołonẽ ꝯtinuitatis: vel si opilent̃ meseraice chilus nõ penetrat ad epar: ⁊ ꝑꝑ h est cõtinu᷒ fluxus chili: mã ydropisis nõ euacuata: vñ nõ deficit calor ⁊ tũor. ¶ Sꝫ ydropisis ꝑꝑ aꝑa epatis sigñat ꝑ tussiculã: qꝛ v͛tus nitit̃ expellere nocumẽtuꝫ: sed deficit Itẽ adest difficultas egerẽdi: ⁊ qď egredit̃ cum angustia exit: qꝛ fortis calor epatis ad se trahit stõi ⁊ ĩtestioꝝ succositatẽ. residuũ vͦo ĩdurat̃ ⁊ transit in sq͛bala. Itẽ minuta fiũt aꝑata que cito recedunt: qꝛ mã subtilis est ⁊ vaporosa: sꝫ statiꝫ redeũt: qꝛ mã nimis multa. ¶ Sciẽdũ aũt ꝙ accidẽs cõe in oĩ ydropisi ẽ tumor pedũ ⁊ ĩflatio. Sꝫ qꝛ pedes remoti sunt a fonte caloris: ⁊ ꝑꝑ h nutrimẽtuꝫ nõ ꝯuertit̃. ⁊ qꝛ ibi remanet nõ ꝯuersuꝫ tumorẽ facit: vł a via ꝑꝑ suppositionẽ peduꝫ ipsoꝝ ad alia mẽbra. płima ꝑs supfluitatũ ĩferi᷒ declinat. Itẽ mutatio caloris nãlis in nõ nãlẽ signũ est cacochimie ⁊ ydropisis: ⁊ tumor vłis vel ꝑticularis ⁊ squaliditas ⁊ prurit᷒ ꝑꝑ vaporem corruptũ ad exteriora ꝓrũpẽtẽ. ¶ Signa aũt distictiua sunt hec: q̃nqꝫ in yposarcha est tumor eq̃lis per totũ corp᷒: qꝛ epis v͛t᷒ fortis expellit a se: ⁊ mẽbra attrahũt: qꝛ intẽdũt eaꝫ se nutrire: ⁊ mã nõ est eis ꝓportionalis nõ ꝯuertũt eaꝫ. In tympanite vͦo ⁊ aschlite man᷒ brachia colluꝫ ⁊ caput gracilant̃: qꝛ ad ea nihil attrahit̃ nec mãdat̃ ab epate iã defecto. color mutatur: ita hñt liuiditatem. Differt aũt aschlites a tympanite: qꝛ aschlites vẽtre cõmoto sonat: sicut vter semiplen᷒ aqua. In tympanite sonat ad modũ tympani. ⁊ multũ iuuant̃ per oscitatiões ⁊ eructuatiões ⁊ nõ ꝯ͛it in alijs. Aschlites vͦo magis ꝑ sudorẽ ⁊ aquositatis resołonez iuuatur. ¶ Cãe autẽ remote ydropis sunt valde timorose: sicut nimius fluxus vẽtris vel matricis vel nimia retentio superfluitatum vel nimius potus aq̃ frigide: ⁊ precipue in ieiunio vel subita cõplexionis mutatio vel debilitas totius corporis suas superfluitates ad epar resudantis: quas omnes difficile est transcurrere. ¶ Ad curam ergo accedamus. Sciendum autem ꝙ facilior est ad curanduꝫ hyposarcha. Alie due difficiles. omnes tamẽ sunt curabiles in principio si virtus sit fortis ⁊ necessaria exterius applicentur: sicut ergo quedaꝫ accidentia sunt communia omnibus speciebus quedaꝫ propria. Sic ergo curationes quedam proprie quedam cõmunes. ¶ Cõmunis ergo cura est vniuersalis resolutio aquositatis: sicut stare ad solem et calidam arenam: vel in stuphis vel in suffumigationibus: et semel in die sobrie comedere ⁊ res cito ꝯuertibiles: neqꝫ bibãt dum cõedũt: sꝫ post prãdiũ. sitiꝫ tolerẽt q̃to plus ꝑñt. Itẽ oĩs vomitus in ꝓncipio iuuat ⁊ clisteria suppositoria si ventres habeant constipatos: valet etiaꝫ in omni hydropisi succus vel aqua decoctionis rubee maioris. Iuuat iterũ brodiuꝫ galli veteris polipodio repleti: vel pauco aniso. vel polipodiũ coctuꝫ cum gallina ⁊ alia carne: valꝫ etiaꝫ

multuz serum camelinū: vel saltez caprinū coctū cū spi/
ca in eo resoluta. māna vel cassiaſ. Ualz iteruz asarū cuz
plena testa oui de succo medie corticis sambuci: ħ. n. la/
xat per vomituz ⁊ secessuz ⁊ per vrinā: maxime iuuat vo
mitus omnes ydropicos ⁊ precipue in pncipio. Itez de/
coctio spice nardi. cuscute. ⁊ fumi terre: ⁊ omne qd mūdi
ficat omnes hꝰ aquositates. Per exteriora autem mul/
ta emplastra sunt cōia: sicut est stercus bouinū calidum
ventri suppositū. valz iteruz stercus colūbinuz pulueri
zatum ⁊ in melle resolutuz: valz etiam succus sambuci ⁊
ebuli cuz melle ⁊ farina ordei ad spissitudinē decoctus:
⁊ vētri suppositus. Non cōsulo tamē ꝙ hꝰ emplastra po
nanť super epar in ydropisi de cā calida. sed sup vmbili/
cuz ⁊ ventrem: vult. n. auic. ꝙ in ydropisi de causa ca. po
nēduz est emplastrū frigidū super epar: ⁊ calidū sup ven
trem: vt emplastrū frigidū ponitur super epar confortat
euz: calidū vero super ventrem ponitur vt cōsumat hu/
miditatem. ¶ Speciales autez cure sic determināťur:
sicut dicit Alexā. Aschlites ⁊ tympanites curari habent
per solas catarticas purgationes: yposarcha vero inter/
duz curatur per flōmiā. Hic queriť ab initio quomō ca/
tartica purgatio in hydropisi de cā ca. habz fieri. cum ca
tartica calida epar dissolutuz magis dissoluant. ¶ Se/
cundo queriť qūo yposarche competit flobothomia: cuz
viaticus dicat ꝙ nulli hydropisi cōueniat nisi mulieri/
bus hñtibus colicā passiōez ꝑpter retētionē mēstruoꝝ.
¶ Ad primū dico ꝙ in aschlite ⁊ tympanite expectet me
dicus ad euasionez: instet cum purgatione catartica cō/
fortatiua: sicut est trifera reubarb. vel mirab. vel tamař.
vel aloe lotū. vbi. n. non lauať aloe non consulo dare in
epate egrotāte ex cā ca. partes. n. ignee dissolute ꝑ ablu/
tionez separanť. Sed in yposarcha bñ possunt dari cōes
medicine. ¶ Ad 2m dico ꝙ flōmia competit yposarche
que fit ex mutilatione: vel quocūqꝫ humore in tēperata
reploñe: qꝛ sublata plenitudie natura leuior efficiť: que
parata erat suffocari sub mala mā: sicut extinguiť ignis
sub multis lignis viridibus. Qꝛ aūt dicit Cōstan. intelli/
genduz est in principio: cuz nōdum est nimia repletio.
In ydropisi autez solent fieri incisiones ⁊ intentiones:
sicut cauteria ad nodulos vel setones. Incisio solet fieri
tribus digitis sub vmbilico ⁊ imponebať tenta bōbici/
na singulis dieb⁹: vel de tertio in tertiuz paruz de aquo/
sitate trahebať: hic tñ multa iminent ꝑicula: qꝛ multuz
exalātur spūs: vt calor innatus per cauteriū: tamē ad no
duluz ⁊ setonez multi liberātur: ⁊ est gnālis cura in omi
ydropisi: ruptura autē sub vmbilico valde solz ꝓdesse.
¶ In hydropisi autez de cā ca. que sic ab alys dignosciť
per maiorez intensionez mäe: per vomituz colericuz: ci/
trinitatem faciei ⁊ ruborez venaꝝ: amaritudinem ⁊ ni/
miaz intēsionez sitis valde prodest syrupus talis. ℞. ci/
coree. endiuie. añ. manipulū. i. seminis petrosi. ⁊ feniculi
añ. ʒ. i. spice nardi. ⁊ celtice. añ. ʒ. ij. ⁊. ß. scolopendrie. poli
trici. añ. M. ß. ⁊ si apposueris. parum de cuscute: vel de
radice celsi bonū erit. ¶ Puluis autē fiat valens cōtra
hydropisiz ⁊ splenez: ⁊ cōtra discolorātiōez ex vitio epa/
tis. ℞. cinamomi. ʒ. iiij. fenic. anisi cimini assi. salisgē. añ.
ʒ. i. mastic. roris marini. storac. nucismus. añ. ʒ. i. vl. ʒ. ß. vl
ʒ. ß. magnetis. ʒ. ij. ferruginis bene loti ad quātitatē oīuz
puluis iste in ouo sorbili vel in nebula accipiatur ieiuno
stō singulis diebus ad pōdus vnius solidi. ¶ In yposar
cha digerať mā cuz oximelle diuř. de radice petrosil. fe/
niculi apij dauci: ameos. spica nardi. ⁊ similib⁹. Digesta
autem mā detur theodoricon: episteros: benedicta. her/
modactil. vel flegmagoga ꝯfert cōiter: sicut i ceteris pas
sionib⁹. Sciēduz tamē ꝙ si virtus sit valde fortis in re/
cipiēda medicina: ⁊ ꝙ virtus regitiua corpis nō sit defe/
cta: qd cognosciť ꝑ mäe intēsionē ⁊ multaz inspissatiōez:
⁊ tūc ēt ꝯfirmatur hydropisis ⁊ morb⁹ durat ⁊ non suc/
cūbit: qñqꝫ ħ ꝯtigit in frigida cā. In frigida vō hydro/
pisi quādoqꝫ appet vrina rubea ⁊ spissa: ⁊ ꝭm viā istā nō
hz distingui ꝑ vrinam hydropisis: sed per accñtia supra/
dicta. ¶ Hydropisis ⁊c̄. Hec descriptio sumiť a cā effi/
ciēte: tumor ēt talis est cā aquositatis ⁊ hydropisis (san
guīeos chimos) ħ stricte sumiť ꝓ sanguie solo (nos aūt
in initio.) ħ intēdit diuidere cās hydropisis remotas ꝭz
ꝓpriaz passionē epatis ⁊ ei⁹ cōpassionē. (Itē dicimus.)
hic intēdit diuidere cās ꝓprie passiōis: quecūqꝫ tamē sit
causa remota hydropisis imediata est nocumentū scđe
digestiōis (sed tñ si qñqꝫ) nō eniz fit hydropisis nisi ex
magno nocumēto forti ⁊ permāsiuo: siue sit epatis: siue
aliūde adueniēs (Indigestus remanebit ⁊ idē facit.) ħ
intēdit specificare hydropisiz diffiniēs hydropisiz ⁊ ypo
sarchaz. ꝭm māz nō adeo corruptā: sicut in ceteris: vl ꝭz
virtutē epatis minus defectā (Sz si humor) ħ nō dter/
minat spēm hydropisis: sz māz ponit gnālez ad duas spe
cies seqntes. s. aquositatē valde remotā a naturis hūoꝝ
que distigui hz ⁊ specificari ad tympanitē ꝑ vētositatez:
suphabūdātez sup humiditatē ⁊ distrabať ad aschlitez:
eꝰ ꝑ humiditatē suphabūdantez vētositati: sicut pz per
inferiora si bñ exponať lr̄a. (hūiditas citrina) a sanguie
adusto aqsitati admixto citrinescit hūiditas ⁊ salsescit
supflu⁹ calor g resolōnē opať caloris nālis in epate plu/
rimas pticulas hūoris sanguinei adurēdo aquose hūidi
tati ꝯmiscuit: vñ calor ⁊ sapor sunt mutati (qd cū grauet
epar) oñdit cāz q̄re fit tumor circa nutritiua solū. (neqꝫ
mūdificat). i. mūdificādo euacuat: nec expellit (dissol/
uit eā ⁊ fumū fac.) ꝑ ħ pz ꝙ hic nullaz spēm hydropisis
determiat: cū illā nō nomiet: sz magis mām cōez ad du/
as sequētes dtermiat: i quaꝝ vtraqꝫ fumus ē ⁊ ꝭz magl
⁊ min⁹ (vñ spatia iplent) suple q̄ sunt iter intestina ⁊ si/
phach. i. i spacio qd ē iter dyafragma ⁊ siphac. vbi ꝯtinē/
tur itestina. siphach ē pellicula diuidēs nutritiua a gnā/
tiuis: sic dyafragma diuidit spūalia a nutritiuis. (Si āt
humiditas hꝰ.) ħ incipit distrahere materiam cōmuni/
ter dictam in speciez hydropisis secūdam: sicut patet in
lr̄a. ħ autez spēs secūda est aschlites. (Si vero humidi/
tas) ħ ponit tertiā spēz: quādo. s. egritudo eꝰ. contigit. i.
maior est humiditate ventositas: ħ etiam est tertia spēs
scz tipania: pz g ꝙ mētiunť mihi nō itelligētes lr̄az ysaac
q ponūt. iiij. spēs hydropisis ꝯ oēs auc. ⁊ ꝯ rōnē: d miori
friditate tympania hūorē hz min⁹ fridū ⁊ min⁹ grossuz:
⁊ ideo magis resolubile (qꝛ hūiditas grossa) suple q̄ est i
aschlite (si multa sit frigiditas ħ species de hac aqsita/
te) intellige quantum ad duas vltimo dictas (duobus
modis) quos explanat statim: quorum primus est inor/
dinate operationis materie superflue mūdificatio ⁊ sen
sus est virtutis confortatio per male cōplexionis rectifi
cationem vel equationez. (Si calor est) ponit signa hy/
dropisis de causa ca. (ex siti) suple habita ab ipso pnci/
pio. In statu eniz omnis hydropicus sitit ꝓpter spiritua
lium compressionez: pulmo etiaz compressus non attra/
hit aera ad superfluitatis caloris naturalis innati miti/
gationez: vnde cuz non mitigetur paulatiz intensus ca/
lefacit spūalia: deide os stōi taqꝫ initiū exsiccať: vñ fit si/
tis. (trocisci) ħ describiť inferi⁹: talia. n. in pn⁰ calorē su/
perfluuz temperant: vñ ꝓhibēt caloris inati corruptōez
⁊ sic hydropisiz confirmari (cuscute) de fumo terre. ista
determinantur ad humores nothos ⁊ salsos: ⁊ coleram

adustam: (aut succus herbe memite.) idest volubilis
minoris cuius succus succo cuscute assimilatur: ⁊ aqua
decoctionis cuscute: de athanasia. nec intelligas de il-
la que est in minori antidot. ⁊ est ventris constrictiua.
Sed de alia que est in antido. arabico reperta que dis-
solutiua ⁊ consumptiua est humiditatis. (Si autē aqua
⁊ humiditas.) h corrigit ⁊ ordinat qd superius modera-
te posuerat (purgatio vero ⁊c̃.) h totuz planum est vsq;
ad hunc locuz (hec eadez purgat virtutez attrahendi.)
videt̃ isti auctori q virtus attractiua a tota spē similis
est virtuti seri. ⁊ ceterorū liquoruz ita lubricantiū ⁊ flu-
entiuz: dicimus q est similitudo in substātia ⁊ acciden-
te: prima similitudo est accidētalis ꝓpter fluiditatem ⁊
liquiditatez: nam seruz ēt liquiduz ⁊ subtile aperit orifi-
tia vasoꝝ ⁊ lubricat: aquositas vero cōsequit̃ cōsimiles
in lubricatiōe ⁊ suba ⁊ subtilitate. Similitudo vero sub
stātialis est titimalli ⁊ scamonee ad humores: ⁊ h est ꝑz
spēm (camepitheos siue calcucecumenō.) i. es vstū qd
est corrosiuuz. (yreos.) Sed nūquid ista attrahūt a to-
ta specie: solo. nō. Sed inaniūt: vnde sequitur attractio.

¶ De antidotis epatis. Cap. VI.

Dictis passionibus quas epar patitur. ⁊ earum causis: ⁊ quomō ꝑm regu-
las artificiales curant̃: placuit vt me-
dicinam compositam posterius epa-
tis passiōes iuuantem diceremus. ⁊ sibi conui
cinantium sicut stomaci ⁊ viscerum: ⁊ cura-
tiones non taceamus. Quorum passiones in
hac particula. ⁊ in quarta diximus. Iteruz q
hec sunt maxime necessaria vulgo ⁊ maiorib⁹
propter cōmunionez iuuamenti in vijs omni-
bus epatis ⁊ viscerum passionibus. Sunt au
tem in artificio diuersa: quedam eniz sunt ele-
ctuaria: quedaz trocisci: quedam pillule: que-
dam pulueres. Alia vero apozimata: vnde oz
nos vniuscuiusq; artificiuz proprio attribue-
re capitulo. ¶ Dyareubarb. valet defectioni
epatis ⁊ sue opilationi ⁊ ventositati viscerū:
⁊ indigestibilitati. ℞. c̃c̃. costi. cinamomi spi-
ce. añ. ℨ. i. reubar. ℨ. iiij. cassie assari myrrhe. sq-
nanti aristol̃. lon. ⁊ ro. añ. ℨ. ß. fac puluerē: ad-
de. M. quod sufficit. dans. ℨ. ij. vel. iij. ⁊. ß. cuz
apozimate de aniso vel de radicibus. ¶ Dya
curcuma valet ad epatis passionem cū frigi-
tudine splenis ⁊ epatis: stomaci adaperiens ⁊
mundificans ventositatem. ℞. c̃c̃. spice cina-
momi assari cassie. añ. ℨ. iij. costi. squinā. myr-
rhe. añ. ℨ. i. ⁊. ß. fac pul. adde mellis quod suffi
cit dans. ℨ. i. vel. i. ⁊. ß. ꝑm virtutem patientis
cum succo herbarum ⁊ oxizacca. ¶ Dyalac-
ca valet ad opilationem epatis de fritudine ⁊
duritie ⁊ apostemate in stomaco: vel epate: ⁊
ad dolorem splenis: ⁊ omnez suspitionez hy-
dropisis: ⁊ ad ventositatem hypocundrie. ℞.
lacce. ℨ. xv. costi spice carpobal̃. xilobal. cassie.
assari: cinamomi. c̃c̃. squinanti reubarba. ma-
stic̃. aristol̃. ro. ⁊ lon. añ. ℨ. ix. myrrhe gentiane
maratri anisi apij polij gariof. cimini eupato-
rij absinthij nucismus. cardamomi cube. añ. ℨ.
iij. fac pul. adde mell̃. quod sufficit: dās. ℨ. i. vl
i. ⁊. ß. cum succo herbarum vel apozimate de
radi. ¶ Dyarodon valet dolori epatis ⁊ sto-
maci puncture colere ru. ⁊ febrib⁹. corruptio-
ni digestibilis virtutis. ℞. spice. c̃c̃. assari cassie
costi. squinanti cinamomi spodij. masti. equa
le pondus: rose quantuz alie species. fac pul.
confice cum syrupo: da ad modū auellane cū
mellicrate. ¶ Antidotum valens dolori epa-
tis de frigitudine complexionis: ⁊ ventris in-
flationi in initio hydropisis: ⁊ contra vene-
nuz. ℞. myrrhe. ℨ. vij. cinamomi. ℨ. iiij. ⁊. ß. pi
peris albi. ℨ. ij. thuris costi. añ. ℨ. i. ⁊. ß. fac pul.
tempera cum melle quod sufficit dans in mo-
dum auellane cum mellicrate. ¶ Aliud anti-
dotum opomodosij ad dolorem epatis pro-
batum cimini costi cassie. squinanti. ʒʒ. añ. ℨ. ij.
carpobal. c̃c̃. añ. ℨ. i. opij. ℨ. iij. mellis quod suffi
cit. da cum aqua ca. ¶ Aliud valet grosse vē-
tositati in stomaco ⁊ in visceribus: dolori epa
tis ⁊ splenis: ⁊ est. ℞. cassie amomi spice nar-
di apij maratri anisi assari castorei aristolog.
lō. ⁊ rotun. thuris aneti. se. carui. cimini. añ. ℨ.
i. cardamomi minoris ⁊ maioris: cinamomi:
gariofi. ʒʒ. piperis alb. ⁊ ni. ⁊ lon. añ. ℨ. i. M.
quod sufficit. dans. ℨ. i. ⁊. ß. cum puro vino.
¶ Dyachimenon. Gal̃. in libro complexiōis.
valet ad omnem dolorez ventris qui ex frigi-
ditate est: stomacum sanat. digerit cibuz: opi-
lationem epatis aperit: totum corpus calefa-
cit: iuuat ad dol. splenis qui est de ventosita-
te grossa ⁊ flegmatica. ℞. cimini. ℨ. xxx. infusi
in aceto die ac nocte: ⁊ post desiccati ⁊ assati.
c̃c̃. galāge. spice. amomi. assari. ʒʒ. gariof. pipe-
ris lon. cinamomi. mac̃. masti. nucismus. car-
damomi: ameos cassie maratri apij carui. car-
pobal. folij. añ. ℨ. vij. ⁊. ß. fac pul. Mell̃. qd suf
ficit. da ī moduz auella. ¶ Dyafidel̃. Io. da.
valet ad dolorem stomaci de flegmate ad vē-
tositatem grossam: opilationem epatis aperi-
ens. da. ℨ. i. ⁊. ß. ℞. ʒʒ. piperis al. ⁊ nig. ⁊ lon.
spice cassie. carpobal. piretri. folij cardamomi
maioris gariof. masti. ameos. añ. ℨ. ij. apij ani-
si mēte. añ. ℨ. iij. mel. qd sufficit. ¶ Dyacrisis
valz opil̃oni epatis. splenis. ꝑūcture epatis in
initio hydropisis: ⁊ vl̃r dolori visceruz d̃ fridi
tate. ℞. c̃c̃. cinamomi: spice: assari: squinanti.

añ.ʒ.vi.costi.aristolog.ro. ⁊ lon.cassie folij.
mastic̃.cinamomi maratri se.apij scariole:gẽ-
tiane carpobal.lacce añ.ʒ.iiij.calam̃.aro ⁊ ga-
riofi.cardamomi maioris ⁊ minoris.mac̃.añ.
ʒ.iij.fac pul.mellꝭ.quod sufficit. ¶ Aliud simi
liter antidotꝭ.Galꝭ.qꝺ vocatur dyatrion pipe-
reon valz ad vitreuz flegma in stomaco dissol
uendũ:vomitum flegmaticuz aufert:stoma-
cum frigidum ⁊ non digerẽtem confortat:cõ-
uenit epilicis podagricis de flegmate.senibus
⁊ putredinez in corpore habentibus collectã.
℞.piperis al. ⁊ ni. ⁊ lon.ʒʒ. spice xilobal.apij
petrosi.anisi ameos:maratri.añ.ʒ.i.amomi.li
quiri.absinthij cassie.añ.ʒ.vij.cardamomi ga
riofi.cinamomi.c̃c̃.cyperi.añ.ʒ.v.anisi sisile-
os aristolo.lon. ⁊ rotũ.assari:mastic̃.añ.ʒ.iij.
costi mac̃.añ.ʒ.ij.mel.quod sufficit. ¶ Dya-
roma valet ad grossitudinem flegmatis:sto-
macum indigestum cõfortat:inflationem au-
fert:clarificat colorem:mentem acuit:vento-
sitatem laterum tollit:ante cibum ⁊ post cibũ
da.℞.spice:cassie:mastic.gariofi.cinamomi:
assari.añ.ʒ.i.cardamomi maioris ⁊ minoris.
c̃c̃.sandalꝭ.citri.cubebe costi mac̃.galliemusc.
ʒʒ.maratri anisi.añ.ʒ.ß.nucismusc.ligni aloe.
calami.aroma.añ.ʒ.iiij.fac pul.accipiens mel
despumatum:mitte tantũdem citoniorũ:vel
malorum muzorum coque ad spissitudinem
mellꝭ.tempera cum his spẽs alias.

¶ Hic incipit auc.antidot.epatis:⁊ etiã ponit descriptio-
nem plurimaꝝ cõfectionuz:quas in tertia vel in quarta
tetigerat:sed nõ determinauerat.(Dyareub.)plus valz
in frigida cã q̃z in calida.Sed tamẽ si admisceatꝭ dyaro-
don.dyapapauer.dyaprunis ĩ calida potest administra-
ri.(vel de radicibus).s.diure.(dyacurma.)h dicitur a
cucurb.vel a cucumere vel occulta est denominatio.va
let aũt in frigida causa.valde autẽ est deopilatiuuz.nõ
autẽ est in vsu.(dyalacca.)lacca est quedaz gũma.calꝭ.⁊
sic.⁊ subtilis substantie multum est diurꝭ.⁊ est deopilati-
ua.valet etiam contra venenum.(dyarodon)illud non
est in vsu modo.(antidotuz.)neq̃z est illud in vsu.deno-
minatur ab inuentore.(Amomi.)semen herbe ca.⁊ sic.
in.iij.gra.⁊ subtilis est substantie.(Cardamomi.)semẽ
herbe est.magis crescit citra mare.vltra min⁹.(Cordu-
meni.)semẽ est nasturcij aquatici.(cimini infusi in ace-
to.)iste etiã magis subtiliat ⁊ exiccat ⁊ cõsumit viscosuz
flegma ⁊ viscositatẽ.(dyasindedeon.)qꝛ findit grossos
hũores(ameos)ca.⁊ sic.in.iij.gra.⁊ semen est speciale
cõtra causas matricis frigidas.(dyacrisis)qꝛ ad crisiz
celebrandam valz:sic denominatur.quidam libri hñt
dyacrisim a nobis ꝙ est ventuz:qꝛ multuz valet contra
frigidas causas stomaci:(gentiana)ca.⁊ sic.in.iij.gra.h
specialis est cõtra melꝭiam(dyatrion pipereon)h nõ est
illud qꝺ ponitur in antido.(dyaroma.)h est electuariũ
valde preciosuz:multum.n.cõfortat virtutem ⁊ mundi-
ficat:spirituz letificat.loco huius modo ponitꝭ letitia.H.
(vel pliris aromatic̃.)denominatur a spẽbus aromati-

cis quas recipit(cubebe)grana sunt cuiusdã fructici si-
milia piperi:tantã tamẽ nõ hñt minorem caliditatem:
⁊ sic.in scdo.os reddunt aromaticũ(gallie musca.)que-
dam cõfectio est que reperitꝭ in antidot.(mel despuma-
tum)melius ꝯficitur cum syrupo ro.vel malꝭ.gra.s.dul-
ciuz aromaticoꝝ.in cõfectione mel ⁊ zucca.nõ ꝭm arbi-
trium:sed ꝭm ꝓportionez sunt ponenda.In libra specie-
ruz requirũtur.iij.lib.mellꝭ.vel tres zuccari in electua-
rijs cõficiẽdis.In medicinis ẽt pillulandis necesse ẽ ali-
quãtuluz ponere vt sint duriores:licz tamẽ diebus istis
magis querimus delectationez q̃z iuuamẽtuz:vnde cõ-
ficiunt electuaria ficciora:antidotoruz autẽ taliũ quedã
danda sunt ante cibũ:sicut pillule ante cibũ:que per di-
midiam horaz debẽt dari ante cibuz:vel sicut zucca.ro-
satuz ad cõstringendũ:quedam vero in ipso cibo ad con
fortãduz ⁊ digestionẽ ⁊ appetituz:vt sal marcelli ⁊ sal sa-
cerdotale:quedaz post interuallũ modicuz:vt zinziber
condituz:ad cõfortandũ digestionez:vel dyacitonitẽ ad
retentionem cibi confortãdam:si.n.assumpto cibo statĩ
assumãtur cõfusa cibarijs:⁊ dispersa virtutez suã ꝑdũt.

¶ De trociscis. Cap. VII.

Trocisci de lacca valẽt ad epatis ⁊ sple-
nis passionem de calore ⁊ apostema-
te.℞.lacce:spodij ro.absinthij.zucca.
eupatorij.succi.añ.ʒ.iij.reubarba.ʒ.
iiij.squinanti.ʒ.ij.tempera cum succo maratri
vel endiuie:fac trociscos.ʒ.i.⁊.ß.da bibere cũ
succo predictarum herbarum ⁊ oxizaccara.
¶ Trociscus de reubar.valet ad constipatio
nem epatis:splenis:stomacum confortat.℞.
ro.absinth.reubar.añ.ʒ.iij.spodi.spice squinã
ti lacce eupatorij succi.añ.ʒ.i.sandalꝭ.citri.c̃c̃.
cassie dragagan.mastic̃.añ.ʒ.ij.tempera cum
succo maratri.fac trociscos.ʒ.i.da cum succo
herbarum predictarum ⁊ oxizacca. ¶ Tro-
cisci de aniso valent ad frigiditatem splenis:
epatis:stomaci: ⁊ ventositati ypocũdrie.℞.
anisi ro.maratri.añ.ʒ.vij.liquiri.ʒ.vi.succi li-
quiri.squinanti:lacce:masti.spice.añ.ʒ.viij.eu
patorij.ʒ.iij.costi.cassie:assari:absinthij.spod.
añ.ʒ.ij.tempera cum succo apij:fac trocis.ʒ.i.
⁊.ß.da cum succo herbarum. ¶ Trocisci de
absinthio valent ad dolorem epatis ⁊ stoma-
ci opilationem soluunt.Iuuant febrẽ flegma-
ticam.℞.absinthij.maratri.anisi rose.amigd.
amar.añ.ʒ.iij.assari.spice squinanti apij sem̃.
añ.ʒ.ij.reubarba.succi eupatorij.añ.ʒ.i.tem-
pera cum succo endiuie:⁊ fac trociscos.ʒ.i.⁊
da cum succo herbarum. ¶ Trocis.de eupa-
to.valent ad stomacum:epatis opilationem
aperiunt:rigorem flegmatice febris mitigant.
℞.absinthij squinãti succi eupatorij.rose ma-
ratri.masti.añ.ʒ.iiij.anisi.dragagã.sandali.citꝭ.
spodij.añ.ʒ.i.⁊.ß.tẽpera cũ succo endiuie:fac
trocis.ʒ.i.⁊.ß.da cũ succo endiuie:⁊ oxizacca.
¶ Trocisci de rosis confortant epar ⁊ stoma-

cum. ℞. roſarum. ʒ. x. liquiri. ʒ. vi. ſquinãti. ſpi-
ce maratri. ſpodij. dragagan. añ. ʒ. ij. tẽpera cũ
ſucco endiuie. trociſ. fac. ʒ. i. da bibere cuʒ ſuc-
co herbarum: vel maligrana. ❡ Trociſci de
ſpodio valent febribus acutis de calore epa-
tis: ⁊ ad continuam ſitiʒ. ℞. roſe. ʒ. vi. ſpodij.
ſe. portul. ſucci liquiri. añ. ʒ. ij. dragagan. ami-
di. añ. ʒ. i. ʒucca. ʒ. iiij. tempera cum ſucco pſi-
lij. fac trociſ. ʒ. i. da bibere cum ſucco maligra.
❡ Alij trociſ. d ſpodio laxatiui. i. aperitiui va-
lent ad veras tertianas: ſitim: calorem epatis
⁊ ſtomaci: ⁊ ſunt Joan. Dam. ⁊ ſunt in libro
queʒ intitulauit properatum. ℞. ſpodij. roſe.
cc. añ. ʒ. iij. amidi. dragagan. gumi arab. ſcario
le. ſem. citruli. cucurbi. cucumeris mellonis:
omnium mundatorum ſe. portul. añ. ʒ. i. ⁊. ß.
tempera cum ſucco citoniorum. ⁊ aqua roſ.
fac trociſ. ʒ. i. ⁊. ß. ❡ Trociſci de cãphora re-
frigerant incenſionem epatis: calorem acuta
rum febrium. ℞. roſe. ʒ. iij. gumi arabi. draga
ganti ſpodij. añ. ʒ. iiij. ſem. cucumeris: citruli:
portul. ⁊ liquir. añ. ʒ. viij. cc. ligni aloes: cam-
phore. añ. ʒ. i. tempera cum ſucco pſilij facto
cum aqua ro. fac trociſ. ʒ. i. ❡ Trociſ. de ber-
beris valent ad conſtipationem ſplenis: epa-
tis in initio ydropiſis cuʒ calore. ℞. berberis.
ʒ. vij. roſe ⁊ ſpodi. lacce. cc. añ. ʒ. v. ſulphuris.
ſpice. gariofil. ſquinanti. añ. ʒ. iij. reubarbar.
maratri: ſandal. añ. ʒ. iij. cuſcute. ʒ. v. fac troci.
ʒ. i. da bibere cum ſucco maratri ⁊ endiuie cũ
oxiʒacca. ❡ Alij ſimiliter valent febribus acu
tis: ſiti: apoſtematibus epatis ⁊ ſtõi. ℞. ber-
beris. ʒ. iiij. roſe. ʒ. xij. mãne liquiri. ſe. cucume
ris ſpodij ſpice maſti. eupatorij. ſucci. añ. ʒ. ij.
reubarba. lacce. cc. añ. ʒ. i. tempera cum viſco
pſilij. fac trociſ. ʒ. i. da bibere cum ſucco mara
tri. ❡ Trociſci de viol. mitigantes incenſio-
nem de colera rub. vt neq; epar: neq; ſtoma-
cum pungat: ſoluunt calidiſſimam naturam:
⁊ qui abhominati ſunt medicinam. ℞. viole.
ʒ. iiij. roſe. ʒʒ. ʒucca. añ. ʒ. ij. ſpodi. ſucci liquir.
ſe. portul. ſandal. citri. añ. ʒ. i. ⁊. ß. dragagan.
ſe. cucumeris. maſtic. ſcamõee. añ. ʒ. ij. fac tro-
ciſ. da bibere cum ſyrupo prunorum: vel apo
ʒimate de mãna caſſiaſ. vel oxifenitia. ❡ Tro
ciſci de ſandalis valent febribus ⁊ ſiti: nimio
calori epatis. ⁊ ſtomaci: lingue ſiccitati. ℞. ro-
ſe ſpodij. ʒuccare añ. ʒ. iiij. ſandal. citri. al. ⁊ ru.
ſe. potul. ſucci liquir. ſe. cucumeris. citruli. cã-
phore. dragagan. añ. ʒ. i. ⁊. ß. tempera cuʒ vi-
ſco pſilij fac trociſ. cum aqua ro. da bibere cuʒ
ſucco maligrana. vel cucumeris: vl apoʒima-
te oxifenitie: vel caſſiefi. ⁊ mãne. Qui ſunt ca-
lidiſſimi ⁊ ventres eorum propter caloreʒ ſti-
ptici: accipe medietatem huius confectiõis ⁊
iunge ſcamonee aſſate. ʒ. ß. dans bibere cum
ſucco prunorum vel viol. ❡ Alij trociſ. laxa-
tiui valent ad dolorem epatis ⁊ yctericie: acu-
mini colere ru. incẽſiõi nimie: apoſtemati ſan-
guinolento. ℞. roſe ſpodij ſandali citri. abſin-
thij. añ. ʒ. v. reubarba. ſquinanti: ſpice. añ. ʒ. ij.
ſcamõee: ſucci eupatorij: ſucci liquiri. añ. ʒ. ij.
tempera cum ſucco maratri: fac trociſ. dans
bibere. i. cum ſucco herbarum ⁊ oxiʒacca. ⁊ h
de trociſcis ſufficiant.

❡ Trocos dicitur rotũdũ: inde trociſci: vel q̃ rotũda cõ-
fectio: talia nũq; debent dari in groſſa ſubſtantia. ſed di-
ſtemperari debẽt cuʒ herbaꝝ decoctiõe valẽtiũ ad idẽ:
vel cuʒ vino ſic aliquãdo debẽt exhiberi: hꝰ auteʒ cõfe-
ctiones exſiccari debẽt ad vmbrã: ⁊ non ſub ſole: ne vir-
tus earuʒ diſſoluat. denoĩatur autẽ quelibʒ ab eo: cuius
virtus denominaẽ (ad cõſtipationeʒ) cõſtipatio eſt opi
latio orificioꝝ (ſingli trociſci) nõ debẽt habere niſi q̃-
tũ ponit auc. (trociſci de eupato.) Jſti valent ad conſu
mendũ vẽtoſitates: vnde deſtruunt tipum ſi dẽt ante
actionẽ. talia tamẽ nõ cõſulo dari niſi materia appropi-
quãte ad digeſtioneʒ: q̃ liquidioribꝰ cõſumptis partibꝰ
reſiduũ induraẽ. Si tamẽ materia digeſta totũ reſolui-
tur (trociſci de abſinthio.) Jſti ſunt valde calidi. vñ nõ
eſt tutũ dare eos i fe. Sed ſi ſit ſine fe. bonũ eſt cuʒ ſucco
pſilij: ſuccus ſiue mucillago pſilij in aqua ca. poſita ſtatiʒ
coagulabitur (trociſci de ſpodio.) Jſti ſunt valde debi-
les in cauſis quas ponit (trociſci de cãphora) ſiles ſunt
predictis (cuʒ aqua ro.) ſi pſilium ponaẽ in aqua ro. ſua
mucillago maxime cõfortaẽ (fulful.) herba eſt ignota.
loco eius ponit raſura eboris (trociſci de viol.) Jſtos ẽ
tutius exhibere mã digeſta: quoniã laxant ⁊ mltũ ifrigi-
dãt: loco ſcamonee poniẽ reubar. in duplo. q̃ ſcamonea
in calidis cauſis epatis eſt valde timẽda (trociſci d ſan-
dal.) iũge ſcamoneã prius coctam (⁊ ſcamõee aſſate.) h
eſt cõtra illos qui dñt ſcamoneã aſſari cõtra artem. ⁊ ge-
neraliter omnia laxatiua non ꝓpinentur: niſi ſignis ap-
parentibus digeſtiuis.

❡ De pillulis. Cap. VIII.

P Jllule de aromatibus Joan. Dam.
valent ad doloreʒ ſtomaci de flegma-
te: mundificant ſtomacũ de hũoribꝰ
groſſis putridis a cerebro ad ipʒ de-
ſcendentibus da. ʒ. iij. ieiuno cum aqua ca. ℞.
calami aromatici. cinami: cubeb. nuciſmuſca.
mac. cinamomi ſpice carpobal. ſquinanti. ma
ſti. aſari. gariof. añ. ℥. i. cc. ʒ. iiij. ⁊. ß. fac coque-
re omes illas ſpecies in. xij. libris aque vſq; ad
tertiam partem: cola ſupaddens. xxviij. ʒ. alo-
es. ⁊. vi. ʒ. myrrhe: omnia pulueriʒa ⁊ ad ſo-
leʒ dimitte: ſemperq; moue donec poſſint for-
mari pillule. ❡ Alie eiuſdem valentes ad do-
lorem epatis: ⁊ ad ydropiſim. ℞. yerapigr.
ſucci eupatorij: mirabolano. citrino. añ. ʒ. iij.
turbith. ʒ. iiij. lacce. ʒ. ij. reubarbar. carpobal.

spice. añ.ʒ.i.⁊.ß. anisi. apij. squinanti. añ.ʒ.i. tempera cum succo solatri. da.ʒ.ij. cum aqua cali. ¶ Alie valent yctericis ⁊ eijciende putredini de stomaco ⁊ epate: constipationem splenis aperiunt: caput mundificant. ℞. yerepigre.ʒ. vij. absinthij.ʒ.v. reubarba.ʒ.iiij. squinanti.ʒ.iij.spice: scamonee. añ.ʒ.ij. cum succo apij tempera dans.ʒ.ij.cũ aqua ca.ieiuno. ¶ Alie de libro perfectiõis. Joan.Dam̃.valent diuturnis febribus de diuersis materijs: dolori epatis in initio ydropisis. ℞. succi absinthij.mirabol̄.citri.succi eupatorij.aloe.cc̃.mastic̃.reubarba.lacce.anisi. fumi terre yerepig. equale pondus: tempera cuz succo solatri. da ʒ.i.de nocte. ¶ Alie de euforbio valẽt ad purgationez aque citrine: ⁊ omni mãe ydropisis: ⁊ ad dolorem dorsi ⁊ podagram que de frigida fit materia. ℞. euforbij.ʒ.ij.fustis titimalli. ʒ.i.armoniaci.serapini.opoponac̃.bdellij.apij.se.petrosili.meu.spice.cassie.anisi.masti.añ.ʒ.i.fac puluerem. ⁊ frica cum amigdaleo.tempera cum succo solatri. vel maratri. daqz.ʒ.i.
¶ Pillule de serapino purgantes aquaz citrinam. valent ad dol̄.stomaci.dorsi. ventositatem intestinorum. ylijqz dolorem de frigore. ℞. serapini. turbith. fustis titimali.añ.ʒ.ij.apij bdellij.anisi.maratri.chebuli.an.ʒ.i alio.℈.ij. armoniaci.opoponac̃.ase. cinamomi. añ.ʒ.i. tempera cum succo calamenti faciẽs pillulas da.ʒ.i.⁊.ß.vel.iij.

¶ Pillule ⁊ omnia data in solida suba a partibus remotis attrahũt ⁊ fortiorez faciunt impressionez: vnde cum maiori cautela sunt exhibẽda: vnde semp adhibẽda est consideratio ad virtutẽ: he ergo pillule quas ponit auc. valde sunt laudabiles in causis frigidis epatis: cõfectio tamẽ vel modus cõficiendi paruz valz: qz melius est vt cuz succo maratri: vel absinthy ꝯficiãtur: qz dimissio specieruz subtiliuz ad solẽ resoluit virtutez. (Alie eiusdez valẽtie ierapig.) .i. puluis illius ꝺ quo ꝯficiᵬ yerapigra. (Alie ꝺ lilio) .i. iste pillule in causa ca. possunt dari temperate cũ succo solatri: ⁊ oximelle distẽperato cuz succo maratri. vel absinthio. Et sciẽdum ꝙ nulluz laxatiuum est apponẽduz vbi in fine decoctiõis. (alie de euforbi.) Iste sunt valde vtiles in arthetica ⁊ podagra de frigida cã. (aque citrine.) hec est aquositas que est in ydropicis que est infecta a ꝑtibus quibusdã sanguinis ⁊ colere admixtis: nõ ꝑpter hoc est calida: sicut nec multuz aque si parũ croci admisceaᵬ (fusticis titimalli) .i. cortices esule qui puluerizẽtur in istis pillulis qui vero si integre ꝑ se cum polipodio in ventre galli: vel galline posite decoquãtur suauius laxant (ãmoniac̃.) ca. in.iij. sic.i.ij. gumi est resolutiuuz: valz cõtra podagraz ⁊ contra splenẽ: qz si emplastrũ ex ea supra duruz epar: vel splenẽ ponaᵬ maxime duritiez curat. Itez valet cõtra lũbricos: ⁊ ad mẽstruoruz ꝓuocationez (serapiuz siue sagapiũ) ca.⁊ sic.in iij. viscosum flegma dissoluit ⁊ purgat: (opoponaci.) ab opos qḋ ẽ succus ⁊ panaux quasi succus panacis.ca.⁊ sic. in.iij. valz cõtra frigidas passiones mẽbroruz iũcturaliũ (bdelliũ) ca.est in.ij.hu.in.pᵒ.cuz grossa suba: vnde valz contra dissintheriã de acuta mã: si de eo bibaᵬ.ʒ.i.vel.ß. cuz aqua mell̄ statiz fluxuz vẽtris post scamoneam constringit: scamoneaz etiã ligat ⁊ imobilitat. (cicute) non intelligas de cicuta nostra: sed orientali que est ca.⁊ sic. in.iij. que etiam vocatur armill̄.

¶ De pulueribus.

Puluis purgans aquam citrinaz. apostemata dissoluens: epar confortans. ℞. absinthij. turbith. serapini. añ.ʒ.v. apij.sem̃. petrosili. maratri. anisi. yreos.añ.ʒ.ij.scamonee.titimalli fustis. mastic̃.sqnanti.cinamomi.añ.ʒ.i.fac pul. dãs cum succo maratri. ¶ Alius valens ad frigitudinem epatis. emoroydes. corruptionẽ stomaci: ⁊ ad mutationem coloris. ℞. mastic̃.gariof.cassie.rose.asari.añ.ʒ.iij. cimini. maratri. anisi.absinthij.añ.ʒ.ij.cardamomi.cinamomi mãne.squinanti.se. basiliconis.añ.ʒ.i.⁊.ß. fac puluerem frica cum amigdaleo.⁊ zucca.quãtum omnes alie species. da.ʒ.iij.cum aqua ca. ieiuno. ¶ Alius purgans aquam citrinam: ⁊ valens humide nãe passioni colice de viscoso flegmate ⁊ ventositati. ℞. serapini. titimalli fustis.apij se.equale pondus: fac puluerez: ⁊ da.ʒ.ij.vel.iij.cum aqua cal̄. ¶ Alius valens ad frigitudinem stomaci: ⁊ indigestibilitatez fastidium. oxiremiam: inflationem vẽtris: opilationem epatis ⁊ splenis aperit. ℞. zz.ʒ.ij. origani.mastic̃.thuris. carui.cimini. piperis. añ.ʒ.iij.maratri.apij. anisi. dauci. ameos.añ. ʒ.i.⁊.ß.fac puluerem. frica cum sisameleo. ⁊ zucca.quantum alie species. da.ʒ.iiij. cum aq̃ ca. vel mellicrate. ¶ Puluis cõfortans epar. opilationẽ epatis aperiẽs: valet in initio ydropisis. ℞. mirre.costi.cassie.spice.asari.carpobal.equale pondus maratri. apij. scariole. se. aneti. dupl̄.de puluere da.ʒ.i.⁊.ß.cũ aqua ca. Si velis propter ycteritiam iunge.x.partes ꝺ yerapigra. da.ʒ.ij.cuz aqua calida ⁊ oxizacca. Si velis propter aquã citrinam iunge.v.partes serapini.

¶ Pulueres sumãtur in ouo sorbili vel in nebula: inuoluti vel super cibaria aspergaᵬ: duz tamẽ laxatiuuz non admisceaᵬ: ꝙ si aliquod laxatiuũ exhibeaᵬ: longo tẽpore ante cibũ accipiatur: sicut est iste puluis qui in primo poniᵬ (ac al̄ valens ad frigorez epatis) isti possunt sumi ante cibũ: ⁊ post (frica cũ amigdaleo) fricatio ista fit ad repressionẽ siccitatis ⁊ venenositatis ⁊ acuminis ad acquirẽduz maiorez dulcedinez: vt a membris melius attractuz meliores faciat impressiões: h̄ tñ modo nõ est in vsu. dupluz aut dimidiuz duo ex istis: aut vnũ h̄ ẽ septifariaz ꝓportionẽ (Si velis ꝑpter ycteritiam) h̄ itelligas de m̄lachon nunq̃ yerapig. valet in causa ca.

¶ De apozimate. Cap. IX.

APozima de radicibus cōfortādo valet epati spleni ⁊ renib⁹. splenis ⁊ epatis opilationem soluit: ⁊ renū humores grossos liquefacit. ℞. cortič. rad. apij. ʒ. x. radicū endiuie ⁊ maratri. aā. ʒ. vi. cuscute. ʒ. v. viol. sichē. absinthij. liquiri. capilli. vene. aā. ʒ. iij. maratri. se. anisi. apij. spice. eupatorij. aā. ʒ. i. omnia pistata coque in. iij. lib. aque ad medietatem. cola. deinde mitte māne ʒ. xx. cassief. ʒ. xv. Jtem coque ad tertiam partez cū. ʒ. iij. succi absinthij. deide addito amigdal. ʒ. iij. cola ⁊ da. iij. dieb⁹ ꝯtinuis. ¶ Alius de radicibus valet frigido epati: opilationem ipsius aperit: ⁊ splenis hūores grossos cū vrina eijcit. cōtra quartanas iuuat. ℞. apij. radič. maratri. aā. ʒ. x. absinthij. squinanti. aā. ʒ. viij. reubar. ysopi. calamēti. aā. ʒ. iij. maratri. anisi. asari. cassie. aā. ʒ. iij. coq̄ i. iiij. lib. aq̄ vsq̄ ad. ij. ⁊ ß. da. iij. ℥. ⁊. ß. cū q̄busdā trocis. ⁊ amigdaleo.

¶ Apozima d radicib⁹ ⁊c. ab apos qd ē decoctio ⁊ zeo qd est ferueo. i. dcoctio feruēs (sichee siue sichē). i. abrotanū agreste ca. ⁊ sic. i. iiij. valz ēt ꝯ viscosos hūores (tertiā ptē). ʒ. ij. vl' duas ptes. ʒ. ß. (cū. ʒ. iij. succi absinthij) q est ca. ⁊ sic. i scdo (amigdaleon). ʒ. iij. hoc dež ab lubricādū.

¶ De syrupis.

SJrupus de squinanto valet opilationi epatis. splenis. ventositati ypocondrice in initio ydropisis. ℞. sq̄nā. absinth. cuscute. aā. ʒ. xx. maratri. anisi. apij. aā. ʒ. x. omnia coque in. vij. lib. aque vsq̄ ad. iiij. deinde cola. ⁊ post fecez suam mitte in vij. lib. aque ⁊ vsq̄ ad tertiaz coque. ⁊ postea cola ⁊ aduna vtraq̄ calamēta: ⁊ pone tātūdez zuccare coquens ad perfectionez syrupi. da. ʒ. ij. cuz succo endiuie ⁊ maratri bene cocto ⁊ colato. ¶ Alius de oxizacca. valet ad cal'a corpora ⁊ febres sanguinolentas: atq̄ colericas: prodest epaticis. splenetič. de calore. ℞. maratri radi. ⁊ endiuie. aā. ʒ. xx. emathitis. ro. maratri. se. anisi. aā. ʒ. x. spice. apij. aā. ʒ. v. coque omnia in. v. lib. aceti. ⁊. iiij. aque. ad medietatez. post cola mittens tantūdez zuccare. ⁊ coque ad pfectionem. da. ℥. i. cuz aqua frigida.

¶ Oximel valet ad frigiditatē epatis: stomaci. diuturnas febres. tumorez splenis: ⁊ duritiez viscez. grossos chimos incidit: putredinē antiquā mundificat. ℞. rad. maratri. squināti. aā. ʒ. ij. se. anisi. apij. aā. ʒ. i. spice. mastič. asari. cassie. calamēti agrestis ⁊ domestici. petrosil'. dauci. aā. ʒ. v. gariof. cardamomi. ʒʒ. aā. ʒ. iij. omnia in. ix. lib. aceti. ⁊. x. aque coque ad medietatez. cola ⁊ pone tantūdē mel. cocti ⁊ despumati. coque vsq̄ ad perfectionem syrupi.

¶ Apostema in renibus fortiorē efficit dolorē: qꝛ operat̄ solutionem ꝯtinuitatis ꝛ malam complexionē que sunt due cāe doloris. Sed mala ꝯplo est vna sola cā doloris. apa aūt qñq colligitur in ipsa suba renū: ꝛ tūc est maior grauitas pōderositate: qꝛ renes sunt ꝑui sensus: ꝛ qñq ē apa in pāniculo cōtinēte renes: ꝛ dolor est tūc acutꝰ ꝛ clamat ifirmus: nec pōt stare in vno loco: sed ad aliū se trāsfert iuolūtarie: ꝛ magis qescit in resupinatōe: qꝛ mēbrorū apostematoꝝ nō est quies. s. qñ sunt suspēsa: qñ vo fit apa in ꝯcauitate ipsoꝝ renū: tūc est fortis dolor silis precedēti. Sed nō adeo fortis. qñq fit apa in vys vrine supra renes ꝛ est dolor silis ꝑcedēti. Itē qñq apat̄ dexter ren: ꝛ tūc extēdit̄ dolor vsq ad epar: qꝛ dexter ren aliqñ eleuat̄ ꝛ epati approximat: qñq sinister apat̄ ꝛ tūc declinat dolor ad vesicā ꝛ vgaz ꝛ circa anchas cū difficultate vrine: qñq vo vtrūq: ꝛ ꝫ hoc est sup renes dolor sursuz ꝛ deorsuz. ¶ Apostema etiā vesice fortē dolorem efficit circa renes ꝛ pectinē ꝛ circa anchas cū difficultate vrie. ¶ In vtroq aūt apate adest frigiditas extremitatuz: ꝛ ꝓprie crurū ꝛ pedum. vrina in pnº. subtilis est ꝛ aquosa ꝫ in fine tingit̄ ꝛ rubet: qꝛ nocumētū extēdit̄ ad epar in statu apatis: vñ corrūpit̄ digestio in epate. ¶ Istoꝝ aūt mēbroꝝ apata seqtur febris ꝛ dolor capitl. vigilie rubor faciei ꝛ oculoꝝ sitis vehemēs: ꝛ difficultas anhelādi: qꝛ mēbra pāniculosa ad iferiora trahunt̄. frigꝰ manuū ꝛ pedū. In apate aūt vesice fortior existit dolor: qꝛ mēbrum sensibilissimū est: ꝛ neruosum fortis sensus: ꝛ est debilis cōmixtio hūoꝝ egrediētiuz cū vrina: ꝛ facilior est eoruz segregatio ꝛ sepe exeūt resolōnes furfuree ꝛ dolor ꝛ cōmotio pectinis: sicut dolor ꝑturiētis. Cōtraria signa sūt in apate renū. ¶ Ista aūt apata ꝓlōgantur ꝛ idurant̄ ꝛ nō recipiunt curationē. liquefaciūt. n. corpꝰ ꝛ extenuant̄ ꝛ subtiliant̄ anche ꝛ spasmant̄ ꝛ debilitant̄ crura: ꝛ tandē veniūt in defectionē ꝛ mortē. ¶ In pnº istoꝝ apatuz curabiliū ꝯsideremꝰ cām: ꝛ si ē de cā ca. ꝯuenientibꝰ egro particularibꝰ flōmemꝰ saphenā in causis renuz ꝛ vesice. ꝙ si ad euacuationē meⁿᵃ non sufficiat leuia euacuatiua administremꝰ ꝓhibētes medicias fortis dissolōnis ꝛ ꝓuocātes vrinā. talia. n. sunt nociua in apatibꝰ calidis ꝛ in vlceribꝰ renum ꝛ vesice. In statu vo cū maturatiuis istamus. deīde cū mūdificatiuis ꝛ mūdificata sanie cuz ꝯsolidatiuis. h tñ sciēdū ꝙ flōmia nō dꝫ fieri vētre ꝯstipato: nec multū solubili ꝛ laxo. Si ergo i apate colerico sit vēter ꝯstipatꝰ ab initio fiat clystere laxatiuū de viol. maluis absinthio ꝛ aq̄ ordei. ꝛ oleo viol. colatura furfuris: ꝛ hꝰ. Si vēter sit nimiū fluxibilis isistamꝰ cū ꝯfortatiuis. de cura vo froꝝ dicet̄ postea (Apostema ꝛc̄.) (Iaceat ergo ifirmus.) mēbrū. n. apostemosuz dū pēdet magnū facit dolorē: qꝛ si sit in dextro iaceat sup dextruz latus ꝛ nōdū dolebit. si in sinistro sup sinistruz iaceat. Si in vtroq iaceat supinus. sicut docet Serap. ꝙ multū dꝫ iacere supinꝰ. Si nimiū grauatur h signat apa esse in statu (ꝛ cito apit̄). i. rūpit̄: qñ circa gnōnē saniei magis ē dolor q̄ facta sanie. (Si ex frigiditate) adest fe. ꝫ lenta: (vrina alba). s. grossa in flegmate ꝛ subtilis in melancolia. (Renes duri sunt) difficiles ad sanādū: qꝛ sunt longe a vys meⁿᶜ: ꝛ iterū qꝛ mēbra ignobilia superfluitates alioꝝ sunt recipiētia: vñ apa in eis cito gnātur nisi a pnº eis succurrat̄: (Si ex calore sit apa) icipit curam apatis calidi. In hac passione magis vtit̄ clysteri q̄ medicina: qꝛ de ꝓpinquiori renes respicit. medicina vero resoluit anteq̄ veniat ad renes. de hoc ergo a pncipio subueniēdum est (a coytu.) ois motus est eis ꝯriꝰ (ꝙ si de hu. frigidis.) In hoc casu preueniēduz est de clysteri. Si venter nō fuerit multuz solubilis: si corpꝰ est plectoricū fiat flobotomia sicut prius. ordinetur dieta cū lacte amigdaleo: ꝛ cum decoctione fenugre. ꝛ cum eis que ponit auc. h fiat in pricipio apostematis vt mā auertatur: quoniā in statu maturatiuis: ꝛ postea dissolutiuis a parte iteriori: ꝛ exteriori est vtenduz ꝛ tādez in declinatione consolidatiuis. maturatio a parte interiori est oximel cuz decoctione liquir. iuiub. sebesten ꝛ ficuuz: ꝛ iteruz vue pas. cū capillis veneris ab anteriori vero fiant emplastra de fenugre. se. lini (ꝛ frondibus cauliū) multo melius esset de succo. frondes tamē caulis ꝛ folia ponit: vt sua soliditate caliditatē teneāt ꝛ poros coartent: ꝛ nihilominꝰ calore succi operantur maturatōez. completa maturatiōe dentur mūdificatiua ab iteriori: sicut radix lily. prassiū ysopus liquiritia cocta in aqua mellis vel in sero vel in aqua ordei: h tamē aliquādo sola sufficiunt. vbi saniesē pauca ꝛ subtilis: sanie mundificata sequātur consolidatiua que ponit viaticus: que etiā ponūtur in capitulo de ptisi cōia vlceruz mēbrorū iteriorum. (demus ergo trociscos) supradictos in ꝓximo dictos in causa ca. (cuz lacte asinino ebutyrato) ex parte casei consolidat ex parte seri mundificat ꝛ lauat (calefaciamus de foris) h est maturatiuuz bonum ab exteriori. (Si vulnus sit pessimuz clysterizetur) h a ꝓpinquiori respicit. vnde maxime lauat ꝛ saniem mūdificat. (Si sanies grossa) apium mūdificat ꝛ cetera que sequūt̄ (iumētinū) h lauat ꝛ cōsolidat ꝛ abstracta vnctuositate (arsure) ad h multum valet lac vaccinum cū sirupo viol. ꝛ oleo per interiora ꝛ exteriora illinitum iterius, i. renibus (exterius) idest in

lumbis(nutriam⁹cū amido)ꝯr̄ter redit ad dietā cōso/
lidatiuā:⁊ est cōis in vtraqꝫ cā(lenitate).i.cuz puritate
⁊ leuitate(vnctuose).s.absente(pudoris).i.fetori(aci/
da).i.acedula h̄ renes confortat ⁊ ꝯsolidat: ⁊ qꝛ subtilis
penetratiua est alia trahens secum porrectaz nisi de his
herbis in mala complexione calida multuz ꝓdest in ar
dore vrine:quia semper a calido quoquo mō est gnāta.

¶ De vulneribus renum. Cap. XIIII.

Aliquādo humores calidi ⁊ acuti de/
scendunt ad renes ⁊ iuiscantur in eis
faciētes vulnera ex acuminibus suis.
Idem faciunt humores ad vesicam
descendentes:medicina eorum est equalis ⁊
dieta similis:sed tamen discernēda sunt vulne
ra in renibus vel vesica nascentia: quia in reni
bus dolor sentitur in femoribus vrina cum sa
nie grossa est cōmixta: aliquando cuz ea exeūt
minima frustula carnis ⁊ facile vrina exit. In
vulneribus de vesica sentitur dolor in pecti/
ne ⁊ pitoneon: ⁊ angustia in vrina. post horaz
vrina residet in vase vrinario: ⁊ in vrina quasi
squāme ⁊ cortices sunt: ⁊ vrina est mali odo/
ris. Sic intelligitur de vulneribus in vijs vri/
ne inter vesicam ⁊ penez: sicut de vulneribus
illis que in renibus ⁊ vesica. ¶ Oportet festi
nanter medicemur vulnera in renibus. Qꝛ si
inueterauerint non amplius poterunt curari.
Renes enim sunt tenere substantie in quibus
si sanies inuiscatur medicina non recipitur:
quaz medicinam incipere debemus de spon/
gia aqua calida ⁊ oleo infuso:post fiat catha/
plasma. ℞.rosas lentes myrtaz pul. molendi
ni oleum ro. ⁊ similia. Demus se. cucumeris
boluz cuz lacte asinino vniuersaliter omne lac
hāc passionem iuuat. Demus se.melonis cu/
cumeris citruli cucurb.citonij malue. Quod/
cūqꝫ horum inueneris dabis coctum cum iu/
iub.in ptisano vel in lacte asinino. Detur ⁊ h
composita medicina. ℞.se.lini dragagā.aā.ʒ.
iij.amidi.ʒ.vi.boli gūmi arabi.aā.ʒ.i.⁊.ß. fac
trociscos. Alij trocisci de papauere valent ad
caloris incensionem ⁊ vulnera in renibus vel
vesica. ℞.se.papaueris lini cucumeris dragg.
medulle tritici pondus equale:fac trociscos.
Alij valent ad vulnera renum vel vesice. ℞.
se.citruli cucumeris cucurb.melonis portul.
amidi boli.aā.ʒ.ij.lactuc.se.papaueris iusqa/
mi psilij.aā.ʒ.i.⁊.ß.dragagā.gūmi arab. spo/
dij myrte se.citonij malue. aā.ʒ.ij. lactuce.se.
papaueris iusquiami psilij. ana.ʒ.i.⁊.ß. Nu/
triantur cum amido amigdaleo ptisano tri.ri/
zi: ⁊ similib⁹. ¶ Si in vesica sunt vulnera aqꝫ
mittamus ⁊ lac ⁊ mel ⁊ se.citruli cuz albumi
ne oui ⁊ visco.se.citonij:psilium iuuat:simili/
ter si in ergaliam cum oleo viol. ⁊ cū lacte mu
lieris vel asini vel albumine oui: epithima fa/
ciamus cuz cera alba. ⁊ oleo ro. vel viol. dra/
gagā.se.malue ⁊ assungia vulturis. Aliō. ℞.
cere albe: picis butyri:assungie anseris siche:
pondus equale.

¶ Istud caplm est de vlceribus renū ⁊ corrosionib⁹ eoꝝ:
talia frequēter post apata male curata fiūt:vel qm̄ ex sa
nie corrosiua sine apate. vel ex hūorib⁹ acutis colericis
ad eos veniētib⁹. ¶ Significatio aūt taliū vlceꝝ est do
lor cū grauitate ⁊ mict⁹ sanguis saniosi cū forti ꝯmixtio/
ne:qꝛ ab vlcerib⁹ vesice exit sanguis ⁊ sanies nō fortiter
cōmixta:sꝫ q̄si sepata. Itē in sanie renū nō est multus fe
tor:sicut in sanie vesice:⁊ preterea dolor i vesica acutior
est magis descēdēs ad iferiora:sicut circa pectinē ⁊ peri/
toneō. ¶ In curatiōe vō vlcerū renū ⁊ vesice. p̊ ordine/
tur dieta. det̄ cib⁹ digestibilis in pas. laudabilis sanguis
gnātiu⁹: vt sunt aues cāpestres miores pisces aspatiles.
de olerib⁹ blitis attriplic̄.lactuc̄.cucurb.⁊ portul.vitella
ouoꝝ pulli galliaꝝ.lac asininū:⁊ eqnū vl' vaccinū vl' oui
nū. In cibis eoꝝ misceant̄ drag. gūmi ara.amidū:⁊ cete
ra que ꝯsolidāt.loco aq̄ vel vini bibat lac.pira comedat
vel citonia:⁊ qn̄qꝫ auellanas vel fisticos ⁊ grana pinee:
sed fugiat vuas pas.pp lac corrosiuum qō in eis latet fu
giat oē salsum amaꝝ acutū:⁊ acetosum.talia.n.augmen
tant vlcera:quāto min⁹ poterit bibat vt necessitas min/
gendi mioret̄.fugiat coytū ⁊ oēm motū:qꝛ ois mot⁹ ipe/
dit vlcerū curationē. In mordicatiōe aūt fiat flōmia de
basilica si pticularia ꝯueniāt suauiter soluat̄ vēter.oēs
medicinas dissolutiuas fugiat. In curatiōe vō vlcerum
mēbroꝝ iferioꝝ vomit⁹ est multū iuuatiu⁹.quia mūdifi
cat ⁊ euacuat hūores ⁊ trahit ad ꝯriū:qm̄ ad supiora ⁊ fi
at vomit⁹ post cibū:pcedēte tn̄ vsu melonis cū vino dul
ci vt suaui⁹ fiat. Si aūt adsit fortis dolor p̊ attēdam⁹ ad
doloris mitigationē si necesse sit empl'a de narcoticis fa
cientes:vt est iusgami al.⁊ ru.papauer.ru.⁊ ni.mādrago
re ⁊ paꝝ de opio.dolore mitigato ad saniei mūdificatio/
nez itēdam⁹ cū aq̄ mell.aq̄ ordei in qua sit cocta radix li
quir.prassiū yreos ⁊ farina ordei:vel cū amido ⁊ sirupo
viol.⁊ capill.vene.⁊ succū fenugre.⁊ se.lini ⁊ fenugr. In
sanie vō grossiori prodest decoctio se.lini: polipoō.in aq̄
mell.lactuca vō cū dragagā.⁊ amido exhibita carnē re/
generat ⁊ mūdificat. Sanie g̊ mundificata occupat⁹ sis
in ꝯsolidatiōe vt ampli⁹ nō veniat corrosio. ad qō valet
terra sigillata cū acatia ⁊ cū succo barbe hyrcine siue gn
qꝫ neruie: valent ēt tria grana pini:vel accipiat̄ se. melo
nū citrul.cucumeris ⁊ cucurb.⁊ acatia ⁊ exhibeat̄. Itez
sanguis drac.terra sigillata se.melon̄.castor̄.cucurb.suc/
cus liqr.grana pini amigō.papauer.al.iusgamus al.ari/
stol.lon.in potu eq̄l'r exhibeantur cuz succo vue acerbe
⁊ arnogl.dactili carnosi.multū ꝓsunt sumpti per clyste/
ria:iteꝝ per interiora accepti vel p exteriora cathaplas/
mati.ꝯfectiōes facte de ro.sic.lētibus ⁊ melle ⁊ myrtill.
oīa autē que dant̄ ad cōsolidationē ieiuno debent dari:
vl' etiā ad mūdificationē fiat iunctio cuz oleo de alcāna
⁊ masticeleo:⁊ cū oleo de citonys cū admixtione storac̄.
vel assungia anatis. ¶ Eadē aūt est cura in scabie renū.
Sciēdū aūt ꝙ si fistulentur renes difficillima erit cura
ad quā necessaria est fortis exiccatio corpis: ⁊ ꝓhibitio
corrosionis:⁊ sanguinis aquosi.exiccatio vero fortis fit
cum assidua euacuatione corporis ⁊ abstinentia ciborū
⁊ potuū.(Aliquādo acuti humores)per putrefactionez

vel ingrossationē (luiscantur.) h̄ videtur esse cōtrariuz quoniam acutuz nūq̄ȝ viscosum est (dicamus ergo ꝙ coartantur: sed tamē discernenda) ponit signa distinctionis ⁊ inter vlcera renum ⁊ vesice: que satis patent per h̄ ⁊ per predicta. (mali enim odoris:) q̄ȝ calor est in vesica que debilis est: ⁊ non valens fumos corruptos subtiliare: vnde sanies est grossior ⁊ vapor inde resoluitur grossior: (sicut de vijs:) vie enim vesice ꝓpinque sunt cuius naturam retinēt: ⁊ similiter intelligē de vijs que sunt ꝓpinque renibus nō amplius: qđ est propter ꝯtinuuz fluxum vrine: ⁊ q̄ȝ medicina in parua quantitate ad illam venit (spongia) ca. est ⁊ sic. in. 3º. virtutem olei iuuat penetrare (cum oleo). s. cōi. h̄ sedat dolorem ⁊ mūdificat. post fiat cathaplasma. anteq̄ȝ h̄ fiat necesse est saniez ꝑfecte mūdificari: qđ manifestat vrīe mūdificatio: doloris sedatio (pul. molēdini). i. subtilissima farina que euolat ⁊ adheret parietibus: h̄. n. sua viscositate multum cōsolidat (omne lac) cōsulo vt butyrum extrahatur: vt dictū est. Item cōsulo anteq̄ȝ h̄ fiant ꝙ precedat vniuersalis corporis purgatio. postea autem exhibeantur trocis. quos determinat auc. Michee quid sit incertum est: quidam dicūt ꝙ est radix endiuie. Alij dicūt ꝙ est keyalēs. Alij dicunt ꝙ est vermis similis scorpioni. melius credo ꝙ sit herba a qua colligitur illa lanugo que vocatur bōbax: que viscositatem habet: vnde consolidat mūdificat ⁊ exiccat: (suthee). i. suten qđ est abrotanum agreste de quo dicunt quidam ꝙ sit endiuia.

De mictu sanguinis. Cap. XV.

SAnguinis egressio cum vrina q̄ttuor modis fit: vel de apertione vene epatis rupte: vel de apertione epatis soluz: vel de incisione venarum in renibus: vel de incisione venarum iter renes ⁊ vesicaz. Si sanguis sine dolore exit intelliges ꝙ de epate fit. si rubeus fuerit ⁊ cito exierit ⁊ sine causa precedente intendas ꝙ de renibus vene vesice sunt rupte: vel ex forti saltu vel casu vel percussione: vel ex sanguinis multitudine ⁊ suo acumine cum exit purus ⁊ rubeus: sicut diximus: sed venarum ora cum aperiantur non exit subito: maxime si parua sit earum apertio paruus ⁊ subtilis exit: ⁊ vrina apparet quasi cum sanguine mixta. Aliquando sanguis egreditur lapidem in renibus habentibꝰ: cum enim lapis transeat per vias inter renes ⁊ vesicam excoriat eas: vnde sanguis emanat maxime si lapis sit asper: aliquando de venis grossis exit vesice: sed tamen antecedit signuz vulneris in vesica. dolet eniz vesica ⁊ sanguis quiescit. Aliquādo exeunt frusta de vesice substantia. Que cum medicari volueris videndum est si ex epate sit. incidendum est de basilica in manu dextra: demus subtilem dietam: precipiamus euz a labore cauere ⁊ coytu: medicina dāda est in sanguinis fluxu ab epate iā dicta: si sit de venis in renibus incisis: vel de vijs inter renes ⁊ vesicam: vel de aptione vene: similiter de basilica vena est minuendus: adiuuantibus tempore cōsuetudine ⁊c̄. precipienda est quies. ꝓhibēda sunt exercitia motus ⁊ coytus. Regatur cibarijs ⁊ dieta quas diximus in sanguīs fluxu ab epate: dandi sunt isti trocisci qui valent ad sanguinis micturam ⁊ saniei. ℞. citruli se. melōis cucumeris portul. spod. succi liquir. aā. ʒ. vi. se. lactuce ⁊ malue gūmi arab. ro. amidi dragagan. se. papaueris. aā. ʒ. iij. siche. al. michee vl̄ ēdiuie. se. citoniorum ⁊ acide. aā. ʒ. ij. boli acatie. aā. ʒ. i. ⁊. ß. c̄c̄. ℈. ij. pulueriza tempera cuz succo arnogl. da bibere. Alij valēt similiter. ℞. medulle tritici balaust. aā. ʒ. ij. aluminis. ʒ. ij. dragagā. se. cucumeris. aā. ʒ. x. fac pul. tempera cum aq̄ ro. Antidotum valens ad sanguinis micturam ⁊ ad vulnera in renibus vel vesica. ℞. se. cucu. portul. cucur. aā. ʒ. x. papaue. ʒ. xv. dragagan. boli gūmi se. malue. aā. ʒ. x. apij. c̄c̄. aā. ʒ. iij. pulueriza. ⁊ cum syrupo viol. tempera dans in modum nucis. Trocisci. S. liquefaciunt sanguinem coagulatuz de incisione venarum epatis ⁊ renum qui fluit in vesice spatium ⁊ vrine prohibet exitum: ⁊ ad sanguinē intra stomacum coagulatuz qui descendit de fluxu sanguinis narium. ℞. absinthij rađ. maratri. se. apij dauci michee sparagi melonis sefrondium rāni pondus equale: fac trociscos dans bibere cum lacte asini ⁊ apozimate de radicibus vel cicere.

Exitus sanguinis aliquando fit a sima ⁊ per intestina ⁊ egestiones: et de tali exitu sanguinis expediuit se auc. superius in capitulo illo. fluxus sanguinis ab epate ⁊c̄. In hoc autem capitulo intendit de exitu sanguinis cum vrina: quoniam etiam ex eisdez causis procedere potest ex quibus ꝓuenit fluxus sang. cū egestione: ⁊ insuper ex causis alijs: quas ibi ponit auc. nec differunt nisi loco: q̄ȝ si cause sint ex parte sime tunc exit sang. cum egestione. Si autē ex parte gibbi cū vrina. In causis autē alijs quas h̄ determiat ꝯsiderādū: sicut dicit Serap. vtrū sit ex aliqua egritudine ꝓcedēte. qđ si est: signat̄ aliqđ esse in vijs vrine de herpete estiomeno vel de cōsili īfectiōe q̄ȝ materia putrefacta illuc expulsa vlcerat locum ⁊ corrodit. Item fluxus sanguinis cum vrina: aut fit subito: aut paulatim si subito ⁊ sine sanie significat corrosionez ⁊ impetuosum fluxum sanguinis propter rupturam vel ꝓpter aliquid positione ex transuerso. Si autem fiat paulatine: vt aliquid exeat. signat magis apertionem: idest s̄m longā solutionem. exit autem sanguis aliquādo cum sanie ꝓpter collectionez saniei in partibus īferioribus: vel superioribꝰ: sed h̄ signat̄ per fortez ⁊ debilem cōmixtionē sanguinis ⁊ saniei cum vrina: q̄ȝ si a superioribus fortior erit cōmixtio: ⁊ si ab inferioribus debilior. Item exit sanguis ⁊ sanies absq̄ȝ vrina: ⁊ tunc signatur ꝙ vlcus sit ꝓpinquum cannali virge: aut in ipsa virga: aut in ipsa vesica. Sed h̄ discernitur per locum dolentem ⁊ per modum dolendi. Et nota ꝙ si est in vesica multum dolet: ⁊ si in parte car-

nosa minus. ℭ Sciendum ꝙ passiones in vesica difficilioris sūt curatiōis q̄ȝ i renibꝰ: qꝺ est pp aquositatē salsaȝ acq̄sitaȝ cōtinue effluētē: ⁊ pp paucitatē carnis ⁊ san. In renibꝰ ꝟo nō est aquositas adeo acuata pp san. cōmixtionē: ⁊ iterū qꝛ plus ē in eis de sanguīe ⁊ carne. In p̄n°. ergo huius pas. ꝯsiderādū est vtrū sit recens vel antiq̄. Si sit recens fiat flōmia vt san. ad sup̄iora trahat̄. Deinde rectificet̄ dieta ꝫm subtilitatem in q̄litate ⁊ quātitate: postea sequātur cōsolidatiua dicta in p̄dicto cap°. que sunt: spoꝺ. bolus. ro. psidia. balaust. sandal'. acatia ⁊ silia: ista cū succo plātaginis vel syrupo ro. ꝯficiantur: ⁊ fiāt trocisci. Si vero vetus sit passio sil'r fiat flōmia si corpꝰ est plectoricum ⁊ alia ꝯueniāt particularia: que si nō ꝯueniāt: post exhibeātur mūdificatiua ⁊ abstersiua: postea sequantur ꝯsolidatiua: sicut est in ca°. p̄dicto determinatū. ℭ San. egressio.) per h̄ distiguit h̄ cap̄lm a p̄cedenti. iiij. mōis. i. a. iiij. locis: vel ex. iiij. generibꝰ sol'onuȝ (de aptione epatis). i. de sol'one continuitatis in venis ipsius ꝫm lōguȝ: ⁊ talis exitus nō est multum: vel de suis venis ruptis vt de solutiōe ꝯtinuitatis ex transuerso. h̄ notāduȝ ꝙ vterq̄ȝ illoꝝ exituuȝ pōt fieri ex causa extrinseca vel intrinseca: (sicut exitus sequētes san.) (vel de incisiōe vene.) h̄ sumit large incisionē ꝓ ruptura: vel aptione venarum in renibꝰ. eisdē. n. modis pōt exire sanguis a renibꝰ: sicut ab epate: (vel de ruptura venaꝝ) illud codē mō pōt exponi sicut p̄dicta. Inter renes. n. ⁊ vesicaȝ longū est spaciuȝ: ⁊ plures vene (si sanguis siue) h̄ accidit qꝛ epar nullius est sensus: vel pauci. (Si rubeus). s. cū dolore per h̄ discernit̄ fluxus a renibꝰ vel ab epate. Sed ꝙ dicit auc. cito: per h̄ notat vie breuitatē: ⁊ ꝓpter angustiā loci non pōt diu ꝯtineri qn exeat: ⁊ ideo cito dicit (ex forti saltu.) cā p̄mitiua idē in epate pōt op̄ari. Sed frequētius circa renes ꝓpter fortē motū lacertoꝝ qui oriunt̄ a cauda: ⁊ p̄ renes trāseunt ad organa motus (ex multitudie sanguinis.) h̄ eadē cā circa epar pōt frequētius cōtingere sicut p̄ma: sed frequentius circa renes (Si venaꝝ ora.) h̄ ponit fluxuȝ sanguinis paulatiȝ ex parua sol'one cōtinuitatis in lōgum: qꝛ locus angustior est: paruȝ ⁊ subtilem sanguinē emittit: aliq̄n lapidem: h̄ magis cōtingit ex corrosione venarum: lapis. n. generatus in renibꝰ sepe ad vesicaȝ trāsiens loca vlcerat ⁊ corrodit: vn̄ sanguis emanat: (aliquādo aūt vesice) h̄ tāgit exitum sanguis cū sanie q̄ exit ab vlcere corrosiuo. (Sȝ tn̄ an̄cedit vulnus) suple cuius signō p̄cessit p̄ puri sanguinis effusionem (aliq̄n h̄ ꝯtingit) ꝙ vlcus ꝓfundat̄ in his duobꝰ casibus sanguis exit semp̄ saniosus (ꝙ cū medicari ⁊c̄.) curatio pȝ p̄ predicta: ⁊ per ea q̄ determinat auc. sanguinē trahēdo ad superiora: repl'onē diminuēdo: dietā rectificādo. cōsolidatiua ꝯtinuitatis sol'onis administrādo. In sanguie. n. saníoso eadē sūt faciēda: ⁊ isup̄ locū saniosuȝ mūdificādo. lauādo abstergēdo p̄ aquā mell' ordei. vl' aq̄ in qbꝰ exter siue herbe: vt ysopꝰ: prassiū sint ꝺ cocte (⁊ tūc deide seq̄t̄ ꝯsolidatio:) ꝯsolidatio ꝟo pōt fieri p̄ iteriora vl' exteriora: sic̄ p̄ p̄dicta: ⁊ ēt p̄ iniectiōes clisterioꝝ: vt sūt miclete. athanasia. dyacitonion distēperent̄ cū succo plātagīs: vl' lanceolate ducto sup̄ lapidē marmoris cuȝ lapide ematitis: vl' cū vino: istꝺ idē valȝ in fluxu vētris: ⁊ valent in fluxu mēstruoꝝ iniecta p̄ pessariū: p̄ exteriora ꝟo succurri pt vt p̄ balnea ꝯstrictiua inūctōes ⁊ empl'a: talia. n. valēt i oibꝰ fluxibꝰ vētris: michee. i. herbe bōbacis i cuiꝰ foliculꝰ crescit bōbax. Trocisci. Sal'. isti liq̄faciūt sāguieȝ: ⁊ valēt ad san. coagulatū i q̄libȝ p̄te corp̄is: q̄n̄ ⁊ q̄n̄ qȝ dissoluūt̄ ⁊ subtiliāt ⁊ exeūt: ⁊ sic locuȝ extīguūt: vim ēt hn̄t pauce ꝯsolidatiōis ex p̄te ꝯsolidatiōis michee ⁊ ramni.

ℭ De lapide in renibus ⁊ in vesica. Cap. XVI.

Generatur lapis in renibus vel vesica duobꝰ modis vt si coquātur hūores grossi ⁊ viscosi ex calore igneo in renibꝰ in calorē extra nām exeūtibus vel si in renibꝰ nascant̄ vulnera. vn̄ sanies efficiat̄: neqȝ purget̄: sȝ remanēs in renibꝰ coagulatur: lapisqȝ efficiat̄. ℭ Plurimū iuuenibꝰ lapides nascūtur in renibꝰ: pueris in vesica: cuiꝰ collū in eis strictuȝ est: ꝓhibens māȝ exire: vn̄ lapis ꝯcreat̄: ⁊ itē vesica eorū calidior ē. Maior cā lapidū in pueris est grossities vrine nāliter grosse ⁊ ex grossitie viscose: qꝛ calor eoruȝ nālis bn̄ digerit ⁊ excoquit. Res autē viscosa coagulat̄ magis ⁊ cōglutinat̄. In mulieribus vero raro nascit̄: qꝛ mā vnde lapis ꝯcreat̄ non adunat̄ multis ex causis in mulieribꝰ: qꝛ collū vesice eaꝝ curtuȝ est ⁊ foramina sunt larga ⁊ nō multuȝ tortuosa sunt: ⁊ minus bibūt aquā q̄ȝ pueri: lapis. n. maxie nascit̄: qꝛ aqua diuersa ⁊ turbida bibit̄: ex qua humores grossi ⁊ viscosi ad cōcreandū lapidē coadunant̄. ℭ Quē h̄ accidētia insep̄abilia sequent̄. s. febris ⁊ angustia vrine: dolor ꝯtinuus: si in renibus ⁊ in anchis q̄si pūctura acus itolerabilis sentit̄: cuiꝰ certa signō in vrina ipsius lapidis visio. Si in vesica sit sentit̄ dolor in pectine: prurigo i virga: ita vt puer eaȝ scalp̄e cogat̄ ⁊ tenere in manibꝰ ꝙ facere dolorē cogit̄: ⁊ semp̄ virga erigitur. ℭ Si lapidē medicamur: aut in vesica: aut in renibꝰ sit p̄quiramus: ⁊ an corpora acutis habūdent hūoribus: q̄ primū sunt purgādi: ⁊ postea infirmo balnea assidue faciēda: oī die bis vel ter: egrediētibus a balneo apozima de aniso vel apio: vel scariola demus: ⁊ ꝺ lapide q̄ intra spōgiaȝ est. Ruffus etiā dicit lapideȝ q̄ intra spōgiā inuenit̄ puluerizari debere. ⁊ cū vino dari vel cū aq̄ qui lapidē frangit. Demus etiā prassiuȝ cum vino: vel apozimate de rāno: ⁊ calamētuȝ cū capis radic̄. qꝺcūqȝ horꝝ inueniat̄ cum vino vel aq̄ detur: dent̄ ⁊ oīa diuretica: sicut acorū. spica. calamus aro. apij se. petrosil'. cassief. xilobal'. carpobal. calamentuȝ. ciperū. assaruȝ ⁊ similia cōposita vel simplicia cuȝ succo feniculi apij. vel apozimate ciceris nigri scorpionis combusti. ʒ. i. ⁊ ꝫ. cum vino prodest. ℭ Antidotuȝ Sal'. ad idē valȝ. ℞. dauci. carpobal'. spice assari. petrosil'. anisi. āā. cinamomi cassie amomi. cimini. pōdus eq̄le. fac pul. adde mell' qꝺ sufficit: abstineat se a grossis cibarijs: saturitate ⁊ multa comestione: assuefaciat post cenaȝ vomere ⁊ corpꝰ mūdificare: ⁊ cū syrupo de absinthio: oīa cōsue

ſcat diuretica: vinū nō bibat niſi ſubtile: ſapo-
ratū ⁊ claꝝ: tyriacā maiorē raro demus: cō-
ſueſcat temperata exercitia: neq̃ ea negligat.
¶ Si dolor permaneat neq̃ ceſſet calefacia-
mus cū aqua ca. ⁊ vino vbi coquant̃ camomil
la. ruta. pultes faciamus cū farina ⁊ vino co-
ctas: ⁊ ponantur ſuper ancas ⁊ dorſū ⁊ pe-
ctinē: cliſtere faciamus de malua. camomilla
furfure. fenugre. oleo viol. camomileo ⁊ ſimi
libus. Sedeat in aqua ca. ſulphurea. ¶ Si in
veſica ſit lapis: ſicut ⁊ de renibꝰ dꝫ medicari:
ꝙ ſi adeo ſit magnus vt vrina exire ꝓhibeat̃ fe
ſtinemus lapidē illū de loco illo ſemouere:
nec ſanabitur niſi cyrurgica inciſione: ⁊ lapi-
dis eiectiōe: ſicut Gal. in lib. megategni ait. la-
pid̄ auferre de via cū enea argalia ſiue argē-
tea ſatage que mittat̃ per virgā ad auferēdū
de loco ſuo petrā. Si in ore ſit veſice oportet
infirmū ſupinū iacere: ⁊ pedes ſurſum eri-
gere: ⁊ illos huc illucq̃ mouere: vñ lapis de
ore veſice remoueatur.

¶ Ueſica ⁊ renes cōicant in lapidis gñatione: nō autem
in iſtis ſolis: ſꝫ in pulmone ⁊ in q̄libꝫ corpis concauitate
generat̃ lapis: ſicut dicit Gal. in interioribꝰ: qꝛ fatetur ſe
aliquē vidiſſe a pulmone lapidē eycientē: vl' excreantē.
¶ Generat̃ aūt lapis ex duobꝰ. ſ. ex mā̃ patiēte: ⁊ cā agē-
te cooperāte diſpōne loci: mā̃ aūt eſt viſcoſa ſilīs: vel fla-
ti vel ſanguini. ſanioſa groſſa vel viſcoſa flatis melie vel
ſanguis ſanioſi: qđ eſt raro ſꝫ Auic. anguſtia meatuū ad
h opat̃. Cauſa āt agēs ē caliditas egreſſa ab eq̄litate: mā̃
vero talis. i. groſſa viſcoſa ex cibis gñat̃: vt ficus: caſeus:
carnes veteꝝ aīaliū aues fluuiales: caro vaccina ⁊ cap-
na in omni etate: piſces groſſi ⁊ veteres: frixure ⁊ aſſatu-
re ⁊ panis azimus repl'o ſuꝑflua: motus inordīatus poſt
repl'onē: pira coctana potus aquaꝝ turbidaꝝ piſa: fabe: ⁊
ſimilia. Itē iuuat ad ꝓcreationē lapid̄. debilitas virtutꝭ
expulſiue in renibꝰ ⁊ fortitudo retētiue retinēdo ſuꝑflui
tates cū aquoſitate: expulſiua. n. a forti caliditate debili-
tat̃: vñ retentiua ꝯfortat̃: iſte eedē cāe ꝯueniūt ī veſica.
Differūt tñ lapides renū ⁊ veſice: qꝛ lapis renū eſt leuior
⁊ minor: ⁊ ad rubedinē vel citrinitatē declinās. In veſi
ca vero maior ⁊ moleſtior: ⁊ ad albedinē: vel citrinitatē
declinās: vtrobiq̃ aūt ꝑ diuretica eſt frāgēdū. ¶ Sciē-
dū aūt ꝙ in renibꝰ frequētior generat̃ lap. apud pingues
apud extenuatos v̄o frequētius in veſica: ⁊ h ē ꝑꝑ largi-
tatē viaꝝ. Itē in ſenibꝰ frequentius in renibꝰ. In pueris
vero frequētius ī veſica: ⁊ h iō qꝛ in pueris ⁊ extenuatis
virtus expulſiua ē fortior: ⁊ ſubtiliores ſūt ſuꝑfluitates:
vñ fluunt a renibꝰ ad veſicā q̄tum poſſunt. In pinguibꝰ
v̄o maior ē groſſities ⁊ viſcoſitas ⁊ maior meatuū angu-
ſtia. vñ magis debilitat̃ expulſiua. Itē in pueris fortꝭ ap
petitus: ⁊ ſuꝑ repl'onē morꝰ cā ſunt lapidis: multis ſuper
fluitatibꝰ a forti motu ad veſicā deſcēdētibꝰ. In ſenibus
vero maior cā ē lapidis idigō: quoꝝ aūt vrine ſūt groſſe
turbide: ⁊ pl'imū de hūoribꝰ groſſis ⁊ viſcoſis retinent:
vñ dignius eſt vt lapis in eis generet̃. Itē pueri ventres
hñt ꝯſtipatos ⁊ ſtōs calidos: ideo digniores ſūt ī lapidis
gnōne: ⁊ ꝑcipue ſi ſit caliditas epatica q̄ velociter attra-
hit ab īteſtinis totā ſuccoſitatē cū q̄ multū penetrat de
ſuꝑfluo. qđ tādē ad renes veniēs lapidē creat: tales. n. i-
ueniūt̃ nāliter cōſtipati: qꝛ nihil in īteſtinis remanet de
humido: qđ nō ab epate trahat̃: q aūt hñt vrias arenoſas
raro colligūt lapides: qꝛ apđ tales nō eſt mā̃ coartata: ꝙ
ſi contingat lapis durior ceteris gñātur. In talibꝰ vix ſu-
ſcipiēt cōmixtionē: ⁊ tūc ceſſat total'r effuſio harenaꝝ: ⁊
vrina fit clara tenuis ⁊ ſubtil'. ¶ De lapides hñtibꝰ ſunt
qdā q ꝑ peryodos affligūtur: qꝛ in eis ſꝫm ꝑyodos gene
rat̃: ⁊ ſꝫm ꝑyodos mīgit̃: ⁊ cū eſt gñātus patiunt̃ vt in co
lica dolorē: tādē v̄o exit cū vrina ⁊ dolor ſedat̃: tales. n.
ꝑyodicāt ſꝫ annos: aliqñ ſꝫ q̄dras anni: ⁊ ſic tardiꝰ: vl' ci-
tius ſꝫm diſpōnē cārū. ¶ Signa aūt diſtictiua iter lapi
des renū ⁊ veſice ſunt ſatis manifeſta: qñ vbi dolor ibi
morbꝰ: aſſiduitas ğ doloris ⁊ ingetudo ⁊ nulla trāq̄llitas
lapidē ſigñat ī renibꝰ: ⁊ pūctio ⁊ mordicatio a ꝑte poſte-
riori ad modū aculei dū mouet̃ ⁊ ambulat magis affligi
tur. Itē ſi vrina ſit a ꝑnº groſſa: ⁊ poſtea ſeq̄tur tenuis ve
hemēter. Itē q̄to vrina clarior tāto ſigñat lapidē ī reni-
bus magis ꝯfirmatū. Itē repletio cibi ⁊ ꝑcipue dū dſcē-
dit ad īteſtina: ⁊ trāſitus ꝑ ea plus ꝯfortat dolorē in reni-
bus: ſꝫ expulſis ſuꝑfluitatibꝰ dolor renū: aliqñ ſedat̃. In
lapide āt veſice talia nō appent: ſꝫ ē dolor maior ī pectie
cū pruritu virge: ⁊ ad tp̄s total'r retinet̃ vrina. ¶ Cura-
tiōes āt lapid̄. renū ⁊ veſice: q̄dā ſūt cōes renibꝰ ⁊ veſice:
q̄dā approꝑata vni: q̄dā alteri: cōes āt curatōes vtriuſq̃
ſūt īfuſiōes ⁊ remollitiones vt fiat viaꝝ dilatatio. cibi ⁊
potus rectificatio. repl'onis diminutio: ſuꝑfluitatū ab in
ferioribꝰ euō. de ꝓprys v̄o īferius dicet̃. Infuſio v̄o ⁊ re-
mollitio ꝑtiū īferioꝝ fiāt ꝑ euapo^nes ⁊ embrocatiōes aq̄
rū decoctiōis malue: biſmalue: līgue auis: boragis: ⁊ ſi-
miliū. Inūctiōes fiāt cū oleis: vt ē cōe: vel viol. vl' ſiſami
nū empl'm fiat ſupra pectinē: ⁊ ſuꝑ ſpinā dorſi cū aſſugia
dragag. gūmi arab. cera. balneū fiat. ⁊ encatiſma. i. iuxta
locū empl'atio cū herbis remollitiuis ī aq̄ dulci decoctꝭ.
Uñ dic̄ Serapio. nō ꝑſumamꝰ lapidē exhere neq̃ mūdi
ficatiua ꝓpinare: vl' ꝓuocātia vrinā: vl' lapid̄ frangētia.
niſi ꝑ illiniamꝰ ⁊ mūdificemꝰ corpꝰ cū ꝑdictis. aliogn eiꝰ
virtus diſſoluet̃ pre dolore ⁊ d̄ficiet euacuando vl' extra-
hēdo. Cibi āt rectificatio: ⁊ dietā ſubtiliare ī q̄litate ⁊ q̄n-
titate: ⁊ exhibere ꝯ̄ria cibis lapidē gñāntibꝰ. repl'onis v̄o
dimiutio fiat ꝑ cliſteria diſſolutiua ⁊ attractiua. Poſtea
ꝑ medicinas leuiter euacuatiuas: ⁊ vrine ꝓuocatiuas: ⁊ ſi
adſit fortis dolor ne v̄tus diſſoluat̃. Fiat empl'm d̄ papa-
uere ⁊ iuſq̄amo mādragora ⁊ modico opio ⁊ ſuperpona-
mus. Uomitꝰ āt ꝓdeſt multus ꝯ̄ paſſiōes inferioꝝ ꝑtiū:
ſicut cliſtere valꝫ ī paſſiōibꝰ ſupioꝝ: qꝛ mā̃e adducentur
ad ꝑtes oppoſitas: exercitiū moderatū prodeſt: qꝛ mate-
ria coartata deſcēdit ⁊ labitur aliqñ. ¶ Quidā antiquo-
rū lapidē renū: ſicut lapidē veſice ꝑ inciſionē docuerūt
curare: ſꝫ h aſſerit Auic. contra rationē eē: quoniā val-
de timoroſum eſt in lapide veſice. Et precipue in iuueni
bus in quibus eſt ſanguis ebulliens: q aliquādo egredit̃
vſq̃ ad ſincopiꝫ: vel ad mortem: vel ad apoſtema calidū
ꝯuertitur: vnde dolor intolerabilis. In pueris vero mi-
nus periculoſum vſq̃ ad annos. xx. in quibus mēbrorū
mollities citius ꝯglutinat̃: neq̃ in ſenectute tātū dolo-
rē patiunt̃ ꝓpter raritatē partiū. ¶ Melius tñ eſt vt
ad frāgendū lapidē veniamus: ad quā q̄dam ſunt cōia
renibꝰ ⁊ veſice: q̄dam alterū reſpiciūt. Nitrū ergo cō-
buſtū ⁊ puluerizatum valere dicit̃: valꝫ etiā cōtra groſ-
ſos humores in renibus cum vino al. tepido. ⁊ in veſica.
ſimil'r cētū grana piperis exhibita. Sil'r lapis qui min-
git̃ valꝫ. Dicit. n. Auic. ꝙ ſi accipiant̃. lxx. grana piperis
⁊ optime terant̃: ⁊ fiāt ex eis trociſci. vy. cū melle: ⁊ om̄i
die detur vnus trociſcus in potu mirabil'r liquefacit la-
pidē: ⁊ deſcēdit: lꝫ videat̃ cōtra nām: qꝛ Serap. ⁊ Auic.

probibēt mās vehemēter calidas in curatōe lapidis.qꝛ
subtile ꝯsumeret̃:⁊ residuuz ingrossaret̃. Jtē pellis lepo
ris decolati ⁊ cōbusti in olla multū valz. Jtē lūbrici ter
restres desiccati multū valēt. Jtez vitruz cōbustuz forti
ter tritū idē facit. Jtē san.hircinus desiccat⁹: ⁊ ille hirc⁹
est melior qui decolat̃:quādo vua incipit colari. Lape.n.
ollaz nouam ⁊ fortiter eaz ablue:vt terrestritas abluat̃:
vel ollam lapideam ⁊ decola hircū.iiij.annoꝝ sup ollaz
illā:⁊ dimitte p̄mū sanguinē fluere.⁊ vltimū:mediū au/
tem collige ⁊ dimitte coagulari:deīde incide ipz in pua
frustra.facqꝫ inde trocis̃.quos ponas sup rete vt melius
exsiccētur supra ⁊ infra:⁊ pone sub diuo ad solem:postea
exsiccatos reserua:⁊ cū eis vt volueris da coclear vnum
cuz aceto ⁊ pauco vino in hora in qua erit minor dolor:
aut cū aqua apij siluestris:⁊ videbis rez mirabilē. Et pel
lis etiā ericij cū spinis suis multū valz. Jtē puluis testaꝝ
ouorum a pull' euacuatoruz sūme prodest. Auis que vo/
catur calidos.al'.crucalidos q̄ semp garrit ⁊ mouet cau/
daz ⁊ viriditatez habz in pēnis mediū inter citrinū ⁊ vi/
ridez. Jtez fimus galli ⁊ colūbi cum aqua decoctionis ci
ceris ni.multuz prodest. Jtez computrescat scorpion in
oleo cōi:vel ex eo fiat inunctio circa pectinē in lapide ve
sice:vel supra spinā in lapide renū:valz etiā inūctio isti⁹
in morsu scorpiōis. Jstud est forte medicamē: qđ se testa
tur Auic.exptum. ℞.cineris vitis.cineris caul'.nabati.i.
oriental'.i.illius in quo poma aliqñ reperiunt̃.pulueris
leporis:⁊ ciner̄ scorpiōis:cineris teste oui a q̄ pullus no
uiter ē egressus:lapiđ.spōgie.lapidis iduci.vl' iudaici san
guis hirci exsiccati ⁊ ꝯtriti.nuc̃.acori.anisi petro.dauci.
pulegij.gūmi arabi.se.altee.ana.tātūdē.ꝯficiat̃ cū melle
⁊ fiat el'ariuz:dosis eius est vsqꝫ ad duos aureos:⁊ det̃ cū
aqua tribuloꝝ decoctoruz cuz ciceribus nigris:h̄ extra/
hit ab omni loco. ⸿ Notādūz aūt ꝙ lapis iudaicus re/
nibus appropriat̃. Linis autez scorpionis respicit ꝓprie
vesicaz:scđario renes. Sil'r ruta ⁊ apiuz siluestre magis
respiciūt vesicā qꝫ renes:et semē canabi ⁊ rađ.lauri sil'r.
⸿ (Generat̃ lapis) h̄ pas.est cōis renū ⁊ vesice:⁊ ideo nō
ex eis agit cōiter.(humores grossi).i.melācolici(visco/
si).i.flegmatici(vnde sanies) h̄ raro accidit: sicut dicit
Auic.ꝙ de sanie lapis generet̃ (Juuenibus) h̄ expositio
supius pz(vesica quoꝝ).i.iuuenū calidior est caliditate
cōsumptiua ⁊ dissolutiua:vñ mā ad lapidem raro in eis
colligit̃:vel aliter(vesica quoꝝ).i.puerorū(calidior ē)
caliditate grossa vaporosa coagulabili ⁊ in lapiđ conso/
lidatiua(grossities est vrine)qꝛ ex multitudīe humoꝝ
cuz vrina cōcurrētiuz(calor eorum nālis.) h̄ calor apud
Gal'.⁊ Hyp.appellat̃ subm māle calidum ⁊ humidū hu/
miditate aerea. Jn medio caloris nō naturalis:nō eniz ē
intētio abstracta(⁊ minus bibūt)qꝛ minus mouent̃:vñ
minus calefiunt(que accñtia) h̄ sunt signa cōia lapidis
quādo est cōfirmatus:tūc.n.corrodit:⁊ adheret meatib⁹
vrine sol'onez faciēs cōtinuitatis:vnde dolor ⁊ estuatio
est ex impetuoso motu spūuz ꝓpter dolorem(Si in re/
nib⁹) h̄ coartat ⁊ ponit signa distictiua lapidū renū cum
quibus adest dormitatio pedis suppositi patiēti reni:(⁊
infrigidatio.)qꝛ trāsitus spūs ipedit̃ propter colligātiā.
(Si in vesica) h̄ ponit signa spālia vesice(scalpe) h̄ ac/
cidētia fiūt ex fumis resolut̄ ex dolore:⁊ ex ptib⁹ exteri⁹
retētis. ⸿ (Si lapiđ.curare) h̄ ꝯterminat curā in pn°.dā/
di cū syrupo diur̃.mediocris cal'itatis. Res.n.excellētis
cal'itatis ī talib⁹ dari nō debent:qꝛ p talia fit mediocris
dissol'ō:⁊ ita q̄dā digō.⁊ postea sequat̃ me^na^ hūori ꝯueni/
ens vt būdicta ī cā fl'atica.yeral'.ī cā mel'ica:⁊ catarticuz
in adustiōe. El'aria vō ⁊ añ me^naz^ ⁊ post possunt dari. Ele
ctuariū ducis iustinū phyloantropos dentur ꝯ lapiđ.vel
cōmixtio hoꝝ(balnea ⁊c̃.)facta vl'i euacuatōe tūc exte/
riorib⁹ ē isistēdū:vt sūt bal.fricatiōes.stuphe inūctiōes:
ea.n.q̄ dant̃ ꝯ lapiđ.ī balneo plus ꝓsūt:qꝛ fit maior aper
tio poroꝝ:⁊ dissolutio ⁊ euaporatio:tūc.n.dicimus q̄ se/
quant̃ valde ꝓsunt(nuchee) h̄ ponatur:qꝛ ca.ē ⁊ sic.licz
suba nō sit subtilis q̄ sua grossitie abstergit q̄ alia dissol/
uūt:⁊ p̄terea subtiliū refrenat acuīn(tyriaca magna.) h̄
opiata semel ī.xx.dieb⁹ exhibeat̃.⁊ suffic̃.(exercitia) vt
lapis lubricus descēdat(in aq̄ furfuris) h̄ oīa fiant post
corpis mūdificatiōem(cū enea)plus valz aurea:aurea
eni argalia suauiter efficit̃ ⁊ magis p̄seruat ī cācro.(Si
in ore sit:)vñ total'r vrina denegatur sepe ⁊ pp h̄ a collo
ad spaciositatem vesice concutiendo lap̄ expellatur.

⸿ De passione dyabetica. Lap. XVIII.

Passionem dyabeticaz habent renes
ex defectu contentiue virtutis: vnde
semp sitiunt infirmi: neqꝫ aqua pos/
sunt saturari:quā ⁊ quātā bibunt.si
militer eam mingūt:sicut videmus in canino
appetitu:qcqđ.n.comeditur cuz ferre neque/
at mouet̃ natura ⁊ eijcit foras:simil'r cum cō
tentiua in renibus deficiat nō potest retineri:
quaz hz aquosa humiditas:necesse ē ergo ad
vesicam effluat. Renes eniz cum humiditate
exinaniūtur ⁊ mouetur: ⁊ aquosa humiditas
de venis sibi attrabitur: sanguis in venis de
siccatur:humiditas ab epate cū appetitiua tra
bitur ꝟtute: ⁊ epar simil'r sugit a stomaco:sic/
qꝫ pars a parte sibi sumit donec perueniat̃ ad
os stomaci vbi inde generat̃ sitis:cum aquam
biberit vene exeuntes epar a stomaco sibi eaz
appetūt: ⁊ sic vicina a vicinis quousqꝫ perue/
nerit ad renes:qui ex calore sui cito trahūt sibi
⁊ ex defectione sue cōtentiue expellunt eaz ad
vesicam: ⁊ inde exit cū vrina: vnde fit vt aqua
nequeat satiari: neqꝫ cesset sitis. ⸿ Sed si ad
medicandū hanc passionez non festinetur: in/
firmus nimiuz maceratur ⁊ corpore cōsumit̃:
⁊ venter constipat̃:cito piclitatur:oz ergo da
re rez frigidaz ⁊ stipticaz renes confortantem
⁊ calorez extinguētem:sicut ptisanuz cum sa/
pa mirtina: vel sapa citoniorum: ⁊ cum psilio
loto in aqua frigida: ⁊ oleo ro. cuz oxifenicia:
demus trocis̃.refrigeratiuos đ sandal'.đ spo
dio.de cāphora.de ro.cū syrupo frigido ⁊ sti/
ptico. Nutriamus cuz frigida dicta:sicut por/
tul'.ordeo.mespil'.carne edulia piris. Studea
mus vt sudet: ponamus cathaplasma super
renes de solatro:frōde vitis:oleo ro. ⁊ simili/
bus:vel laminam plumbeam minutissime p/
foratam superponamus.

⸿ Hic iteruz aliaz passionez renum ponit.que tria habz
nomina apud Serapionē.dicitur eni dyatos.i.sitire fa/
ciēs:dicitur dyabetez qđ interpretatur penetratio.dici/
tur samida.i.perforatio hoc autez prouenit ex debili ta/
te virtutis retentiue in renibus.est eniz virtus attracti/

ua:attrabit humiditates a toto corpore ad ipsos renes:
aggrauatur retẽtiua ex multitudie eius: qd attrahit:nõ
figitur ergo:sed succũbit ,ppter pondus attractorum:vnde
vincit super illaz expulsiua: ⁊ expellit ad vesicaz a reni/
bus totuz illud:vñ renes exsiccãtur ⁊ ex siccitate renuz
calor magis intẽditur:calor eniz renuz magis efficiẽs ẽ.
mala cõplexio renuz:aut est absq materia:aut est cũ ma
teria que retẽtiuam debilitat ⁊ attractiuaz cõfortat pri/
mo loco:⁊ inde expulsiue fortitudo seqtur: vnde humi/
ditates corporis liquefiũt:he autẽ passiones lubricitati
intestinoruz cõparantur in velocitate euacuatiõis:⁊ de/
sidery intensione:qr caninus appetitus dicitur:sicut enĩ
cibi accepti velociter egrediũtur per intestina retẽtiua
⁊ digestiua supatis: sic est h:qr qd aliũde bibitur auidi⁹
attrahitur:⁊ attractũ euacuatur:neq h neq ibi accepta
ĩmutãtur:drĩa est tamẽ in h q caninus appetitus est ex
passione vẽtris ⁊ totius corporis:dyabetes vero ex sola
renũ passione. Itez appetitus caninus attrahit cibos tã/
tuz:sed dyabetes nõ desiderat nisi potuz. Itez in canino
appetitu adest lubricitas intestinoruz:hic aũt est lubri/
citas vesice per vrinã. ¶ Cuz ergo h passio fiat ex mala
cõplexione renuz solliciti simus in illius male cõplexio/
nis cõtrarietate infrigidãdo renes ⁊ cõfortãdo eos. Pri/
muz ergo cõsiliuz est vt dicit Serapion q demus eis po
tũ:demus plus solita quãtitate:⁊ vt nõ dimittamus eos
sitire. ⁊ demus ex cibis illis q difficile est vt subtilientur
a caliditate ⁊ calefiãt ⁊ cõburant̃:epar eniz ⁊ stomacus
in hoc casu calida sunt:q̃daz caliditate acuta ⁊ sicca ve/
hemẽter:⁊ ,ppter h cibi grossi dentur:vt remaneãt in sto
maco vt est cãdarusuz ex tritico ⁊ farina ordei satis spis/
sa portul.meloñ.cucurbi.citrul.bibãt aũt aquam cucur/
bitinaz in furno decoctaz cum succo maligra. ⁊ citonio/
ruz cuz aqua ordei vel macianorum:vel succuz agreste cuz
aqua coctuz. Itez serũ caprinũ vel vaccinũ vel asininuz
aqua coctuz:citrullorum in qua resoluãtur trocisci. de aca/
tia.ro.balaust.dragagã.gũmi arab.cuz mucillag. psily.⁊
cum aqua frigida detur. ¶ Si autẽ sit dyabetes ex mã
colerica vel sanguinea adusta circa renes fiat vniuersa/
lis purgatio.balneent̃.stuphent̃:flõmẽt̃:vt sic vapores
calidi euacuẽtur ⁊ expirẽt:⁊ acutuz caloris interius rep/
mat̃:deinde fiãt exterius localia sup renes.s.frigida epi/
thimata inunctiões:emplastratiões;lamina plũbea mi/
nutiz pforata deferat̃ supra renes:qd ad cõtinẽtiam valz.
Itez exhibeat̃ zucca. vel p se vel cuz admixtiõe dyapru.
sequente syrupo mirtino vel ros.dyabeticus supra cul/
citraz nõ iaceat de pluma:neq supinus:sed supra latera
vel ,pnus. Si inungatur bombax in succo acedule ⁊ ace/
to:vel in succo solatri ⁊ lactuc.multum prodest:vel tera/
tur cãphora cum aqua ro. distemperet̃:⁊ superponatur:
littera plana est.

¶ De distillatõe vrine:siue guttatiz emissiõe. Ca.XIX.

Passio vesice in expellenda vrina ante/
q multa coadunetur quãtitas appel
latur guttata vrina:qd duob⁹ fit mo/
dis:vel qr vesica qualitatem vrine nõ
potuit pati:que acuta ⁊ pungitiua:vel qr defe
cta sit vt grauetur anteq vrina coadunetur:sz
que ex acumine qualitatis contingit vrine:sub
sequit̃ ardor nimius:punctura vesice qd duo/
bus modis fit:vel de passione renum. vel fm
crisim in quã natura expellit materiaz morbi:
vnde morbus fuerat ⁊ trãsit per renes ⁊ vesi/
cam. ¶ Quez morbũ medicari perquiramus
si ex acumie sit qualitatis: ⁊ demus frigida:si/
cut psilium cum oleo ros. ⁊ aqua frigida: vel
dragagã. ⁊ se.cucumeris.añ.ʒ.i.cum oleo ro.
⁊ aqua frigida:vel spod.ʒ.i.⁊.ß.cum aqua fri
gida. ⁊ syrupo ro. In virgaz mittamus oleuz
ro.cum lacte mulieris:simil̃r energaliaz cum
oleo ro. ⁊ albugine oui. Confectio valz ad ca/
lorem vesice ⁊ ardorez vrine atq guttationẽ.
℞.dragagan.portul.se.cucumeris.meloñ.la/
ctuce:cucurb.añ.ʒ.iij.fac pul.cum oleo ro.fri/
cans.dans.ʒ.ij.vel.iij.cuz syrupo ro. Nutria
mus cum cucurb.portul.lactuc.ptisano. ⁊ si/
milibus. ¶ Si vrine guttatio ex defectione sit
vesice:vel ex cõplexionis humiditate: demus
tyriacam maiorẽ athanasiaz. dyaroma. ⁊ silia.
epithima superponamus pectini. ℞.oleũ nar
dinũ: castoroleũ ⁊ silia. Misceamus cuz prã/
dijs suis aromaticas spẽs:vinum bibant forte
⁊ odoriferuz. ¶ Antidotuz valẽs ad lubricaz
vrinam. ℞.gallie.gariof.cubebe.assari.masti.
thuris galãge.añ.ʒ.ij.cinamomi.cassie.ciperi.
ro.cardamomi maioris ⁊ minoris:pipis lon.
ʒʒ.spice.cordumeni.pigre.pondus equale.tẽ/
pera cum succo citonioruz: ⁊ da.ʒ.ij. vel.iij.
¶ Aliud simil̃r. ℞.mirabol.indo.ʒ.xx.bellic.
papaueris al.emblici. añ.ʒ.x.cipi.sauine.ros.
succi ypoquistid.opij.thuris masculi. bdellij.
añ.ʒ.v.fac pul.accipe ferruz iudaicum ⁊ cale/
fac.qd i aqua extinguas in qua fac coquere pi/
locaracta vsq ad consumptionez:deinde cola
coquens vsq ad mell̃ spissitudinez: ⁊ cuz ipso
tempera spẽs dans.ʒ.v.cum aqua vbi infusuz
fuerit illud ferruz. ¶ Aliud. ℞.interioris cor/
tic.yecoris galline.thuris.ciperi. balaust. glã/
dul.añ.ʒ.v.nuc.ʒ.iij.puluериza. ⁊ cũ oleo ro.
frica. ⁊ da bibere.

¶ Per ordinem aggredit̃ auc.passiones vesice que sunt
valde multe:que aũt valde paucas tangit: vt freq̃ntius
cõcurrentes:licz p eas sufficiens cognitio non possit hri.
¶ Patitur g vesica ex malitia cõplonis cuiuslibz cũ mã
vel sine mã.patit̃ ẽt morbos cões:sicut vlcera ⁊ corrosio/
nes ⁊ vulnera:solonez cõtinuitatis fm oẽm diuisionez.
Inueniũtur ẽt in ea egritudies officiales fm q̃titatẽ in
magnitudie:vel paucitate:in forma:qr cũ debeat eẽ ob/
lõga:aliqñ nimis ẽ rotũda ⁊ in situ:qr cũ debeat eẽ i fun
do v̾sus spinã:aliqñ nimis exposita ẽ v̾sus pectinẽ:ex cu/
ius pcussiõe mẽbra nobilia patiunt̃ frequẽter sicut cere
brũ:qd vesice cõicat pp colligãtiã neruorum. Itẽ in vesica
accidũt apata dolorosa:⁊ lapides ⁊ opilones de proprio
hũore ⁊ lapides:vel per cõpassionẽ: quãdo apostemant̃
mẽbra vicina:vel qñ coartat̃ vesica in colica:vel in ylia/
ca passione ⁊ a causis pmitiuis sic a casu:a percussiõe ad/
uenit vesice nocumentum sepius. ¶ Vesice autez crea/
tio fuit:vt per eũ humorum aquositas recipetur ⁊ recepta
exterius reduceretur:in h ergo operatio impeditur per

quãlꝫ p̄dictaꝝ passionũ: quas passiones omnes licꝫ viaticus non determinet: huius tñ operatiõis duo nocumẽta ponũtur: nocumẽtuꝫ primũ est iuolũtaria vrine emissio. Scõm est inuoluntaria vrine retentio. Inuoluntaria vrine emissio est duplex: qꝛ quandoqꝫ vrina emittitur in maiori quantitate q̃ꝫ nã possit tolerare: qñ. s. humiditas corpis egredit̃ cũ vrina: vñ corpus desiccat̃: vt ĩ dyabete: ⁊ de hac spẽ inuolũtary motus vrine p̄cessit capitulũ illud: (passionem dyabetẽ) alia spẽs inuolũtarie emissionis vrine: qꝛ mensuram nõ excedit: neqꝫ corpus ꝯsumit: sed vrina inordinate egredit̃: ⁊ de h̄ ponunt̃ duo capl'a. vnũ est: quãdo p̄ter volũtatem vrina exit paulatiꝫ ⁊ guttatiꝫ: qꝛ nõ potest retineri sine multa difficultate: lꝫ patiens laboret ⁊ intẽdat eã retinere: ⁊ de h̄ est capl'm illud (passio vesice ⁊c̃.) cuius dꝫ esse talis titulus. H̄ capl'ꝫ est de distillatiõe vrine: siue inuolũtaria emissione ⁊ guttatiꝫ. Scõs aũt motus inordinati exitus vrine est ĩ dormiẽtibus: qñ vrina egredit̃ ꝓpter mollitiẽ vesice patiẽte nõ intendente ipsam retinere: qꝛ si ĩtẽderet retineret: ⁊ de h̄ est capl'm illud: (qdaꝫ ignorãter) ⁊ titulus est. capituluꝫ de dyamne: siue de dimissione vrine. De retẽtione aũt vrine in toto vel in parte: seqtur capl'm (h̄ vrina impedit̃) in q̊ agit de dissuria. suria. stranguria: in quaꝝ qualibꝫ vrine exit⁹ impedit̃. ¶ Agens ḡ de inuolũtaria emissiõe vrine dicit ꝙ duob⁹ modis fit: aut ex pte vrine: qꝛ nimis est acuta in se. aut ex pte mẽbri qd̊ deficit in retinẽdo. p̊muꝫ mẽbrũ qd̊ est ex pte acuminis vrine subdiuidit in tria mẽbra: p̊muꝫ est ꝙ vrina in se est acuta: (vl' de passione renũ) vbi. s. recipit aliqd̊ acumẽ: qd̊ prius nõ habebat (aut ẜm crisim) qñ. s. acutaꝫ coleraꝫ nã expellit per vrinaꝫ. ¶ Causa aũt cognita ordinemus curam. Si egritudo sit ex acumine vrine euacuet̃ humor colericus postea rectificet̃ dieta per frigidũ ⁊ hu. ponãtur frigida sup pectinẽ: balneentur ĩ aqua dulci: ponant̃ vẽtose sup spatulas que multũ col'e reprimũt ardorẽ. Si autẽ fit ẜꝫ crisim nãm iuuemus. dũ tamẽ modũ nõ excedat: aliqñ eniꝫ nã bene inchoat. Sꝫ multitudĩe mãe aggrauata finẽꝫ debitũ operi nõ imponit. Si aũt sit ex defectiõe vesice: si multa sit mã videamus: ꝙ si est: oximel diureticũ ꝓpinemus: postea digestaꝫ mãꝫ purgemus cuꝫ cõueniẽtia particulariuꝫ: demus ergo bñdictam vel yeral'. si sit fortis patiẽs. Si aũt mã sit parua subtilis ⁊ aquea ad cõsumendũ sufficit opiata: locale v̊o tale optimũ: accipe cupulas glãdiũ: mẽtaꝫ myrthaꝫ tapsum barbassum. ro. coque in aq̃: ⁊ de hac fiat encatisma: ⁊ herbas coctas sup pectinẽ ⁊ collũ vesice emplastremus. ¶ Passio vesice) h̄ agit de guttatim emissione vrine que appellat̃ strãguria: strãguria tamẽ sumit̃ h̄ stricte ꝓ inuolũtaria retentione: ⁊ ẜm h̄ tñ tres habet causas: q̃s h̄ ponit. s. ẜm acumen vrine vel casuꝫ: ⁊ paralysiꝫ vesice. Scd̊ꝫ ꝙ large sumit̃ h̄ appellat̃ stranguria emissio vrine guttatiꝫ ⁊ difficilis ꝓpter opilationẽ ⁊ cõpressionẽꝫ: siue coartatõeꝫ nõ cõpletaꝫ: ⁊ de h̄ agit in cap.º de suria: qꝛ h̄ passio non differt a suria: nisi ẜm perfectã opilationem ⁊ impfectã: ⁊ in hoc capitulo de inuoluntaria emissione vrine tãtuꝫ agit dicẽs (anteq̃ꝫ multa mã coadunet̃) qꝛ defecta ẽ vesica in retinẽdo (ꝙ duobus) h̄ est ex pte vrine: vl' ex pte vesice: vñ seqtur: (vel defecta). s. vesica (⁊ duobus modis) subdit p̊mũ mẽbrũ: qꝛ vrina põt eẽ acuata (De passione renuꝫ) suple calefactoꝝ: vñ vrina ibi fit acuta: (vl' ẜm crisim) ẜm q̃ꝫ mã acuata ad vesicaꝫ a toto corpe expellit̃ (quẽ morbũ) p̄termittit vrinã acutaꝫ ẜꝫ crisiꝫ expulsaꝫ: ⁊ eius curã: qꝛ nãe corpus mũdificanti nullus dꝫ obuiare nisi forte modũ excedat: docet curã contra acumen vrine: vel de passione: vel de calefactione renuꝫ: vl' aliorum membroruꝫ: vnde dicit (demus psilium). i. mucillagineꝫ psily cum oleo ro. melius est cũ aqua ro. (acatiaꝫ) h̄ multum valet cõtra lapidẽ in cãnali virge. vel ꝯ arenulas vel sanieꝫ: vel contra vlcera vel ardorem ⁊ generaliter ea dẽtur per iteriora ⁊ exteriora que colere reprimunt ardoreꝫ. ¶ Si vrine guttatio ex defectu) h̄ incipit de scd̊o mẽbro prime diuisionis: mẽbruꝫ istud non subdiuidit: vnde insufficiẽter agit. p̱alysis. n. vesice multas põt habere causas: sicut dcm̃ est de causis p̊mitiuis: vt est casus ⁊ p̱cussio: ⁊ vt est mala ꝯplexio: vel vt ẽ mala humiditas remolliens: vel vt est solutio cõtinuitatis q̃ est incurabil'. iste tamẽ non tãgit h̄ defectionẽ vrine vel vesice nisi ex mala cõplexione humida lacerti collũ vesice circũdantis: vel totius vesice: vñ dicit: (ex defectione). s. lacerti paralyticati: vel ex complexiõe humiditatis. i. ex cõplexione totius vesice humida nimis remollite. Qꝛ hoc qd̊ dico sit veꝝ pꝫ p̱ medicĩalia desiccatiua de quib⁹ deinde loqtur dicẽs: demus tyriacã. h̄ nũq̃ꝫ fiat in miori etate vt ĩ pueris (athanasiaꝫ) opiata est que dicit̃ ĩmortal'. (trifera magna) h̄ calefacit dissoluit ⁊ desiccat in retẽtiõe mẽstruoꝝ de frida cã nascali facto (plurimũ valꝫ) ꝯsulo ne iste opiate dent̃ nisi vl'i purgatione precedẽte si sit necessaria (ad lubricã vrinã). i. inuolũtarie ei⁹ emissionẽ. (R̷. gallie.) ꝯfectio est de spẽbus aromaticis. multũ valꝫ in reumate de frida cã. in capell' reguꝫ fit inde subfumigatio: matrix inde incẽsa mũdificat̃ ⁊ ad ꝯceptionẽ p̱parat̃ (cubebe) fructus sunt cal'. ⁊ sic. in. y. (cordumene. i.) carui agreste: alias valꝫ (sauina.) arbor est. in causis frigidis mulieruꝫ multuꝫ valꝫ (thuris masculi). i. grossioris (in aqua extingue) hãc aquam p̱ se reserua (xilocaracta) duꝫ est recens est dulcis: ⁊ in aqua resolubil'. loco eius decoque dactulos: vel mirab. vel sebestẽ. cum pauco thure (aliud interioris iecoris). i. interioris pell' iecoris que est coloris pallidi ⁊ videt̃ eẽ empicum.

¶ De cõmingentibus in lecto. Cap̃. XX.

preuideat̄: si res venenosa timeatur. Accipiāt
ergo ficus siccas cū nucibus quib⁹ venenosa
ante comesta cōfundātur. post comestionem
nō nimis subuenient: simil'r castanee cum ficu
bus siccis: ⁊ parū rute idem faciunt: auellane
cum pauco vino comeste: nuces quoqꝫ viri-
des cū ruta faciunt idez: calamētuz cum vino
idē facit. Dyascor̄. terraz sigillatā multū dixit
valere in venenosa prohibitiōe: quam si antea
vel postea quis biberit: tūc nil obsunt veneno
sa: qꝛ euoment̄. ¶ Gal'. cōfectionem dicit que
a mortalibus custodit cibis. quā nicomedem
regem dicit accipere solituz cū suspitionē ha-
beret. ℞. baccas lauri: terre sigillate. añ. ʒ. iij.
fac pul. temperās cuz oleo ⁊ da. ʒ. iij. cuz. iij. ʒ.
mellicrati in spē auellane: hanc eniz ante vene
num si dederis permanēs in stomaco venien-
tia venena expellit cum vomitu: quā si qs ne-
gligat ⁊ periculuz h̄ incidat: opꝫ in venenosis
expellendis laborare anteqꝫ dominētur in cor
pore: expellūtur autem cum vomitu: vel ege-
stionibus. Neqꝫ soluz vomitus in his expellē
dis adiuuat: sed etiam cuius qualitatis fuerit
denotat: liquore eniz siue odore siue sapore in
vomitu quale venenosum fuerit ostenditur: si
eniz vnctuosuz fuerit ⁊ saporis abbhominabil'
⁊ odoris: intelligitur qꝛ rana marina fuerit: si-
ue lupus marinus: si coagulatus ⁊ petiat⁹ fue
rit intelligitur esse sanguis bouinus. De odo-
re intelligitur si opiuz fuerit. De colore si ceru
sa fuerit vel gipsuz: egestio maxime iuuat ī ex-
pellēda a corpore nocitiua materia: vomitus
autem incitetur cum oleo in aqua ca. vel cum
melle ⁊ oleo: aqua de aneto idem facit: si arsu
ra in ventre fuerit demus oleuz ro. cum aqua
frigida. ¶ Certificato qꝛ stōs sit mundificat⁹.
⁊ arsura atqꝫ dolor cessauerit: demus digesti-
bilia cum clisteri vt mundificentur intestina ꝺ
rebus illis venenosis: det̄ deinde lac post mū-
dificationes certas vel seruz. Nutriatur cum
calidis rebus ⁊ vnctuosis: sicut ficub⁹ sic. nu-
cib⁹: auellanis. fisti. vuis passis. sisamo. Nu-
triatur iuribus gall'. annualis agni. eduli. pisci
bus crassis. Si inferiora ventris ardeant vel
pungātur clisterizentur: gallina crassa coqua-
tur quousqꝫ in decoctione deficiat: ius autem
illud bibat: balsamuz cum lacte mulieris mul
tuz valz arsure vel dolori ventris ⁊ rebus ve-
nenosis. Detur tyriaca maior: qꝛ causam con
ficiendi tyria. ma. Andromacus dixit non fu-
isse nisi causaz destruēdi res venenosas: qꝺ tri
bus modis fit: vel desiccatiōe veneni: vel mū-
dificatione veneni expulsiua de principalibus
mēbris. i. a corde: epate. pulmone: cerebro: vl'
qꝛ h̄ tyriaca membra principalia in venenosis
expellendis confortat. Rursus Androma. ⁊
Gal'. cōcorditer dicūt ꝙ hec tyriaca magna ex
carnibus tyri facta non cōtra morsus tyri sol'.
⁊ serpentuz iam factos adiuuat vel contra ve
nena ebibita: sed etiam prius accepta h̄ ab his
⁊ ab alijs accipiendis defensat.

¶ Hic incipit docere quomodo est operāduz contra po-
tiones mortiferas ⁊ venena: nec tamen docet qd sit ve-
nenum: vel a qua virtute in corpus operetur: ⁊ īmutet il
lud. Sed more practici docet qūo talia sunt vitāda: ⁊ po
nit accidentia que sunt signa veneni prius sumpti: dein
de ponit diuersas curas contra illud paulatim. ¶ Nos
vero egredientes altius dicimus ꝙ venenuz est substā-
tia corporis humani a tota specie corruptiua. Oīa. n. ꝑ
os ingredientia necesse est ꝙ aliquo modoruz triuz ope
rētur: vel a sua suba: vel a sua materia: vel a sua virtute:
nec est inuenire plures modos operandi naturaliter: si-
cut ponit Auic̄. a sua quidez materia non est venenum
operans: qꝛ omne tale ꝑm vltimuz assimilatiōis magis
patitur: ⁊ a sua natura cōuertitur: ⁊ membris assimilat̄:
veneni ꝟo nō est pati neqꝫ a sua nā ꝯuerti: sic̄ dixit Auic̄.
Sed magis ipsius est agere ⁊ corpus ad se ꝯuertere. q̄re
venenuz a sua materia non agit: ⁊ a virtute ꝟo comple-
xionata nō agit: qꝛ omne tale per viā rōnis cognoscitur.
venenuz vero solū per viā experientie non agit virtute
cōplexionata. Itez si ageret a virtute cōplexionata: siue
a primis qualitatibus: qꝛ magis elongātur a natura cor-
poris humani fortius ageret in corpus humanum. Sed
elemēta magis elongantur: q̄re fortius agerent. Item si
agerent ꝑm virtutem cōplexionatā. Sed talis actio est
ꝑm cōtrarietatem: qꝛ calida agunt in frigidis ⁊ eͦ. ⁊ sic
ꝑm cōtrarietatem: qꝛ calida agunt in frigidis ⁊ eͦ.
ca in humidis ⁊ eͦ. ergo ꝑm h̄ venena calida cōtra frigi
da conferrent: ⁊ sicca cōtra humida: ⁊ eͦ. Sꝫ sicut tyria-
ca que est ca. iuuat contra venena frigida sic cōtra cal'a:
q̄re relinqtur ꝙ tyriaca non agit de cōplexione: relinq-
tur ergo ꝙ venena ab alia ꝟtute agūt qꝫ sit virtus ꝯple-
xionalis vel ꝑn^m materiale: ⁊ nullum aliud ꝑncipiū erit
agendi nisi formale: quare venena ⁊ me^ne laxatiue in h̄

ꝯueniunt ꝙ agūt a ꝓncipio formali: siue a specie formali
qd̄ appellatur tota substātia: siue forma ꝑfectiua: a qua
res est id qd̄ ipsa est: ꝓncipium materiale vel spēs māl'is
magis est pn^m patiendi: ⁊ ab illo cibus cibat quādo pati
tur: vel supra se recipit formā mēbri: spēs vero formalis
pn^m est agendi actione ꝯuenienti corpori humano: qn̄qꝫ
sicut pyonia quādo destruit epilepsiā: ⁊ qn̄qꝫ in actione
incōuenienti: sicut in veneno corporis nostri destructi-
uo preter id ꝙ ipm corrūpatur a sua spē: imutat.n. ita ꝙ
nō imutatur: sicut dicit Auic. per h̄ pꝫ qd sit venenum ⁊
a qua virtute agat. Sicut.n. duo sūt pn^a cuiuslibꝫ rei in-
trinseca.s. materiale ⁊ formale: sic ipsa res agit intra cor-
pus dupl'r. Sed alterū se hꝫ ad patienduꝫ sol'. vt mā. re-
liquū ad agēdum vt forma. Illa autē res: siue spēs mā-
lis nihil aliud est q̄ꝫ necessitas recipiētis ſm magis ⁊ mi
nus: ſm spēm formaleꝫ nāliter ꝓcedens. ¶ Quomodo
autē medicus obuiet actioni: siue destruat actionē prin-
cipij formalis qd̄ ē in veneno docet auc. dicēs ꝙ vnctuo
sa ⁊ stōm cōfortātia h̄ faciunt: vnctuosa: qꝛ meatus opi-
lant ⁊ ꝓhibent cursum veneni per venas ⁊ arterias: per
cōfortantia aūt stōs cōfortatur ad expellēdum venenū.
Sunt auteꝫ alia venena cōsumentia: sicut ca. ⁊ sic. in. ij.
vel. iij. gra. Sunt ⁊ alia que a tota suba veneno cōtradi
cunt: aut virtute cōplexionali: vt sunt quedaꝫ simplicia:
vt gentiana. aristol'. lon. ruta saluia. castor̄. quedam sunt
cōposita vt est tyriaca metridatū. ¶ Signa autem ve-
neni assumpti sufficienter auc. enumerat: vt mutilatio.
morsio. punctio. ⁊ ventris corrosio. ⁊ feruor. sudor faciei:
rubor: tumor: ⁊ estuatio. sitis. ⁊ fetor oris: oculoruꝫ citri-
nitas ⁊ rigiditas membroruꝫ: ⁊ tādem dissolutio ⁊ sinco
pis: qd̄ est mal'. que omnia cōtingunt ex humoruꝫ corru-
ptione: ⁊ subita corporis alteratione: ⁊ mala cōplexione:
⁊ ex fuga v̄tut] ⁊ debilitate. ¶ Interius g̊ veneno sum-
pto statiꝫ ꝓuocetur vomitus ⁊ statim fiat clistere vētre
cōstipato: deinde detur tyriaca: vel dyatesseron cū vino
decoctionis rute. gētiane. baccaꝝ lauri: maneat in dieta
tenui. Si sit repletus bonū est ipsuꝫ purgare: deinde bal
neari: postea opiata ꝯsumptiua exhibeatur. sicut metri-
datū: dyatesserō. deinde fiat flōmia ⁊ balneuꝫ ⁊ stupha.
(¶ Medicina vl'is) In ꝓncipio docet cautelas cauendi
veneni: optimū est g̊ ne aliqs famelicus auide sumat ci-
baria: qꝛ auide sumpta cibaria nocent valde si ibi sit ve-
nenuꝫ: qꝛ cito penetrant ad vasa (omnib⁹ venenosis).i.
cōtra oia venenosa (opꝫ suspitiosos decipiēdi cauere).i.
opꝫ ꝙ illi qui suspitionē habēt ne decipiāt̄ (cauere) su-
ple illos (vnde).i. a qb⁹ (suspitiosi).i. illi q h̄nt suspitio-
neꝫ ⁊ timoreꝫ (caueant ne ipsi suspitiosi famelici) suspi-
tiosos ex parte suppositi itellige (decipiendi).s. passiue
(aliqd̄ ꝙ opꝫ.) Nōn^m ꝙ in his que sūme dulcia sunt: oc-
cultātur venena: sil'r in sūme amaris vel acetosis: qꝛ ꝑꝑ
excellētiam suā non ꝑpendit̄ venenū eē admixtū. (Ab-
hominātia vel fetētia) a sapore vel odore ꝯiectātur (ve
neni admixto) omne eniꝫ venenuꝫ mali saporis ⁊ fetidi
odoris: ⁊ fetidi coloris ē: vn̄ solet talib⁹ admisceri q̄ opti
mi sunt saporis: vt melius occultet̄ vel in alijs q̄ sūt ex-
cellētis saporis simil'r pōt occultari (Si qs aquā fridā)
aqua frigida in multa q̄ꝫtitate bibita istr̄a gustus lauat:
vn̄ gustus qualitates ⁊ sapores bn̄ discernit i assumptis.
Itē frigiditas aq̄ adiuuat ꝑtes lingue ⁊ cōfortat neruos
vt fortius cōprehēdāt ⁊ apphendāt. Iteꝫ ꝑ insipiditatē
⁊ humiditateꝫ optime discernit̄ sapor. ¶ Cum aūt ꝯti-
git) h̄ incipit signa veneni assumpti (iectigatio).i. salt⁹
membri: vt qui fit in membro ꝓpter vapores resolutos
(spasmus).i. neruorum rigiditas ꝓpter fugam ⁊ absen-
tiam spiritus motiui (tremor ex defectōe) virtutis mo-
tiue (in digito.) Nōnduꝫ ꝙ arterie directe extendūtur
a corde ad digitos: vnde vngues fiunt: vngues eniꝫ fiūt
vapore cordis: vnde cū venenuꝫ cor petit statim digiti
mutātur: ⁊ vngues inficiūtur: ⁊ h̄ est signum mortale: ꝑ-
sumitur eniꝫ cum peruenit infectio ad exteriora ꝙ iam
infecta sunt īteriora: durities in dentibus.i. rigiditas si-
ue stupor vel insensibilitas in lacertis dentiuꝫ (ficus cū
nucibus) ista sunt opilatiua transitum veneni prohibē-
tia (parum rute) ruta potenter destruit venenum: foliū
eniꝫ rute cadens supra bufoneꝫ ipsuꝫ interficit: vnde so-
let dici ꝙ saluie ⁊ cetere herbe ruta circūdantur: vt ad
illas reptilia non ingrediātur (auellane nuces) h̄ igros-
sare habent venenum (terram sigillatam).i. bolum: h̄
venenum ingrossat: ⁊ vias fortiter opilat: vnde venena
euomūtur cuꝫ nequeat penetrare (mellicrato).i. ydro-
melle: vel dicatur ꝙ mellicratum appellat conditum ex
vino ⁊ spēbus aromaticis ꝯfectis (digestiōibus).i. ege-
stionib⁹ (rana marina) piscis est venenosus: similiter le
pus marinus: ⁊ non debꝫ intelligi ille piscis: qui come-
ditur qui vocatur gallice leurepeys (coagulatus vel pe
tiatus) a petia qd̄ est frustum ⁊ vltimum: scꝫ per petias
⁊ frusta exeat vomit⁹ (sanguis bufonis) venenū buffo-
nis frīdissimū: vnde hūores infrigidat ⁊ coagulat sua fri
giditate (vel sanguis hominis) ⁊ iste penitus est vene-
nosus anteq̄ꝫ sit digestus: sicut patet ō saliua hominis ie
iuni ꝙ si de ea intingatur sagitta vulneratum interfi-
cit (vel sanguis bouis) vt quidam libri habēt: qꝛ sua fri
giditate ⁊ siccitate dicitur humores coagulare: sicut ve-
nenuꝫ: qd̄ credo esse falsuꝫ: vnde illa littera nulla est: de
odore intelligitur: vt opiuꝫ qd̄ odoreꝫ habet grauem ex
impuritate sua: de colore: sicut cerusa que trahit ad albe
dinem (detur lac.) h̄ quideꝫ sua caseitate opilat: ⁊ sua se
rositate lauat ⁊ vnctuositate confortat. Sed non debet
dari nisi stomaco mundificato (fisticis) fructus sunt nu
cleos habentes sub testis ca. ⁊ sic. (sisamo) h̄ est grossuꝫ
⁊ valde humiduꝫ ⁊ valde vnctuosum (balsamuꝫ.) h̄ cō-
sumit ⁊ confortat (tyriaca) h̄ ante cibū venenosuꝫ sum-
pta: ⁊ post etiam cibum sumptuꝫ confert. Sed de ratio-
ne potius ante cibum confert q̄ꝫ post. Item valet cōtra
antracem. Similiter contra omnes species lepre valet.

¶ De morsu tyri serpentis. Cap. X.

Q(u)em tyrus momorderit in initio in
albedinem mutatur color ⁊ tumescit
locus morsure nimium apparens q̄si
incensio ignis: patiens deficit: stupe-
scit: sudor frigescit: stranguria. tortura vētris:
vomitus colicus subsequitur: ⁊ nisi succurra-
tur veneno cor incenditur ⁊ periclitat̄. ¶ In-
cipiendum est a medicina vt loca morsure stri
cte ligentur statim ne venenum vias perforet
ad membra principalia: post ore sugatur: ⁊
cum sugens sit satur os eius cum oleo ⁊ vi-
no lauetur: locus tactus cum spōgia calida fu
migetur: nimisqꝫ scarificetur vt venenuꝫ egre
diatur: vtilis auteꝫ est incisio illius loci si in lo-
co sit qui incidi possit: sicut in digitis: ⁊ in simi
libus locis. Detur etiam tyriaca maior vt san
guinem dissoluat: ⁊ coagulari prohibeat: qꝛ
venenum sanguinem cordi coagulat: sicut lac
coagulatur. Sed calore tyriace dissoluitur:

⁊ cor inde expellendo cōfortatur: sicut flāma ignis in expulsione fumi. ¶ Or si tyriacaꝫ nusquā ineneris demus h̄ ꝙ sumus dicturi: succus de frondibus mali gra. cum vino cocto mixtꝰ vel cum aqua vbi stercus agninuꝫ sit coctum. vel. ʒ. i. ⁊. ß. detur de turbith cum lacte pecudis ⁊ succi de frondibus mirte: ⁊ succi sansuci. an̄. ʒ. ß. gētiane. ʒ. v. costi. ʒ. ß. omnia coquātur ad mediuꝫ ⁊ dentur bibenda: vel deť cerebruꝫ galline cum vino. ⁊ se. cauliuꝫ. māducēt cepas. porros. allia. ⁊ similia. Iteꝫ iuuat pullus galline scissus per mediū: ⁊ loco inde subfumigato: simil'r squilla in aceto cocta ⁊ frōdes mali gra. pistate ⁊ superposite. Iteꝫ ficus ⁊ allia pistate iuuant: cōfectionem hanc iuuare Sal'. ꝯfirmat. ℞. serapini. piperis. asse. oppopanac̄. an̄. ʒ. ij. galbani. sulphuris. an̄. ʒ. i. tēpera cum vino. ⁊ superpone vulneri.

¶ Egit superius de veneno per os assumpto: h̄ agit de veneno reptili infixo: vel ꝑ morsurā: vel ꝑ quācūq3 aliā aptioneꝫ. Cuꝫ aūt diuersa reptilia sint aliqua apud nos: sūt a nobis ignorata: sicut ponit Auic̄. h̄ tam̄ agit de paucis: sicut de morsu tyrie ⁊ pūctura scorpionis: vel apum vel vesparuꝫ. ¶ Est autē tyria serpens ca. ⁊ sic. similia faciens sinthomata vipe: ꝯueniunt. n. in h̄ tyria ⁊ vipa. qm̄ i morsu est dolor. Deinde paulatiꝫ ad totū corpus extenditur ⁊ color totius corporis mutať: locus morsus calet ⁊ in toto residuo sudor est frigidus: differūt vero i alys: qm̄ vipera mordens parua facit foramia in corpore: vn̄ currit sanguis vel humiditas venenosa vel viscosa. ⁊ sequiť excoriatio cū quadā viriditate: ⁊ pruritu: tyria vo mordēs locū morsuꝫ magis mutat in albedinē: q2 calor innatus ⁊ spūs fugiunt a loco morsure: vn̄ seqtur albedo ⁊ liuiditas: ⁊ alia signa q̄ ponit auc. ¶ Cognita ergo cā per sua signa deť de pulpa coloquintid̄. ʒ. i. ⁊. ß. cuꝫ aqua ca. ⁊ ligeť locus morsure fortiter ne venenū possit penetrare: vnde ēt si mēbruꝫ sit paruuꝫ bonū est abscindi: sic̄ in morsu vipe exhibeať tyriaca: vel metridatuꝫ: vel deť assa fetida cuꝫ vino ad moduꝫ. iy. ʒ. butirum ēt ⁊ mel sil' cōmixta multum ꝓsunt: ⁊ allia ⁊ nuces: ⁊ oia vnctuosa: ꝓdest etiā vinū subtile vetustuꝫ fortissimū. Iteꝫ in loco morso fiat scarificatio. ⁊ statiꝫ superponať vētosa: ponatur supra locū emplastrū attractiuū: ꝙ si illd̄ emplastrū tale nō habeať: apostolicō vel galbanū: circa locuꝫ morsure ponať: fiat illinitio cū bolo. ⁊ lentibꝰ excorticatis: ⁊ cuꝫ forti aceto distēperenť ꝑdicta. s. bolus ⁊ lentes: ⁊ fiat flōmia ab eadeꝫ parte: sicut dicit Raß. vt materia i loco morso retineať. Scias aūt ꝙ si accidat sincopis ⁊ casus aut pulsus: diuersitas ⁊ cum sudore frigiditas vl'is ⁊ excoriatio cuꝫ pustulis per totū corpus apparentibꝰ suspectuꝫ est ⁊ valde timēduꝫ: comestio vo allioꝝ ⁊ potus vini puri ⁊ vetusti: medicina est fortis valde in morsura tyrie ⁊ vipe: vt dicit Serapion. Iteꝫ prodest comedere cepas ⁊ porros. Itē myrrha ⁊ castoř. ⁊ aristol'. lon. ⁊ ro. pip ⁊ anetuꝫ valde ꝓsunt ⁊ fiāt cetera que dicit Uiaticus q̄ sunt valde bona. ¶ Queꝫ tyria) tyria serpēs ē breuis ⁊ grossus: ⁊ rotūdus in yerico: sicut dicūt qdaꝫ reptus ⁊ ē ca. ⁊ sic. qui in tyriaca recipiť capite ⁊ cauda deletis: (ex albedine) qd̄ est ꝓpter rōnē predictā: vel q2 a calore veneni locus adustus dealbatur ⁊ tumescit propter dolorem ⁊ ꝓpter vaporeꝫ locū distēdentes: patiens deficit ꝓpter grossas fumositates subam cordis cōstringētes: vl' ꝓpter spūuꝫ resolutionē: vn̄ cessat motus cordis (stupescit). i. cadit in stuporē: q2 spūs aiales inficiūtur: ⁊ ab instrumētis sensuuꝫ ad locū doloris cōfluunt (sudor frigescit) frigiditas adest ꝓpter spūs ⁊ calorē inatum fugientes: ⁊ sudat ꝑꝑ humores interius resolutos in fumū vtute veneni q cōdensanť in sudoreꝫ (strāguriaꝫ) qd̄ est ꝑꝑ grossos fumos collū vesice cōprimētes: vel ꝑꝑ defectioneꝫ virtutis expulsiue (tortura vētris) ꝓpter violētiaꝫ veneni humorē dissoluētis: vomitus colericus ꝑꝑ hūoruꝫ adustionē ⁊ eoꝝ infectionē (sugens sit satur) vt mēbra nihil attrahāt: sed magis repudiēt venenū: meliꝰ āt esset vt ventosa suꝑ locuꝫ morsuꝫ scarificatū apponeretur. Deinde inunganť cū tyriaca ⁊ ceteris ꝯtra venenuꝫ valētibus: ⁊ si nō habes tyriacaꝫ alliuꝫ cuꝫ sale tritū idē facit: vel ēt menta cuꝫ sale: granū etiā tritici masticatuꝫ multuꝫ valꝫ: (cuꝫ vino) ad mūdificanduꝫ (cuꝫ oleo) vt sua grossitie vie opilenť ne penetret venenū ad cor. (tactus). i. morsus: vel ifectus (cū spōgia) h̄ trahit ⁊ consumit (vtilis est ⁊c̄.) intellige si pessima fuerint accidētia (coagula) coagulum licꝫ sit ca. ⁊ sic. lac tn̄ coagulat segregādo partē terrestrē ab aquosa: ⁊ aerea separat vt tādeꝫ aereuꝫ ⁊ aquosuꝫ ꝯsumat (sicut flāma ignis) flāma ignis ꝯfortať quādo fumus grossus tenebrosus ꝯsumiť. Sicut cōsumpto venenoso vapore calore tyriace cor cōfortať: (dulcis mali gra.) h̄ h̄ non reperiť (vel aquam) qd̄ est dictu: decoque stercus agninū in aq̄ ⁊ cōmisce succuꝫ mali gra. dulcis (stercus agninuꝫ) laxatiuuꝫ eē ꝓhibetur (vel de succo de frondibus mirte) omnia hec insimul coquātur: sicut dicit auctor. ⁊ si nō habes succos coque herbas omnes vsq3 ad ꝯsumptioneꝫ medietatis: vl' amplius (cerebrū galline) miruꝫ est qual'r h̄ valeat: ⁊ dicimus qm̄ viscositate opilat: vel dicamus ꝙ gallina digestioneꝫ adeo habꝫ fortē ꝙ reptilia ⁊ bufones digerit: imo forte sua siccitate humiditateꝫ veneni cōsumit: pōt ergo ex cerebro eius qddam occultū prouenire: vn̄ causas respicere hꝫ venenosas (pullus gallie) scias ꝙ anus gallie viue suppositꝰ morsure ꝯfert: q2 sugat venenū ⁊ attrahit: ⁊ ita confert multum: ⁊ si gallina ex defectiōe moriatur: altera queratur ⁊ superponatur: h̄. n. est fortis attractionis ⁊ cōsumptionis: sicut patet in freneticis quorum capitibus gallus fissus per mediuꝫ superponať: vt frenesis extrahať (subfumigatio). i. suppositio ⁊ calefactio. cetera paťt.

¶ De morsu scorpiōis. Cap. XI.



Quem scorpio momorderit dolorem maximuꝫ patiť quasi puncturā acus. aliquando calet: aliquando frigescit: aliquādo dolor augmētatur: aliquādo non. Rigoreꝫ patitur ex frigiditate in corporis extremitatibus: tument in illis locis: aliquando frigide sudant. ¶ Medicandū est cū tyriaca maiore vel socrugene quibus vngendus erit ille locus: detur aristol'. ro. ʒ. i. ⁊. ß. cū vino decoctionis baccaruꝫ lauri. Simil'r bouinuꝫ butirū ⁊ mel bibať: cācros pistatos demus bibendos cuꝫ lacte asinino: mirtaꝫ cū vino. idē facit agaricus: radix croci ortol'. vl' frōdes eius bibere cuꝫ vino denť. Quidaꝫ medici dixerunt dum infirmus hanc radiceꝫ in manibus tenuerit nullum doloreꝫ sentit. ¶ Cō-

fectio quā dyapātus fecit valʒ ad morsuʒ scorpionis ⁊ aranee. ℞. aristologi. long. ʒ. vi. piperis nigri. ʒ. iij. opij. ʒ. i. ⁊ ß. piretri. ʒ. v. tempera cum vino: ⁊ fac in moduʒ fabe. da pillul. ij. ¶ Aliud. ℞. calamēti agrestis ⁊ domestici. piperis: myrrhe: rute. pōdus equale tēpera cū melle. ⁊ da. ʒ. i. bibere. ¶ Aliud. ℞. rute. se. eruce. piretri. stor. sulphuris. an̄. ʒ. ix. castorei. ʒ. iij. fac pulueram ⁊ tēpera cum sanguine testudinuʒ ⁊ da bibere. ¶ Aliud mitigans dolorē de morsu reptiliuʒ: quā dyapātus dicit se ꝓbasse. ℞. mādrago. castorei. piperis albi. myrrhe. opij. pōdus equale: tēpera sicut diximus. ¶ Oportet vt dentur allia pistata cū vino comedenda: bibat vinuʒ forte. In balneo assuescant sudare: auellane iuuant comeste. vel facto inde cathaplasmate. Dyascor. dixit basilicon simil'r valere. Gal. dixit frondes lauri coctas in vino ⁊ pistatas valere: facto idē cathaplasmate. sulphur. ruta pistata ⁊ super imposita valet: ⁊ malue. se. ⁊ lini. valet simil'r. Maiorana pistata cuʒ aceto ⁊ sale idē facit. Quidā medicoꝝ dicūt. Si accipias castoreū ⁊ allium ⁊ pistes ⁊ cuʒ oleo ro. tēperes: ⁊ cathaplasma facias iuuat.

¶ Scorpionum vt dicit Serap. duo sunt genera: q2 duo sunt scorpiones: caudas habētes recuruas: qui in hyspania ⁊ Italia repiunt: ⁊ isti sunt maiores ⁊ venenosi: sed non valde. Sūt ⁊ aliȷ scorpiōes parui post se caudas trahentes qui sunt in oriēte. iuxta locū vbi Alexā. inclusit gog. ⁊ macgog. ⁊ sunt valde venenosi. Scorpiones auteʒ oēs sūt animalia similia scarabeis: excepta tamē cauda. H. n. aīal ore mordet ⁊ cauda pungit: ⁊ vtroqʒ interficit.

¶ Signa aūt puncture scorpionis sunt festina loci īduratio: ⁊ pustula cū rubore ⁊ dolore: ⁊ sentiunt per vices īflāmationeʒ: aliquādo infrigidationem: ⁊ adest sudor ⁊ horripilatio ⁊ tremor: ⁊ frigor extremitatum ⁊ tumor in virga: ⁊ inguine: ⁊ dolor adest per vices: ⁊ sedat ꝑ vices: velociter ergo medicāduʒ est cū. ʒ. i. ⁊ ß. cologntid. cocte in vino vel detur assa fetida cū vino distēperata: ⁊ exterius supra locū morsuʒ emplastret: ꝓdest etiam tyriaca maior. ⁊ tyriaca dyateseron cuʒ pauca scamonea. vl' fiat confectio talis. ℞. castor. cortic. radi. cappar. piretri. aristol. lon. an̄. ʒ. i. gētiane. ʒ. ij. cōficiant cū melle ⁊ exhibeātur. ʒ. ij. cuʒ vino antiquo: castor. aūt ⁊ euforb. supra locū morsuʒ ponant: ⁊ fiāt alia que dicit auc. ¶ Quem scorpio ⁊c.) ꝓmo ponit signa satis bona. Deide subiūgit curaʒ (socrugene) nō est in vsu: opiata est ca. ⁊ sic. ⁊ interp̄tatur cōsumptiua saluatrix nāe: loco huius ponat metridatum (vngēdus). i. cathaplasmādus (cū vino baccaꝝ lauri) in quo decocte sunt bacce lauri: bacce. n. sua viscositate opilāt (butirū) sua viscositate opilat (mel) consumit (cācros carniū) sua grossitie multum opilant (lacte asinino) sua terrestritate vias opilat ⁊ venenū ingrossat (radix. ⁊c.) rōneʒ huius ignoro. Sʒ si sit empicū (opij) cōfectio in qua recipit opiuʒ est formidāda: q2 illud ī se satis est venenosuʒ: licʒ sua ꝓprietas sit opilare (Aliud. ℞. calamēti) h cōfectio est valde bona ⁊ alia que sequitur (auellane) vnctuose sunt ⁊ grosse ⁊ opilatiue (i balneo). i. stupha (rathinū). i. thus minutuʒ: qd est vnctuosum aereum ⁊ confortatiuuʒ: cetera sunt plana.

¶ De morsu vesparum ⁊ apum. Cap. XII.

Vos apes pupugerint vel vespe venenuʒ habent: acutaʒ. n. patiunt incēsionem ⁊ dolorem nimium: fiuntqʒ ibi vesice nigre: vnde opʒ superponi alcānaʒ cum farina ordei ⁊ aceto temperatā: lac ficuuʒ valet: vel nuces pistate cuʒ aceto ⁊ frondes basilicō. ⁊ blete pistate atqʒ superposite. Quidam medici dicūt malue frondes pistatas ⁊ suppositas valere. Iteʒ si cum succo malue qs vngat non mordet a vespis vel apibus. Item musca manibus fricata ⁊ morsure superposita valet.

¶ Apes ⁊ vespe sunt multuʒ ca. ⁊ sic. complexionis: dum ergo pungūt aculeuʒ infigunt: ⁊ infixū relinquūt: q inducit caliduʒ ⁊ siccuʒ vaporeʒ qui venenosus est ⁊ inimicus nature: illū ergo seqtur dolor vehemēs in loco pūcto cū ardore ⁊ rubore cum apate ⁊ eleuatione partiū ꝓpiquaruʒ. In pūctura auteʒ apis suū relinqt aculeū: sed in pūctura vespe dicit aculeus nō relinqui: accn̄tia tamen sequūtur vehemētiora in pūctura vespe: q2 vespa est magis venenosa ⁊ magis calida. ¶ In principio g bonū est vt extrahat aculeus apis: ⁊ statim supponatur loco caliduʒ emplastruʒ cōfectū de stercore vaccino ⁊ aceto: in h enī est virtus maturatiua ⁊ ꝯsumptiua. Iteʒ valʒ ad idē illinitio cū succo maluaꝝ. Iteʒ semē sisami: emplastratū etiā cum aceto multū valʒ. Iteʒ ꝯferūt ea que dicta sunt cōtra venena (alcāna) pul. est cuiusdā herbe cāne siliis. fri. ⁊ sic. sua siccitate cōsumit vaporeʒ venenosum: tēperat ardoreʒ (lac ficuuʒ) attractiuū est: ⁊ cōsumptiuū: vnverucas destruit: loco cuius melius ē ꝯterere apes: ⁊ cōtritas ēt supponere morsure: cetera satis patent.

¶ De morsu canis rabidi. Cap. XIII.

Canis natural'r frigidus est ⁊ siccus cui nigra dominatur colera: vnde ex sui habundantia īmutata ⁊ putrefacta: ⁊ toti corpori dominans ita corrupta necesse est rabidos canes faciat: maxie in autūno ⁊ vere. ¶ Signa cognoscendi rabiduʒ caneʒ sunt: q2 aliȷ canes euʒ fugiūt: ⁊ semper ꝓfugus est ⁊ soliuagus ⁊ nutat q̄si ebrius: ore aperto: lingua dependente: saliua nimia d ore currit semper: sunt oculi inuersi ⁊ rubicūdi: aures retracte: cauda inter coxas: oculi apti: ⁊ tamen de lapide siue de quolibʒ alio obiecto offendit: ⁊ cuilibʒ rei vise repugnat: ⁊ ēt vmbre sue latrat. Queʒ cum canes vident fugiunt euʒ timentes latrantes super ipsū: certū autem h signum est vt bucella panis tingatur in morsura: sanguine exeunte ⁊ proijciatur canibus: quā si refutauerint ītelligimus canē rabidū esse. Si non est ecōtra. Accidētia patiunt inde. sūt terribilia somnia. In somni expergefactōe sūt timorosi sine cā. Irascunt stupidi ⁊

continue circunspicientes inspici ab alio non
patientes. Qui cum incidant in passionem ti/
mendi aquam quasi canes latrant ꝛ raucescũt
timentes cũ aquaꝫ inspiciunt: vt tremẽtes ca/
dãt. Quibus nisi medicamẽto succurrat̃ mo/
riuntur. ¶ Incipiamus ergo medicari añ ho
rum accidẽtium appitionem: apiant̃ vulnera
vel cũ ferro: vel cũ igne fortiter: vt cuꝫ sangui
ne venenuꝫ effluat: apponant̃ etiaꝫ sanguisu/
ge que venenum eijciant. Detur ꝛ acuta me/
dicina que vulnera apiat: sicut allium synap.
sal acetuꝫ. cepe. calamẽtuꝫ. simplicia vel cõpo
sita cuꝫ aceto vel melle tẽperata sunt supponẽ
da. Qđ faciẽdũ est in p̃occupãdo mala signa.
Si auteꝫ appeant dari opꝫ medicinam colere
nigre purgantẽ. Nutriant̃ cuꝫ dieta subtili: ꝛ
ad digerendum facili: demus tyriacaꝫ ꝛ medi
cinã: in aq̃ cancri ponant̃ fluuiales. Dyascor.
dixit. cineris eoꝝ accipiãtur. ʒ. iij. gẽtiane. ʒ. ij.
ꝛ bibãtur cuꝫ vino. Gal̃. his adiũxit terrã sigil
lataꝫ olibanũ: ꝛ hoc modo cõposuit. ℞. can/
cri incẽsi. ʒ. v. gẽtiane. ʒ. iij. olibani terre sigilla
te. añ. ʒ. vi. fac pul. da bibere cũ aqua vbi cãcri
incensi sint cocti. ʒ. ij. ¶ Aliud qđ crathius fe/
cit valꝫ simil'r. ℞. cancri incẽsi. ʒ. xv. ꝛ. ß. mir/
te. ʒ. iij. cc. ʒ. ij. gentiane. ʒ. i. ꝛ. ß. piperis al. gra.
x. vini. quod sufficit. da. ʒ. i. ꝛ. ß. cum vino.
¶ Aliud. Gal̃. ℞. basilicon. aristol̃. lon. añ. ʒ.
vij. gentiana. ʒ. ix. piperis. oppopanac̃. añ. ʒ. i.
mell̃. quod sufficit. da. ʒ. i. ꝛ. ß. cum aqua ca.
¶ Dentur nuces ad mãducanđ. nuces etiam
pistate cũ sale ꝛ vulneri superposite valent. si
aquaꝫ timeant opꝫ machinari quonió det̃ ne/
scienti: fiat ꝗ canalis: quo gule apposito aquã
occulte infundat. Quidaꝫ medici dicũt ꝙ ie/
cur canis assatuꝫ iuuat: detur comedere cõtra
timoreꝫ aque. Iteꝫ iuuat aqua vbi ferrarij ex/
tinguũt suuꝫ ferruꝫ ꝛ inscijs oblata. ¶ Medi
cina morsus canis rabidi siue aliorum iuuati/
ua erit ista: litiũ. oppoponac̃. cepe. sal. ruta. nu
ces. frumẽtuꝫ. frondes fici. mẽta. orobuꝫ. siue
simplicia: siue cõposita cuꝫ aceto: vel cũ melle
temperata ꝛ superposita valent. ¶ Morsibꝰ
etiam humanis valent ossa vituli incensa ꝛ cũ
melle temperata: ꝛ superposita.
¶ Istud capl'm est de ydroforbia siue de ydroformia q̃ ẽ
passio valde ꝑiculosa. Denominat̃ auteꝫ ydroforbia ab
ydros qđ est aqua ꝛ forbos qđ est timor: vl' ydroformia
additui aque quã ydroforbici audiũt itra se. vel sonituꝫ
aque currẽtis. ¶ Fit aũt hec passio ex morsu feraꝝ plu
rimaꝝ. Sed p̃cipue ex morsu canis rabidi: ꝛ etiã ex eius
spuma in aq̃ proiecta: de qua qđlibꝫ aial bibẽs statiꝫ de/
mẽtia repletur: ꝛ in rabieꝫ ꝯuertit̃. Sꝫ hõ magis ꝙ̃ mul
ta alioꝝ aialiuꝫ: furor ergo ꝛ insania ex h̃ eoꝝ euenit ꝗ/

busdã post annũ: q̃busdã statiꝫ: q̃busdaꝫ post. xv. mẽsem:
vel citius vel tardius ꝛm tenoreꝫ v̄tutis. s. ꝛm ꝙ ipsa de/
bilis est vel fortis: ꝛ ꝛm diuersitatẽ veneni assumpti ꝛm
ꝙ est debile vel forte. ¶ Qui aũt incurrũt hãc passiõeꝫ
desideriũ hñt bibendi: tamẽ cũ motu rõnabili aque. Itẽ
videt̃ his ꝙ a canibꝰ mordeãtur: vñ timent ꝛ turbant̃ ꝛ
insomnietatẽ ꝛ vigilias patiũtur. Iteꝫ accepto cibo gra
uedinẽ stomaci sentiũt ꝛ tensionẽ ꝛ tremoreꝫ: ꝛ obscura/
tiones: vox raucescit: asma icurrũt ꝑpter fluxus inferiꝰ:
visus turbat̃ ꝑpter fluxuꝫ supius: os aperiũt: ligua egre
dit̃. labia spumant: caput iclinat̃: virtus dissoluit̃: fasti/
diũ incurrũt: ꝛ ad tp̃s sudant: deambulãtes de facili ca/
dunt. Si aũt cũ tremore adsũt stridor moriunt̃. ¶ Festi
net̃ ergo medicina dando cibos ꝛ potus leues: ꝛ digesti/
biles: sed cibos ꝛ potus quos accipiũt nũq̃ꝫ videãt: si for
tes fuerint ꝛ sine fe. post tertiũ dieꝫ flõment̃: ab eadẽ ꝑ/
te ꝑpe inquãtuꝫ ꝑpinquius põt: ventosa fortis cuꝫ igne
ꝛ scarificatiõe supra locũ morsum ponat̃. bibant succum
gẽtiane: aut tyriacã statiꝫ ieiuni vel pransi cũ vino ꝛ em/
plastra attrahẽtia supponant̃. Itẽ vomitꝰ prouocet̃: vel
venter cũ clisteri ꝑuocet̃ vel laxet̃. Coaguluꝫ leporis vl'
catuloꝝ cũ mellicrate multũ ꝑdest: castor̃. vel absinth̃.
ab interiori ꝛ exteriori multũ prodest: laxato aũt ventre
ꝛ mũdificato corpore fiãt stuphe: ꝛ in exitu iteꝝ det̃ ty/
riaca vel metridatũ. nisi eñ eis velociter succurrat̃ fiũt
demoniaci: ꝛ postea moriunt̃. ¶ Canis nãliter est frigi
dus ꝛ sic.)cuꝫ ergo sit mel'icus põt queri q̃re tãte sit ve/
locitatis ꝛ audacie: ꝛ põt dici ꝙ est ex mẽbroꝝ habilita/
te: puritate leuitate: ꝛ ex ĩmoderata spũuꝫ siccitate qui
accidental'r ad caloris incẽsioneꝫ operant̃. Itẽ simil'r po
test queri de leporis velocitate q̃re nõ sit audax. ꝛ dõm
ꝙ thalami cordis in lepore lati sunt ꝛ spatiosi. vnde spi/
ritus nõ sufficit illud replere: ꝛ econtrario est in cane: q2
sicut asserit Aristo. in libᵒ. de aialibus. Animalia angusti
cordis ꝛ parui: quo ad apprehẽsionẽ spũuꝫ sunt formidu
losa: ꝛ cõtrariuꝫ in cõtrario(in autũno ꝛ in vere)his tẽ/
poribus mouetur mel'ia. In autũno motu nãli. In vere
motu locali accñtaliter ꝑpter motũ ꝛ ebullitioneꝫ: ꝙ si
declinat ad cerebrũ compl'onem eius corrumpit: vnde
fit rabies. Iteꝫ ꝑpter frigiditateꝫ ꝛ siccitatẽ plurima ag/
gregatur aquositas venenosa que modis oibꝰ aquosita/
teꝫ representat: vel aque motũ: qđ melius est: ꝛ insup ca/
lorẽ innatũ submergit: ac si fieret ex frigiditate humidi
tas ꝛ ex humiditate frigiditas. (Signa cognoscẽdi)his
signis que ponit auc. rabiosus canis cognoscit̃: ꝙ hñ ꝑ/
tinet ad medicũ(nutat)q2 de debilitate nõ põt machi/
nam sui corporis sustinere(soliuagus)pre timore(qua/
si ebrius)ex ꝑturbatiõe spũs visibilis ꝛ virtutis aialis:
ꝛ oculoꝝ tenebrositate(aures retracte)ex spasmo(cau
da intra coxas)q2 timet illaꝫ amittere: vel q2 si eẽt ere/
cta videret̃ se esse baculus ad se ꝑcutiendũ(oculi aper/
ti)q2 lacerti palpebraꝝ ex spasmo sunt retracti(ꝛ tam
de lapide)q2 eius visus turbatus est ꝛ obscurꝰ(cuilibꝫ
rei).i. qual'ꝫ rẽ visaꝫ timet(vmbre sue latrat)credẽs eẽ
aliuꝫ caneꝫ(patiunt̃ accidẽtia inde). s. illi qui sũt morsi:
h̃ ponit accñtia ꝛ signa ꝑ q̃ cognoscimus hoies sic mor/
sos. (Incipiamus)h̃ incipit curã suaꝫ(aperiant̃ vulne/
ra). s. cũ ferro calido: vt venenũ attrahat̃: ꝛ attractuꝫ cõ
sumat̃ (vel ferro). i. rasorio(vt effluens venenuꝫ egre/
diat̃)In morsu aũt frenetici eadẽ põt eẽ cura q̃ ponit̃ đ
morsu canis rabidi: (allium)h̃ precipit poni diaforeti/
ca attractiua ꝛ consumptiua(simplicia vel composita)
quia si multa talium inueniantur misceantur: alioquin
vnum solum vel duo apponantur: (cuꝫ aceto vel melle
tẽperata sunt superponenda)q2 dr̃ ꝙ ista virtutem ad/

iuuant ↄsumptiuaȝ (cancri fluminei) hi valēt cōtra ve-
nenū sua viscositate opilādo (terre sigillate). i. boli (cū
vino al.) h̄ ↄfortat mēbra nobilia ad resistēdū (iecur ca
nis) empicuȝ est (aqua vbi ferrary) h̄ est valde abster-
siua (litiuȝ) enumerat illa q̄ sūt vehemēter attractiua ꝛ
ↄsumptiua (frumētuȝ). s. masticatū ab hoīe ieiuno: sali
ua. n. hoīs ieiuni venenosa est: ꝛ iō dicitur valere contra
venenū (orobū) genus est legumīs ca. ꝛ sic. (morsib⁹ hu
manis) hō. n. ieiunus aliuȝ mordēs illū inficit ꝛ inuene-
nat: ꝛ maxime si freneticus sit vel melācolicus hō mor-
dens.

De labore ꝛ dolore. Cap. XIIII.

Laborem ꝛ doloreȝ patiūtur corpora
ex nimio motu: vel ex humorib⁹ itri-
secus se mouētibus. Fit auteȝ. iiij.
modis: primus dr̄ grauis: alter cale-
factiuus: tertius tethinosus. i. distēsiuus: q̄rt⁹
dolorosus. Grauis est cuius corp⁹ redūdat
humoribus grossis ꝑtinētib⁹ frigiditati ꝛ hu-
miditati: q ex nimio soluūtur motu: ꝛ digest⁹
ꝛ subtilis efficit̄ sanguis vel aquosus: deinde
vasa implent̄ ꝛ grauant̄: qd̄ fit cū virtus natu
ralis defecta sit: neqꝫ pati eū possit. Tethi-
nosus est q̄si primus: sed tn̄ virtus naturalis ē
fortis quā humores illi ad mouēduȝ insequū-
tur: vnde thetinositas tādeȝ seqtur. Horuȝ
duoruȝ medicina cū ex inanitiōe fiat: sicut far-
macia flōmia. epithimate: vel oleis tēperatis:
sicut yreleon. sansuceleon. anetileon. ꝛ h̄ fiāt
in balneis tēperatis cū fricatiōib⁹. Alie due
spēs. s. dolorosus ꝛ calefactiuus ex hūoribus
sunt acutis ꝛ igneis in corꝑe adunatis ex quo-
ruȝ nimio motu efficiūtur fluidi ꝛ calor cum
dolore inde gn̄ātur: ꝛ aliquādo fe. effimera ef
ficit̄. Si. n. mãe putrescāt calefactorius labor
cōcreat̄: ꝛ inde febris orit̄: si autē ebulliāt nec
putrescāt dolorosus gignit̄: vnde dolor in to-
ta suꝑficie corporis quasi dolor vulneris ē: ꝛ
pūctura quasi acu facta: vn̄ mederi opȝ cū epi
thimate ꝛ oleo ro. in balneo aq̄ dulcis tēpera-
te. Infundat̄ aqua tepida: que duo facit profi
cua: vel. n. acutas fumositates ꝛ pūgentes cū
sudore expellit: vel corꝑi humectationē tribu-
it: qꝛ qd̄ a naturali calore dissoluit̄ corpori re-
staurat̄. Doloris autē cā est mutatio subi-
ta ex cōplexione. ca. vel frida. vel ex iūctura se-
parata: vnde sua cā est īuestigāda: si sit exteri-
or vel interior. Itē perqrat̄ si plenū sit corpus
ex quiete vel ex ciboꝝ multitudine: vel purga-
tionis negligētia iā ↄsueta: quibus certificatis
purgabit̄ cū flōmia vel farmacia post redeun-
duȝ est ad medicinā repugnatiuaȝ cū securita-
te ꝛ sine timore. Si auteȝ nullum eorum ap-
pareat calefactio ꝛ fumigatio sunt faciēda tē-
peratiua ꝛ repugnatiua ꝛ dolorem mitigātia
cuȝ rebus ca. ꝛ hu. tēperatis: sicut anetileo. ca
momileo. yreleo. ꝛ similib⁹: aliquando dolor
fit ex extrinsecis: neqꝫ tamē sentit infirmus: sic
si male posita tenuerit mēbra dormiens dolē-
tia: vel subito torserit ea. vel fuerint infrigida-
ta: ꝛ si calefactio ꝓfuerit teneat̄: sinaūt ad pur
gationē redeat̄ cū farmacia aut flōmia: ne for-
te plenitudo sit cā nō a vulgo intellecta: sicut si
cibus in q̄ꝫtitate vel qualitate extra tēperamē-
tuȝ accipiat̄: neqꝫ tn̄ paulatiȝ adunata a quolȝ
intelligat̄: vel ne ↄcl'o pororum sit cā ab eisdeȝ
vel quedā mēbra sint incisa: quoꝝ cibus nutri
tiuus rediēs ad corpus nō sentit̄. Cui subito i
sanitate sua dolor subitus suꝑuenerit ꝛ fortis-
simus ei ylico ad iacēdū cogat̄: opȝ vt ipso die
primo festinet̄ ad flobotomiā: ne virt⁹ defici-
at: ꝛ nō possit auferri sanguis quantū sufficiat.

Cum labor ꝛ dolor quādoqꝫ sint cā morbi: sicut aposte
matis vel sincopis: post febres relictus lōgo tp̄e: ꝛ quan-
doqꝫ accn̄s morbi: vt quādo dolor capitis statim sequit̄
fe. h̄ pōt queri pro quo doloꝝ istoꝝ teneat̄: vel ꝑ cā: vel
pro morbo: vel ꝑ accn̄te: ꝛ dicimus ꝙ ꝑ morbo tenetur:
rōne cuius cā recipit medicationē: vt. n. dolor curet̄ do-
cet auic. cām primitiuā ꝛ antecedēteȝ remouere: sicut in
ceteris generib⁹ morboꝝ māliuȝ ꝭm nālem ordineȝ cu
rationis: licȝ a dolore qui est accn̄s qn̄qꝫ sit in colica vel
yliaca: qn̄qꝫ ↄpellimur ordinē curatiōis ꝑuertere: videa
mus ğ qd sit dolor: ꝛ q̄ sint cāe doloris ꝛ ei⁹ cura. Do
lor aūt est vna ex dispōnib⁹ nō nālib⁹ q corpori accidūt
aialis: sic autē describit̄. Dolor est sensibilitas rei ↄrie: ꝛ
dolor. n. nō est nisi ↄrie rei ↄrietatē sentire. Cā aūt do
loꝝ est velox ꝛ magna ꝑmutatio ↄpl'onis: vel sol'o ↄti^{nu}
magna ꝛ cito facta. Si. n. talia sint valde parua vel ma-
gna paulatiȝ vl' sensibil'r fcā n̄ erit cā doloris: mala. n. cō
plexio ꝑmāsiua: vel sol'o ↄti^{tis} nō sentiunt̄: vn̄ nullū faci-
unt doloreȝ: nō est. n. dolor sine sensu: iuxta illud affori.
qui aliqd corporis sunt dolētes: ꝛ dolorē non sentiūt: his
mens egrotat: mens. i. v̄tus apphēsiua deficit. i. tales ni-
hil vel paꝝ sentiūt: qꝛ fugit a cā doloris: ꝛ cū nō sit cōcur
sus iter agēs ꝛ patiēs: iō non est actio neqꝫ passio: ğ neqꝫ
dolor. Ideoqꝫ ethicā patiēs nō tātū sentit dolorē vel in-
flāmationeȝ: q̄ꝫtuȝ hn̄s effimeraȝ vel q̄ꝫcūqꝫ putridam:
ꝛ sciēdū ꝙ nō oīs mala cōplexio subito mutata vnifor-
miter facit dolorē: sȝ cal'a ↄpl'o ꝑmutata essential'r: frida
vero ꝛ sic. accn̄tal'r: qꝛ ↄstringēdo faciūt sol'onē ↄti^{tis}: nō
in loco: sȝ ī mēbro remoto humida v̄o ↄpl'o nūqꝫ ē cā do-
loris: vt dicit Auic̄. Sed Gal'. vr̄ velle ꝙ cā ꝑpria doloris
est sol'o ↄti^{tis} eēntial'r: ꝛ si. n. cal'm facit dolorē: h̄ nō ē nisi
qꝛ dissoluēdo soluit ↄti^{tez} ꝭm ipȝ. Auic̄. tn̄ ↄdicit. Do
loꝝ aūt diuerse sunt spēs: cuilibȝ eni mēbro aliq̄ spēs tā
ex parte mēbri agētis q̄ꝫ ex ꝑte mēbri patiētl appropria-
tur: ꝛ sil'r cuilibȝ humori: vel vētositati. Diuersificant̄ āt
spēs doloris: tā ex ꝑte mēbri patiētis q̄ꝫ ex ꝑte cāe agen-
tis: ex ꝑte aūt mēbri patiētis. xvi. mōis vel ampli⁹: qm̄ ē
dolor pruritiuus: asꝑatiuus pūgitiuus: cōpressiuus: fran-
gitiuus ↄsumptiuus: ꝑforatiuus: acual': stupefactiu⁹: pul-
satiuus: grauatiuus: fatigatiuus: mordicatiuus: stimula-
tiuus: apostemosus. Antiqui tn̄ ponebant tātum. v. spe-
cies doloris: vt habetur in hoc versu.
Infigit ꝛ pungit: extendit: ꝛ aggrauat: errat.

¶ Ex pte cāe agentis: infigit vt sanguis: pūgit vt coľa: ex/
tēdit vt flegma: aggrauat vt melia errat vt ventositas.
Scdz alios tñ cā doloris: pruritiui ē humor salsus ꝛ acu
tus: adust⁹: vľ acetosus. Cā doloris aspatiui est hūor asp
.i. siccus: cā pūgitiui doloris ē humor pāniculū extēdēs.
Cā doloris extēsiui est vētositatis: hūor liqd⁹. Cā ꝯpressi
ui doloris ē mā coartata ī loco angusto: vel ēt vētositas
coangustās locū. Cā doloris ꝯcussiui ē mā ītra musculuz
ꝯtēta. Cā doloris frāgitiui ē mā grossa ꝛ frida. Cā laxati
ui doloris ē mā hūida ī carne musculi ꝯtēta. Cā pforati/
ui doloris ē vētositas a gssa mā ꝛ viscosa in ītestinis que
disrūpit ꝛ distillat: qsi terebello perforentur. Cā doloris
acualis ē ex eisdē ī pauco loco ꝯtētis vľ coartatl. Cā do/
loris stupefactiui ē frida ꝯpľo aut spūs sensibiľ ingssat⁹
ꝛ sicc⁹ valde grauis ꝛ pōderosus. Cā doloris pulsatiui ē
apa calm: fridū. n. apa ñ fac dolorē nisi p putredinē ī cali
dū ꝯuertat: ꝛ maxie dolor pulsatiuus fit ī loco ī q abun/
dāt arterie q sp hñt pulsare. Cā āt pulsus nō sentitur nisi
duz loc⁹ egtat ꝛ factus ē dolorosus. Cā gnātiui doloris ē
apa ī mēbro īsensibili: vt ī pulmone. rene. splene: mēbrū
enī grauitate apatis trahit ad īferiora: siľr ē ī mēbro sen
sibili: cui⁹ sensū egritudo iā ꝺstruxit: sic cancer ī ore stōi:
a q pōderositas sentit ꝛ nō dolor. Cā frāgitiui doloris ē
mot⁹ voluntari⁹ siue violēt⁹: laboriosus. ꝛ vocat fatiga/
tio laboriosa: aut hūor grauis extēsiuus: aut vētositas ī/
flatiua: acut⁹: corrosiuus: ꝛ vlceratiuus. Cā doloris mor/
dicatiui ē humor acut⁹. ca. ꝛ sicc⁹. ¶ Dolorū āt oīum cu/
ratio fit vno istoꝝ triuz modoꝝ. aut p remotionē cāe do
loris sensibilem ꝛ occultam: aut per ea que mollificant
locū ꝛ extendunt: sicut sunt ꝓuocātia: aut p inebriantia
aut p narcotica q locū īfridāt ꝛ stupidū reddūt: vt ē ius/
quiam. opiū. ꝑm⁹ āt modus certior est ꝛ melior alioꝝ: qr
debet nāli curationi. Aly videt ordinē curatiōis ꝑuer/
tere. ¶ Laborē ꝛ dolorē) h labor appellat fatigatiuus:
q sic dcz ē fit. iiij. modis. dolor vo p qlz alio dolore sumi/
tur. h duo ꝯueniūt ī genere: dolor āt ꝯriat ꝺlicijs: ꝛ vtra/
qꝫ cadit supra sensū: sic. n. dolor fit p mľtā ꝛ subitā altera
tionē vľ extractionē a nāli dispōne: sic delitie p multā ꝛ
subitā reductionē ad nāz: nulla. n. res q ñ subito venit sē
tit: nec dolor nec delitie ex ea dant siue hñtur: vñ pz ꝙ
diuites delicijs vtētes eas ñ sentiūt: nec ī eis multū ꝺle/
ctāt vt paupes: ꝛ pp h dic Aris. in lib. de aialib⁹: qr mľtū
coytu vtētes ñ delectāt ī coytu (ex nimio motu). s. volū
tario (fatigatio) h dic qꝫtū ad laborē (ex hūorib⁹) h re/
fert ad dolorē a cā ītrīseca (fit āt trib⁹ mōis) h itellige ꝺ
dolore ītrīseco (tethinosus). i. malleatiu⁹ (dolorosus)
. i. pūgitiuus stimulatiuus: mordicatiu⁹: aspatiuus: fran/
gitiuus: ꝯcussiu⁹: calefactori⁹: h. n. ex oī mala ꝯpľone ca/
lida caľitate putrediāli (vñ meꝺ ꝛc.) Incipit curā pone
re ꝑz ordinē nālē: vñ pz ꝙ ītēdit de his q sunt morbi. Si
enī tractaret ꝺ his q sūt accidētia magl īcipet a mollifi/
cātib⁹: ꝛ calefaciētib⁹ ꝛ stupefaciētib⁹ q dolorez sētiri nō
facerēt. Sūt. n. tria q dolorē sentiri ñ faciūt. s. ꝑuitas do/
loris: ꝛ nimia ei⁹ magnitudo: vt ī frenesi: vt dic afforis. q/
cūqꝫ dolētes aliqd corpis: qr nā fugit a morbo: vñ ñ ē cō
cursus ꝛ ꝯflict⁹ agētis ꝛ patiētis: ꝛ ꝯsuetudo: vt ī ethicis.
(In balneo) si sit sine reumate: aľr enī male diceret: ad
sciēdū g vtrū humores sint in fluxu fiat emplz de semi/
bus diur. Si p illꝺ mitigat dolor cessat fluxus ꝛ reuma.
Si manet vel augeat dolor: manet reuma ꝛ fluxus: (ex
ciboꝝ multitudie). i. pp multos cibos (tēperantia ꝛ re/
pugnātia). s. doloris (dolor mitigādus) ponit medicinā
mitigatiuoꝝ: ꝛ repugnatiuoꝝ doloris (extrīsecus) h di/
cit qꝫtuz ad laborē ꝛ ꝯcussionē (ꝛ pcussionē) cū baculis:
cōtra h solet decoqui absinth. cōtritū cū vino albo sub/
tili ꝛ ca. supponi: vel aľr ꝛ melius si dolor sit ex pcussiōe:
vel vulnere siue ex casu ꝛ pōdere: inunge locū cum dial/
tea ꝛ melle simul mixtis pari pōdere: ꝛ ca. superpone. vľ
accipe vinū ꝛ axūgiaz nō salitam ꝛ fac bullire siľ. ꝛ vnge
ꝛ suppone stupas canabinas in vino bullitas: vel accipe
testas allioꝝ ꝛ īcide minutiz: ꝛ fac bullire cuz vino: ꝛ po/
stea fortiter tere: ꝛ iteꝝ cū axūgia ꝛ cuz vino fortiter fac
bullire ꝛ calm suppone. illꝺ sup oīa ꝓdest. Itē ab ipso pn
cipio per oppositū facies flōmiā. si pticularia tamē con
ueniant. In statu vero ꝛ declinatione ab eadez parte fi/
at flobotomia.

¶ De apatibus. Cap. XV.



Omnia apostemata nascuntur de hu
moribus ad mēbra in quib⁹ sunt ef/
fluentibus. Que de cā sunt exteriori
vel īteriori: exteriori sicut pcussione
vel vulnere cōtritione fractura saltu submer/
sione qualecūqꝫ hoꝝ acciderit mouent humo
res illius mēbri: qꝺ cū defectū ꝛ debile īuene/
rit adunant ibi. Cā īterior est de abūdātia hu/
moruz ꝛ corruptionib⁹ eoꝝ ꝛ preparatiōe mē
broruz recipiētiū. ¶ Mā autem apata faciēs
de alicui⁹. iiij. humoꝝ essentia est: vel de vēto/
sitate aliqua nascēs ex sanguie flegmon voca/
tur: cui⁹ significatio est rubor calor tumor hu/
mectatio. Qꝺ de coľa ru. nascit appellat heri
sipilla ꝛ color eius citrin⁹ est ꝛ ruffus medius
est in tactu durus pulsus nimius ꝛ pūgitiuus:
de fľate nascens apa est zimia molle alb. sine
dolore. De coľa nigra sciliros dī qꝺ apa ē du
ruz nō sensibile colore liuiꝺ. vel viride sine do
lore ꝛ pulsatione: sed cū magis moret cancer
efficitur. ¶ Volentes aūt medicari apa: vnde
sit apa videam⁹: si de sanguine nascit: tūc tādē
flobotomemus: ꝛ de sanguie tollamus quā/
tum virtus īfirmi patit. post dem⁹ vnde calor
sanguinis extiguat: sicut oxifenitia mānā cas/
siaf. pruna iuiub. vioľ. ꝛ similia: purgato toto
corpore ad īfirmuz mēbrum redeamus cum
rebus morbo repugnātibus sicut sandaľ. ru.
bolo vioľ. memithe: opio ꝛ similibus. In sta/
tu apostematis causa dissolutiua admisceatur
his: sicut litium. cc. endiuia ꝛ similia. Dyasco.
vitellū oui: cum pauco. cc. ꝛ myrra positum
super apostema de grosso sanguine ipsuz dis/
soluit: ꝛ similiter vitelľ. oui cum oleo vioľ. su/
per calidum apostema positum mitigat: ꝛ
ad digerendum accelerat dissoluens nōdum
collecta sanie. In apate de coľa rub. īcipiēduz
est ad purgādū ipsaz coľaz ꝛ ad mēbrū īfirmū
cū repugnatiuis redeūdū: postea sic psilotro:
coriādro: spuiua portuľ. psilio iusqamo lactu
ca endiuia: ꝛ similibus. Nutriamus cum cu/
curbit. lentibus bliti portulaca: ꝛ similibus.
¶ In apostēate flegmatico dāda sunt flegma

purgantia: τ post membrum defectum medi
canduz ponamus spongiam aqua tepida infu
saz τ aceto: si spongia nequeat iueniri lana est
superponenda. aliquando cum aqua ca. nitrū
oportet superponere. ¶ Apostemati de co/
lera nigra nōdum cancro effecto medicīa est
apponenda: sed cancer incurabile est malum.
medicina dico colere nigre erit purgatiua.
¶ Et si apā qꝺlibꝫ saniē colligat cuꝫ h catha/
plasmate aperiat̄. s. scariola pistata cū oleo ro.
cocta: que sup apā erit ponēda: τ silr caul̄. cū
butyro bouio. ¶ Vngm̄ dyaltee τ populeū
valet hūectationi duri apātis aperiens τ sine
molestia. ℞. se. lini fenug. malue. an̄. lib. ß. olei
lib. iiij. litargir̄. ʒ. vi. fac coq̄re lēto foco. ¶ Ali
ud valēs apāti sine capite. ℞. se. lini fenugre.
stercoris palūbi. an̄. ʒ. ix. sisami cōbusti. ʒ. xxx.
fac sisamū pistari q̄si medullā: deide cum ipso
alias spēs tēpera: si plus mūdificare volueris
pone de oleo sisami. ¶ Aliud in aptiōe apātis
℞. fic⁹ siccas in aq̄ coctas τ paruꝫ nitri τ olei.
¶ Dyaltea Jo. dam̄. valꝫ mūdificādo calido
apāti. ℞. psilij. ʒ. xx. iusquiami. ʒ. xv. myrre. ʒ.
lxv. fenugre. se. lini. an̄. ʒ. xxx. malue. se. ʒ. x. oīa
coquant̄ in aq̄ ca. Deide accipe spumas eorū
τ tēpera cū oleo τ litargir̄. vt sufficiat. ¶ Ali/
ud valēs apāti vbicūqꝫ in corpore sit τ maxie
in splenis grossitudine vel epatis. ℞. armōia/
ci. ℥. iiij. aceti. libr. j. dimitte sic vno die: τ post
pista in mortario: vt efficiatur: sicut medulla:
deide accipe. c̄c̄. ʒ. iij. olei ro. ℥. iiij. cere. ℥. i. co/
que ad focum suauez quoad omnia dissoluā
tur: τ in mortario tempera.

¶ Circa apāta vidēdū est qd sit apā: τ quot sūt ei⁹ cāe τ q̄
spēs. ¶ Apā ḡ dr̄ tumor τ īflatio mēbri preter nām: τ est
apā morb⁹ ꝯposit⁹ ex trib⁹ gn̄ib⁹ morboꝝ. s. ex morbo ꝯsi/
mili officiali: τ cōi. nullū nāqꝫ apā ē i q̊ nō sit mala ꝯplo
τ vitiū in forͣ τ figura τ solo ꝯti^{tis}. oē aūt apā est vl̄ ex hu
more vl̄ ex nutrimento mēbri sup̄fluo: vn̄ oē mēbrū qꝺ
nutrit̄ apāt̄ ex sup̄fluitate hūoris vl̄ nutrimēti. Jn osse
aūt accidit apā de q̊ min⁹ vr̄ τ in alio q̊lꝫ loco. ¶ Apātū
aūt q̄dā sūt cāe efficiētes: q̄dā māles. Cā efficiēs est deri
uatio vl̄ ꝯgestio: vn̄ oē apā: vl̄ p̱ deriuationē vl̄ p̱ ꝯgestio
nē fit p̱p̱ v̄tutis nutritiue defectū: qn̄ nutrimētū mēbro
nō ꝯtinuat̄: sꝫ paulatī aggregatū facit apā: τ h gnāt̄ pau/
latiꝫ τ augmētat̄. apā aūt p̱ deriuationeꝫ fit ex hūore de
vno loco ad aliū locuꝫ trāslato. c⁹ cā ē fortitudo mēbri i/
pellētis: aut debilitas recipiētis: aut mltitudo māe aut
largitas viaꝝ τ dispō mēbri ad recipiēdū. Cāe āt apātis
māles sūt. vi. vt dicit Auic. s. iiij. hūores τ aq̊sitas τ vēto
sitas. ex his. vi. gnā apātū simpliciuꝫ gnānt̄: ex q̊ꝝ tn̄ di/
uersa ꝯmixtiōe mlte alie spēs pn̄t p̱uenire: q̊ꝝ oiuꝫ noīa
nō hn̄r. De simplicib⁹ ḡ p̊ videat̄. ¶ De sanguīe solo ge/
nerat̄ flegmō. ꝺ cola herisipilla. de flate zimia. de melīa
nō putrefacta sclirosis siue durities τ glādule τ scrophu
le τ nodi. ꝺ putrefcā v̊o cācer. de aq̊sitate aūt gn āt̄ ydro
pisis: siue ramex i testicul̄. de vētositate acathe c hia: vn̄

a vētositate īflat̄ qn̄qꝫ aliqꝺ mēbrū vl̄ totū corp⁹: sic pa/
sta ex vapore ītercluso eleuat̄: τ fit fermētū. Cōpositorū
v̊o apātū pauca sūt noīa q̄ hn̄r: vt flonides ꝺ sanguīe τ ꝺ
colera dn̄ante sanguīe. herisipilades ex eisdē cola dn̄an/
te. exitura ex hūoꝝ pari ꝯcursu vl̄ ipi. ex cola aūt adusta
τ sāguīe τ melīa adusta ātrax. ex sanguīe τ flate figelta:
τ de flate τ melīa glādule molles. Apāta aūt mltas reci/
piūt diuisiōes τ subdiuisiōes. Eoꝝ. n. q̄dā sūt a cāis p̊mi/
tiuis: q̄dā a cāis an̄tib⁹. Jtē q̄dā sūt cala q̄dā frida. Jteꝫ
eoꝝ q̄dā sūt dura: q̄dā mollia fluxa. Jtē q̄dā sūt cū cor^{is}
replōne q̄dā sine cor^{is} replōne. Jtē q̄dā sīt iux̄ m̄bra no^{lia}
q̄dā rēota a mēbrl no^{b⁹}. Fꝫ h oīa diuersificāt̄ cure p̱te:
qꝛ apā si sit de cā p̊mi^{ua} τ sine cor^{is} replōne nō ē necīa cor
poris eūo. Sꝫ sufficit hūoꝝ rep̱cussio τ mēbri ꝯfortatio.
si aūt sit cū replōne p̊ eūandū erit. Apā aūt a cā an̄te nō
est absqꝫ replōne vli vl̄ p̱ticulari: τ p̱p̱ h vlis τ p̱ticulari
eūo dꝫ p̄cedere: τ postea cū repugnātibus rep̱cutiētib⁹ τ
mēbꝝ ꝯfortātib⁹ est īsistēdū. Jn apātib⁹ ca. ponēda sunt
rep̱cussiua pure frida. Jn apātib⁹ fridis ponant̄ rep̱cussi
ua in qb⁹ v̄t⁹ existat cala: vt est iusqamuꝫ absinth. τ folia
caul̄. Appellat̄ āt apā calm qꝺ fit de sanguīe τ cola vl̄ de
q̊lꝫ alio hūore calore putrediali putrefcō: vt de flate: vl̄
de melīa putrefcā. ¶ Nālis āt ordo i curādo apā ē. vt i
p̊n°. apponāt̄ rep̱cussiua frida: τ in augmēto āt admisceā
tur dissolutiua cū rep̱cussiuis. Jn statu āt eq̊lia sint rep̱/
cussiua cū dissolutiuis. Jn declinatiōe vtēdū ē dissoluti/
uis abstersiuis τ mūdificatiuis. est āt p̊n^{m} apātis qn̄ mā
īcipit locū extēdere. Augmētū v̊o cū capacitas τ cōcaui/
tas māifeste augēt̄. stat⁹ aūt cū grossitudo cessat augmē/
